
C. Svetoni Tranquilli Opera


1837
ARTES
VERITAS
SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

C. SVETONI TRANQVI[LLI]

OPERA

EX RECENSIONE

MAXIMILIANI IHM

VOLVMEN I

DE VITA CAESARVM LIBRI V[III]

ADIECTAE SVNT CAESARVM IMAGINES SELEC[TAE]
ET TABVLAE PHOTOTYPICAE TRES

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMV[II]

C. SVETONI TRANQVILLI

OPERA

EX RECENSIONE

MAXIMILIANI IHM

VOLVMEN I

DE VITA CAESARVM LIBRI VIII

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMVII

C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM
LIBRI VIII

RECENSVIT

MAXIMILIANVS IHM

ADIECTAE SVNT CAESARVM IMAGINES SELECTAE
ET TABVLAE PHOTOTYPICAE TRES

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMVII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

FRANCISCO BVECHELER

GEORGIO WISSOWA

LVBENS MERITO

PRAEFATIO

Suetonii de uita Caesarum operis antiquum exemplar unum tantummodo ad mediam aetatem peruenit, ex quo pendent libri scripti quotquot innotuerunt omnes. quod exemplar ut principalem octo librorum diuisionem, quam teste Suida Casaubonus reuocauit, iam obscuratam habuit[1]), ita uariis uitiis minoribus maioribusque deprauatum fuit, raro interpolationibus[2]), saepius lacunis[3]), quarum grauissima in principio operis amisso cernitur. nam mutilum esse primum librum uiri docti dudum perspexerunt, neque Casaubonus, interpretum Tranquilli facile princeps, ad certa damni accepti argumenta euertenda ualuit. cum autem non caput tantum desideretur uitae Diui Iuli[4]), sed praefatio etiam ad C. Septicium Clarum praefectum praetorio, quam Laurentio Lydo notam fuisse scimus, recte Rothius statuisse uidetur integrum quaternionem deperisse.[5]) conseruatum illud idem suo iure conclusit in Francia imperante Carolo Magno, quo principe ueterum litterarum nouum studium exarsit, multiplicatis exemplis describi coeptum, eorum quae ad nos peruenerunt omnium communem originem et quasi parentem factum esse, itaque saeculo nono prima post gentium migrationem reperiri uestigia operis Suetoniani lecti et in usum conuersi. at certiora, nisi omnia fallunt, de libro archetypo effici possunt, id quod primus monuit Ludouicus Traube.[6]) extitisse Suetoni exemplar apud Fuldenses in duos nec magnos codices diuisum litteris discimus, quas a. 844 Seruatus Lupus, abbas Ferrariensis notusque philologus, ad Marcwardum Prumiensem abbatem (a. 829—853) dedit, ubi haec: 'Quaeso

1) Cf. subscriptiones singularum uitarum.

2) Pauca admodum Rothio interpolata uisa sunt, plurima Torrentio, Bentleio aliisque uiris doctis, a quibus plane dissentio, in tantum ut ne Rothiana quidem glossemata admiserim omnia dubitemque adhuc de Iul. 30 p. 16, 27 sq.

3) Tractaui nonnullas Herm. 36 p. 291 sqq. 40 p. 182 sqq.

4) De iis, quae apud alios auctores extantia ad amissum libri initium pertinere putari possunt, in commentario dicendum erit. de Seru. Aen. VI 798 u. ad Aug. 94 p. 108, 29.

5) Cf. F. Leo, Die griech.-röm. Biographie p. 3.

6) Neues Archiv der Gesellschaft für ältere Deutsche Geschichtskunde XXVII p. 266 sq.; cf. Herm. 40 p. 179.

praeterea ut ad sanctum Bonifatium sollertem aliquem monachum dirigatis, qui ex uestra parte Hattonem abbatem deposcat, ut uobis Suetonium Tranquillum de uita Caesarum, qui apud eos in duos nec magnos codices diuisus est, ad exscribendum dirigat mihique eum aut ipsi, quod nimium opto, afferatis aut, si haec felicitas nostris differetur peccatis, per certissimum nuntium mittendum curetis. namque in hac regione nusquam inuenitur, et credimus hoc quoque nos beneficium uestra liberalitate consecuturos.'[1]) exemplar illud Fuldense, litteris capitalibus scriptum (u. infra), uerum atque unicum archetypum esse quominus statuamus nihil me iudice uidetur obstare. atque ex eodem fonte hausisse Einhardum facile concedetur, qui cum uitam Caroli imperatoris paucis post obitum eius annis conscribere institueret, hunc potissimum e ueteribus scriptoribus imitandum sibi proposuit, Caesaribus ac maxime uita Augusti tam strenue usus, 'ut non modo omnem libelli descriptionem sed etiam integras haud raro sententias inde repetiuerit, et nonnumquam, ut iam Casaubonus iudicauit, imitandi studio suae historiae ueritatem transgressus esse uideatur.'[2]) medio igitur saeculo nono Suetonius in Galliam perlatus est, non ipsa quidem uolumina Fuldensia, sed apographum, id quod probant corruptelae nonnullae librum designantes exaratum minuscula litteratura, quali Fuldenses scribae usque ad id fere tempus utebantur.[3]) tum demum Suetoni opus magis magisque innotuit passimque maxime per partes Galliarum uulgatum est. testes sunt, ut de his primum paucis absoluam, uel qui in antiquis bibliothecarum catalogis enumeran-

1) Dümmler, Monum. Germ. hist. epist. tomi VI pars prior p. 81 (epist. 91); Desdevises du Dezert, Lettres de Servat Loup p. 98; G. Becker, Catal. bibl. ant. p. 59. in alia ad eundem epistula (n. 10), de cuius tempore non constat (Levillain, Bibl. de l'Ecole des chartes LXII 1901 p. 483 sq.), haec legimus: 'quid super Suetonio Tranquillo et Iosepho a uobis fieri optem, demonstrabit Eigil nostrarum rerum fidus interpres' (Mon. Germ. l. l. p. 21. Desdevises p. 84. Becker p. 57). de Marcwardo et Eigil monacho, qui post illum abbas Prumiensis factus est (a. 853—860), cf. W. Wattenbach, Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter I^7 p. 309 sqq.

2) Roth p. XVIII. — Einhardus etsi non multum confert ad crisin Suetoni, tamen neglegendus non est (cf. Herm. 36 p. 298 sq.). imitationum notabiliores tantum inter testimonia posui, usus editione Pertziana quarta quam curauit G. Waitz (Hannov. 1880), in qua potiora adnotata inueni. adiecerunt nonnulla Frid. Schmidt (De Einhardo Suetonii imitatore, Bayreuth 1880) et M. Manitius (Neues Archiv VII 1882 p. 530 sqq.), indagarique poterunt alia plura. imitationum pondus leuare parum feliciter conatus est Gustavus Janke (Der Einfluß Suetons auf die historische Richtigkeit Einhards in der Vita Karoli, Berol. 1872). cf. praeterea quae disputauit Ernestus Bernheim, Histor. Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet (Hannov. 1886) p. 73—96, et in uniuersum de uita Caroli, quae ante a. 820 absoluta est, Wattenbach, Geschichtsquellen I^7 p. 203 sqq.

3) V. conspectum mendorum infra datum.

tur codices[1]), quorum plerique (uel potius omnes) periisse putandi sunt, sicut perierunt archetypus Fuldensis eiusque apographum Seruato Lupo missum. uelut memoratur Suetonius in Gerberti (Siluestris II papae) epist. XL (saec. X)[2]): 'Ad Stephanum Romanae ecclesiae diaconum . . . Mihi quidem ac nostro A. archiepiscopo Suetonios Tranquillos Quintosque Aurelios cum ceteris quos nosti per Guidonem Suessonicum comitem discrete ac sine lite, quis cuius sit, remittes et quae nomini tuo conuenientia paremus edisces.' tum a Ricardo Pictauiensi (saec. XII) in chronicis[3]): 'hoc opusculum excerpsi de libris Augustini . . . Eutropii, Titi Liuii, Suetonii' eqs. extabant Suetoniana exempla in Gallia apud ecclesiam Becci saec. XII[4]), in bibliotheca abbatiae s. Martialis Lemouicensis (saec. XII et XIII)[5]), Cluniaci (saec. XII med.)[6]), inter libros Pontiniacenses (Pontigny, saec. XIII)[7]); in Britannia et in Germania saec. XIII[8]).

At non modo multiplicari exempla tunc coepta sunt, sed, quod peius est, etiam emendari; neque enim defuerunt illa aetate linguae Latinae plus minusue periti. quo malo latius atque latius serpente eo tandem peruentum est, ut iam saeculo XII uerba scriptoris tamquam a corruptelarum sordibus purgata niterent imaginemque auctoris referrent a uero plane abhorrentem, talem scilicet qualem uulgatae editiones demonstrant. forte autem fortuna accidit, ut aetatem ferret unus saltem codex summa fide ex optimo exemplari, fortasse ipso illo apographo Seruati Lupi, transscriptus expersque etsi non mendorum at certe correctionum atque interpolationum, quibus alii fere foedantur, Memmianum dico, omnium qui inuenti sunt et antiquissimum et integerri-

1) G. Becker, Catalogi bibl. antiqui (Bonnae 1885). M. Manitius, Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen, Rhein. Mus. 47 (1892) suppl. p. 70 sq.

2) Becker p. 78.

3) Becker p. 217.

4) Becker p. 201 nr. 75 'Suetonius et Eutropius', nr. 76 'Suetonius et Iulius Frontinus et Eutropius et Tullii Tusculanae et Philippica eiusdem' (de argumento cf. infra p. XVIII); p. 265 inter 'titulos librorum Beccensis Almarii' nr. 147 'Suetonius de uita Caesarum lib. XII, in eodem Eutropius ab urbe condita lib. X'.

5) L. Delisle, Le cabinet des mss. de la Bibl. Nat. II (Paris 1874) p. 495 nr. 22 'Trogus Pompeius, Suetonius, Gesta Cesarum, Facta antiquorum in uno' (item p. 501 nr. 179) et p. 497 nr. 48 'Trogus Pompeius, Suetonius de gestis duodecim Cesarum, Gneus Florus, Valerius Maximus, Pomponius Mela. haec omnia in uno uolumine'.

6) L. Delisle, Inventaire des mss. de la Bibl. Nat., Fonds de Cluny (Paris 1884) p. 339 nr. 28 'uolumen in quo continetur historia Suetonii'.

7) Catalogue général des mss. des départements (4°) uol. I (in appendice ad libros mss. Montepessulanos) p. 715 'Suetonius de uita Cesarum uno uolumine et libris XII'.

8) Manitius l. l. p. 71 (Rochester, Canterbury, Neumünster). alia quae ab eodem memorantur ad Suetonium uix pertinent.

mum.[1]) est autem cod. Parisinus numero nunc 6115 (olim 5984)
M distinctus (mihi *M*), formae quartanariae in membrana saec. IX pulchre scriptus (u. tab. I. II), foliorum 125.[2]) in folii primi margine superiore altera manus (saeculi X ut uidetur) adscripsit titulum hunc: *incipit Suetonius*[3]) *de uita cesarū. nunc gesta cesaris.* prodiisse e s. Martini Turonensis inscriptio testatur, quam in primo folio bibliothecarius aliquis saeculo XII posuit: *iste liber est de armario bī martini turī*[4]), ibidemque exaratum esse uel e litterarum genere elucet.[5]) saeculo XVI in bibliothecam Henrici Memmii (de Mesmes) peruenit, cuius nomine hodieque laudari solet, tum saec. XVIII ineunte in regiam Parisinam.[6]) usi sunt libro, cuius praestantiam ab initio omnes praedicauerunt, plurimi, primus ut uidetur Hadrianus Turnebus, deinde Casaubonus, Salmasius[7]) aliique.[8]) nostra aetate denuo contulerunt Roth (1855), G. Becker (1856), Preud'homme. ipse excussi a. 1893 et 1895 magnamque partem recognoui a. 1900 et 1904.
M^2 incommode autem accidit ut egregius liber correctoris, ut adsolet, manum expertus sit, cuius aetatem accuratius assequi non potui, qui tamen satis antiquus, certe saeculo XII non est posterior. idem uero opinor est qui primis codicis paginis uel inter uersus uel ad marginem glossas adleuit, quas hic repetere nolo.[9]) non paucis locis dubitatio relinquitur, id quod passim indicaui, utrum ipsi librario debeantur emendata an correctori et glossatori, id quod cadit maxime in puncta litterarum delendarum causa supra uel infra posita neque minus in litteras scalpro erasas, cuius generis si non omnia at pleraque posteriori manui

1) Accuratius primus descripsit Roth praef. p. XX sqq., cf. Preud'homme, Troisième étude p. 63.

2) Folia numeris notata sunt 1—116, 118—126 (117 omissus est). quaternio quartus octo foliis (41—48) comprehendens uerba inde a p. 70, 10 *titulis* usque p. 94, 19 *Corinthia* bibliopegi neglegentia male compactus sexti locum occupauit.

3) Vel potius *Suetanius*, ut adfirmat H. Lebègue, cui *a* ex *o* correcta uisa est.

4) Inde etiam 'Turonensem' appellabant.

5) Cf. infra p. XXV. de scripturae compendiis p. XXVII.

6) In ipso codice manu recenti adscriptum est 'Codex Memmianus inter Bigotianos, 196. R. 5984'. anno 1706 uenalis propositus erat inter Bigotianos; cf. L. Delisle, Bibliotheca Bigotiana manuscripta. Catalogue des mss. rassemblés au XVIIe siècle par les Bigot, mis en vente au mois de juillet 1706, aujourd'hui conservés à la Bibliothèque Nationale (Rouen 1877) p. 56 nr. 196 et p. XIX.

7) Inde 'Salmasiani codicis' mentio apud Graevium aliosque. contulerat Salmasius ad Casauboni exemplum (a. 1610), quod asseruatur in bibliotheca Leidensi.

8) Ricardo Bentley a. 1719 contulit John Walker, cf. Sitz.-Ber. der k. Akad. der Wissenschaften zu Berlin 1901 p. 678.

9) Notabiliores breuiter adnotatas edidi Herm. 36 p. 357 sq.; selectas paucas in commentario critico attuli.

tribuenda uidentur.[1]) leuiora menda facili opera corrector sustulit, longe plura pessum dedit, partim radendo quae radenda non erant[2]), partim restituendo formas usitatiores[3]), partim substituendo falsa siue de suo siue adiutus alio exemplari.[4]) tacere autem nolo correctorem, si modo idem est, etiam laude dignum esse his quidem locis p. 180,7, ubi *ioci* et p. 278,9, ubi *aut uectore* emendauit, quibus accedunt quae minoris momenti sunt p. 111,22 et 179,17.

E Memmiano libro reliquos deriuatos esse omnes non defuerunt qui suspicarentur, in his Ricardus Bentley. qua de re rectius iudicauit Rothius (p. XXIII) ne unum quidem ex illo descriptum dici posse propter uitia quaedam, maxime lacunas, quibus *M* solus laborat. uelut omisit librarius, ut grauiora perstringam, p. 229,24 uerba *aetatis imperio quarto decimo*, p. 325,13 *ac magis,* saepiusque currente stilo singulas uoculas.[5]) accedunt

---

1) Correctionum specimen earum dum taxat quae nostris formis aliquo modo exprimi possunt: 34,3 *poenitor* (sic m. 1 ut mihi uisum est, m. 2 praeterea litteram *o* expunxit sic *o*), 83,12 *quemuis* (m. 2 corr. ex *quemuis*), 104,25 *pmutata* (m. 2), 167,10 *undeuicensimo* (m. 2), 193,5 *concedere* (puncta superiora m. 1, inferiora m. 2), 197,20 *tumultūs*, 236,23 *uellā*, 260,13 *septuageensimum* (m. 1?), 270,4 *tricensimo*.

2) Velut numeri nota, ut grauissimum afferam, p. 13,2 a uiro imperito funditus deleta est.

3) Vt gen. sing. *-ii* pro *-i*, acc. plur. *-es* pro *-is* et quae sunt similia.

4) Plurima in adn. crit. commemoraui, fortasse plura quam par erat (u. p. 2,23 7,25 8,6 13,7 17,11 19,10 20,2 33,5 38,11 39,19 40,9 42,2 42,15 46,3 55,19 60,8 87,2 90,1 98,21 100,24 101,6 101,10 104,25 107,7 107,12 121,11 129,4 168,15). silentio praetermisi huiusce modi: 64,10 *coronasq:* (*M*¹ recte *coronasq̄:*), 90,23 *agrippam* corruptum in *agrippinam*. item bene siue m. 1 siue m. 2 correctorum quae extant grauiora in commentario proposui. omisi haec utpote leuiora (asteriscus litteram unam erasam significat): 3,21 *fratri* (*i* in ras. m. 2 corr. ex *is*? praecedit *uxoris*) 5,12 _g*nego_ 7,29 _cati*linae_ 8,5 _se*de_ 9,26 _hi*_ (*hii* *L* al.) 11,8 _ade*ptum_ 28,3 _a*cucior_ 30,26 _ma*crum_ 33,3 _ma**deficrent_ 55,22 _uni*_ 55,30 _prosci*derunt_ 87,19 _prouinciarum*_ (*q:* eras.? sequ. *pleraeque*) 98,7 _a*cinis_ 115,18 _reponere*tur_ 116,20 _sex*us_ 121,21 _usu*_ 126,30 _co*mitis_ 138,9 _siquēre*orū_ 138,18 *annonamque* (corr. ex *-quā*) 161,8 _semi*ustilandum_ 196,5 _tribu*nus_ (*l* erasa?) 179,13 _duci*_ 225,12 _noc*tibus_ 229,23 _octob**asinio_ 237,19 _fe*rarum_ 241,24 _su*pinus_ (*supp-T*) 262,23 _def*ectoribus_ 265,10 _uer*um_ 277,2 _mu*tari_ (*l* erasa? sequ. *multoque*) 302,3 _quo*iubebat_ 304,9 *obuiorimabantur* (secunda *i* in ras. corr. ex *u*). aliter correctorum quae in adn. critica desiderantur infra inter mendorum genera relata sunt, paucissimis exceptis ut 331,15 *saluī*.

5) Eorum nihil in adn. crit. praetermissum est. omissa in contextu sed ab ipso scriba in margine suppleta habes: p. 77,4 *summa*, p. 178,17 *modo ad pluteum* (desunt in Hulsiano), p. 260,17 *naufragio praetiosissimis*; adde 347,11 et a correctore adiecta 281,3 294,3 301,13. ceterum de quibusdam lacunis cautius iudicandum erit, cum dubitari

additamenta quaedam hic illic orationem turbantia, quae partim tamquam uariae lectiones accipi uel emendandi cura orta dici possunt, ut p. 301,5 *scarorum sacrorum*, p. 309,4 *plauti palati.*[1]) neque uero desunt exempla quae confirment talia iam in archetypo extitisse siue inter uersus siue in margine adscripta.[2])

Aetate Memmiano proximus at ducentis minimum annis minor est, qui diu neglectus iacuit, codex bibliothecae ducalis
G Guelferbytanae Gudianus 268 (mihi *G*)[3]), satis bene conscriptus (u. tab. III) foliis membranaceis 173, quaternionibus uiginti quattuor, qui numeris in ultimae quaternionum singulorum paginae margine inferiore notati sunt. unde prouenerit non constat.[4]) notus erat F. A. Wolfio, qui fructum inde tulit nullum. primus diligenter excussit Gustavus Becker[5]), nimium laudans librum sane uel propter aetatem non contemnendum, quem tam arte cum Memmiano cohaerere uidit, ut etiam scribarum menda eis communia sint, quibus alii libri carent. cuius consensus ut

---

liceat num re uera librarii culpa interierint uocabula, uelut de 78,6, ubi *ipsum* in *M* omissum Bücheleri coniecturam citauit *passusque est posteros quoque.* maiorque scrupulus inicitur iis locis, ubi cum *M* alii libri consentiunt, ut de *conspiratione* uocabulo p. 346,13 infelicissime posito, cum continuandum sit utique *intimorum simul et uxoris*: de p. 41,9 ubi *libris* a grammatico ignoto facillime inuentum male insertum est, cum et ratio palaeographica et usus dicendi Suetonii postulet inuersionem. et cum Rothius uersiculum illum p. 26,13, quem alicubi ad margines Memmiani libri delitescere frustra sperauit Bentleius, omnino desiderari posse neget, ego quidem confictum esse suspicor a uiro scholastico quodam nimis acuto ad normam logicae conclusionis; nam talia illo saeculo communia fuisse constat neque in ea re haerendum uidetur, quod bonum septenarium auctor ignotus concinnauit, meliorem sane quam quos alter ludens adscripsit (u. adn.).

1) Potiora enumeraui Herm. 36 p. 293. u. adn. p. 19,20 28,13 57,3 73,23 112,26 152,23 204,25 (sim. 285,12) 350,13. de singulis in commentario agendum erit.

2) Cf. ad p. 44,15 49,10 (neque enim lectio *Papo* aetate illa inueniri potuit), 83,7 (sim. 352,3). antiquissimum uitium in omnibus resedit p. 269,1.3. ex hoc et similibus (145,4 335,10) quae de uersiculorum archetypi longitudine concludi possint post Rothium et Beckerum examinaui Herm. 36 p. 292 sq.; retractauit quaestionem ambiguitatis sane plenam Preud'homme (Troisième étude p. 80 sqq.) neque uituperando meliora elicuit.

3) '268 Gud. Lat. 4°' bibliothecarii inscripserunt.

4) Herm. 37 p. 597. fortasse in Germania scriptus est, quod indicare uidetur scholion theodiscum manu antiqua in marginibus fol. 172' et 173 adscriptum. quod cum olim (Sievers, Beiträge zur Geschichte der Deutschen Sprache und Literatur XXVI p. 312) non satis accurate ediderim, hic repeti placet: *Probacio. Got uater euuich der ist daz anegeggi aller* | *â guoeten digge* (nota *g* priorem ex *n* corr. m. 1) *der gebunden habet den tiufel des maginchraft* | *diu uuonen* | *uber al* | *diu obene* | *diu dinge* | *richten* | *de un* | *der uf* | *habende.* — glossas latinas u. Herm. 36 p. 359.

5) Quaest. crit. p. IV sq.

exempla plura hic ponam non necesse uidetur. uel unum, quod grauissimi momenti esse monuit Becker (p. 145,4 *aucorum*), sufficiat ad probandum librum ex exemplari deriuatum ei simillimo, unde fluxit *M*. at longe plura in illo iam obscurata erant, uelut nota numeri p. 13,2. cum autem scateat uitiis uariis iisque insolentioribus[1]) nec non manifestis corrigendi temptationibus[2]), ualde dubito, num quae in eo solo emendatiora extant, ad ipsum archetypum referri liceat, quod dictum uolo etiam de iis locis, quibus suffragia habet unius uel alterius e recentioribus. accedit quod non pauca ex iis, quae feliciter emendata sunt[3]), inuentu facilia erant uiro latinae linguae satis perito neque graecae prorsus ignaro; accedit etiam quod consulto aequabilitatem quandam in orthographicis affectasse uidetur censor ignotus.[4]) etiam *G*
emendatrices passus est manus, alteram ipsius librarii (G^2), alte- G^2
ram saeculi XV exeuntis (G^3), quae facile distinguuntur adiu- G^3
uante maxime codice Monacensi (olim Ebersbergensi) 5977 (*g*), *g*
qui a. 1456 ex *G* transcriptus est.[5]) Gudianum contuli a. 1895, recognoui a 1900; Monacensem examinaui a. 1902.

Melius multis de locis deque ipsius archetypi indole iudi-

---

1) Cf. p. 23,22 124,7 143,22 146,28 148,7 165,21 185,28 194,30 264,19 267,15 281,18 343,6 aliaque multa, quae partim attuli partim neglegenda (ut p. 112,10 *adstrimam* 143,6 *sputrias*) putaui. inuersiones et lacunas notaui omnes. de lacunis quibusdam u. Herm. 36 p. 293 sq., quae aliter quam debuit accepit Preud'homme, Troisième étude p. 83.

2) Iul. 37 p. 20,2 *dextra sinistraque* coniectura inuentum esse identidem monui, cuius generis plurima extant. alia u. p. 25,2 25,27 (fort. recte *et uina*) 30,22 et passim. grauiora talia p. 146,28 *solere reges uidentur* (pro *solebat regi uide⟨re⟩tur*), p. 148,6 (inepte interpolatum ex Cal. 2). improbanda etiam quae Beckero speciosa uidebantur partimque in nouissima editione recepta sunt: p. 256,17 *III horarum*, 256,19 *iocabatur* (pro *uoc-*), 302,10 *sed* (mutatum pro *et*, quod διττῶς extabat in uetere exemplari), 326,9 *X legioni*. quin ne *M. Crassus Frugi* quidem (p. 212,15) ualde placere potest, cum totiens *m* abundet (u. p. XXXVI) nec tria nomina solita sint nuncupari.

3) Cf. p. 13,22 17,2 32,4 59,9 60,9 69,23 (*m* abundans abiecta) 80,22 85,24 (*quod* mutatum in *quid*, ut etiam 331,12) 86,22 (*ominibus* pro *omnibus*) 105,20 (gen. plur. *-uum* pro *-um*) 148,18 151,27 167,3 167,20 (*ne* pro *nec*, cf. p. XXXV) 185,8 237,10 274,25 (incertum num recte) 281,31 283,25 (cum Eutropio) 289,18 341,1 349,20.24 353,1 (*deuelleret* pro *diu-*, quod mero casui tribuo, cf. p. XLI). graeca: 202,14 et 259,2.

4) Bene scripsit p. 10,23 *calpurniam* (*calph-* rel.), 23,7 *conchyliatae*. ex indice infra posito alia de orthographia codicis peti possunt, in quo constanter scriptum est *Brundusium, cottidie, incolomis, soboles*. eidem peculiares sunt apices hic illic appicti in hunc modum: *á, désitos, tondéret, quantúuis* (p 205,23), *nomón* (p. 241,30); saepius sic: *unâ* (ter), *cecinę, aliâs* (bis), *quadrîmus, hîc, quîs* (ter), *rê* (Herm. 37 p. 595).

5) Cf. Herm. 37 p. 593 sqq. aliter censuit C. L. Smith, Harvard Studies XII p. 42 (cf. XVI p. 13), cui adstipulatur Preud'homme, Troisième étude p. 67 sq.

X' care possemus, si aliud exemplum seruatum esset, quod *X'* appello, communis parens uariorum codicum, quorum consensu apparet emendatiora ibi extitisse fere decies, corruptiora plus uicies.[1]) inerant praeterea graecorum uocabulorum interpretamenta.[2]) inter illos facile principem locum obtinet codex Vati-
V canus 1904 (*V*), maiore fide dignus quam *G*, quamuis aetate paulo inferior. examinanti mihi a 1894 circa a. 1100 scriptus esse uisus est.[3]) diu autem latuit liber, ex quo Lipsius aliique paucas lectiones excerpserant, donec ab Vdalrico Koehler inuestigatus est, qui Gustavo Becker contulit.[4]) continet glossas partim manu antiqua partim recentiore scriptas, quarum auctor eiusdem fere farinae est atque corrector Memmiani.[5]) ualde autem dolendum est, quod codex mutilatus ad nos peruenit, deficiens in uitae Cal. c. 3 uerbis *decreta sua re* (p. 163,24).[6]) fidissimus post Memmianum, quocum saepissime consentit[7]), testis dici potest, quamuis innumeris erroribus scribae incuria ortis lacunisque foedatus.[8]) in uniuersum igitur ut longe a Memmiano superatur ita in singulis quibusdam dignus est qui laudetur, uel propter numeri notam p. 13,2 accurate exaratam, quam in *M*

1) Cf. Preud'homme, Troisième étude p. 26 sq. emendationes pleraeque opera leui inueniri poterant. grauiores habes p. 79,17 et 156,16. de lectione p. 54,15 ambigitur. de loco notabili 42,16 u. p. XLVIII (*i* : *l*).

2) Omnia exhibui, accuratius quam sunt edita Herm. 36 p. 361 sqq.

3) Propter temporis angustias totum conferre non potui. excusserunt diligentissime meum in usum Gerhardus Ficker amicus Halensis (nunc Kiliensis) et R. Bürger Gottingensis. saeculo XI uel XII tribuit V. Koehler, ineunti XI Preud'homme (Troisième étude p. 64). mecum faciunt (saec. XI—XII) quos consului uu. dd. Nogara Mercati P. Franchi dei Cavalieri Romani.

4) Symbola phil. Bonn. p. 687 sqq.

5) Glossas antiquiores ut exscripserat G. Ficker, exhibui Herm. 36 p. 359 sq. adde adnotatas ad p. 95,8 101,12 123,7, et p. 135,6 *cotidianam* (supra *ciuicam*). posteriori manui debentur haec a Bürgero exceptae: p. 20,26.27 *orchestra locus in scena in quo senatores ac principes, circus romanus a circuitu locus rotundus, euripus piscina manu facta*; 21,13 *intercalare i. interponere*; 24,28 *N ardorē margaritarũ pro papa paulo*; 26,24 *mirũ margarite pretiũ*; 106,6 *alexander a lisippo fingi ab apelle pingi uoluit*; 106,11 *pellis uituli marini Augustus contra tonitrua circũtulit.*

6) In infima prima folii 52 pagina. in secunda Suetonium excipiunt recentiore manu scripta: *De cuiusdam claustralis uita et moribus* eqs. tum sequitur fol. 54 *liber sallustii historiographi.* scripsit igitur librarius dimidiam fere operis partem, quod suspicionem iniecit Moebio (Philol. I 1846 p. 634) Vaticanum codicis bipartiti partem priorem esse ad instar Fuldensis libri.

7) Becker, Symb. phil. Bonn. p. 687 sq.

8) Lacunas et transpositiones omnes attuli. mendorum reliquorum magnam partem praetermisi, ut p. 41,18 *monstrḋ reuelit*, 43,10 *cũnectatus*, 45,19 *flãmine*, 137,24 *insenatus*, 145,27 *captiuis* (pro *captans*), 148,20 *religituit* (pro *relegauit*) al.

indoctus uir deleuit. reliqua quae bona in eo praedicantur[1]), equidem minoris ponderis esse existimauerim, quoniam aut casu aut emendandi studio nata[2]) putari possunt.

Ex eodem quo *V* fonte emanauit alterum exemplum in peius mutatum[3]) (*X*), quod etsi periit, redintegrari potest per apographa, *X*
e quibus elegi uetustiora quattuor et quintum recentiore aetate factum. inter illa eminet ac tamquam frater minor Vaticani considerandus est liber Florentinus Laurentianus plut. 68,7 (*L*), *L*
Mediceus tertius, quem dicere solent Iac. Gronouius et Oudendorpius. binis columnis in membranis formae maximae scriptus fol. 73—157 continet Caesares, qui excipiunt Iuli commentarios de bello Gallico. primus adhibuit Politianus, accuratius collatum habuit Gronouius, ipse contuli a. 1894 adsignandumque putaui saeculo XII ineunti potius quam exeunti XI. a pluribus correctus est, rarius manu antiquiore (L^2), saepius recenti (L^3), L^2, L^3
quae Beroaldi uel Sabellici editiones olet. neque uero spondeo me recte ubique diuersas manus distinxisse. in orthographicis crebrius quam alii eiusdem classis bona seruauit; quae praeterea in eo solo probanda leguntur, non archetypo debentur, sed iudici alicui doctiori.[4]) ex recentibus libris plures artam cum *L* cognationem habent, indeque transscriptus est Laurentianus s. Crucis pl. 20 sin. cod. 4. ad *L* proxime accedit[5]), sed paulo inferior est cod. Parisinus 5801, medio fere saeculo XII (an ineunte?) satis

1) Sunt autem haec, de quibus conferatur adnotatio critica: p. 19,20 *quinquiens* (*quinquies quinquenni M*), 28,8 *proconsule* (sequitur *et*), 66,2 *init* (*mit M*), 70,25 *grassaturas* (ita recte ut puto, at uix ex archetypo sumptum), 113,22 *τυμβον* (at male ibidem *εισορως*). adde correcta bene in margine: p. 25,2 et 83,7; praeterea orthographica quaedam leuiora: p. 7,30 *uettio* (item p. 8,6 *uettium*, at 8,2 bene etiam *M* cum aliis), 52,9 *incluta*, 70,8 *a dis*, 71,26 *iis* (*us* M^1, *hiis* M^2, *his* rel.), 104,15 *genetiuo* (*geni-* rel.), 159,20 *chariclen* (cf. p. XLVIII).

2) Huc non rettulerim quae Preud'homme (Troisième étude p. 23) putat: p. 50,8 *hanc chariu*, 50,9 *atia atio*, 60,13 *adorti*, 86,21 *aut frequente*, 109,9 *excubiisque*, sed quod ille tacuit quodque omnium grauissimum est, Iul. 24 p. 12,7 uerba *perfecitque utrumque* suo loco mota ac post *prorogaretur* collocata, ut correxit etiam G^3 utque ex admonitione Lipsii Torrentius edidit, quem secuti sunt plures. ita enim sensus efficitur tolerabilis, at minime sic in archetypo scriptum fuit.

3) Vide quae mala enumerat Preud'homme, Troisième étude p. 24 sqq. eorum autem quae tamquam proba laudat, ego quartam partem non admittendam censui dubitoque de aliis (uelut p. 266,1). reliqua maximam partem facillima inuentu et partim iam in *M* latentia uel etiam in aliis uetustiorum extantia a censore medii aeui profecta esse pro certo habeo.

4) 18,2 *quadringenis* (pro *quadrig-*), 67,14 (hic accedit P^1), 80,17 *hylan* (*yl-* fere rel.), 340,21 *correctione* (pro *correptione*). quod *uini* 297,15 recte in eo legitur, hoc parui aestimandum fidemque abrogandam esse uulgatae lectioni faciliori *Iouis* 156,2 litterae *n* et *u* passim permutatae satis declarant (Herm. 36 p. 289.).

5) Cf. ex. gr. p. 67,14.

P nitide foliis 121 scriptus (*P*). usi sunt libro parui pretii Robertus Stephanus et Turnebus. optimum dixit Rothius, et sane *O* praestat fratri suo gemello Laur. 66,39 (*O*) eodem fere tempore scripto[1]), quem plenius adhibui in uita Diui Iuli, praeterea raro, quoniam prorsus inutilis neque dignus uisus est qui totus conferatur. unum in iis recte emendatum inueni p. 192,12 (*efferabat*, sic etiam L^2T); cetera quae praedicantur pessima sunt.[2]) contra laudandus uidetur corrector nescio cuius aetatis codicis *P*, quod tribus locis ueras reposuit lectiones (p. 114,16 et 242,13), P^2 distinguendus a correctore antiquo (P^2), qui totum codicem ad exemplar alterius familiae (*T*, u. infra) emendauit. plane similiter *O* correctus est, ita tamen ut quae in *P* manu altera adscripta sunt, in illo plerumque in ipsum contextum inrepserint. eodemque modo contaminati sunt qui restant cod. Montepessulanus H 117 formae maioris, non male saec. XII[3]) binis *S* laterculis scriptus (*S*), et Berolinensis lat. fol. 337 eiusdem formae *T* saec. XIV (olim Hulsianus siue Haganus, mihi *T*), quem ideo respiciendum putaui, quia priores deteriorum optimum dixerunt.[4]) *S* saepe bene concordat cum *V* et *L* (ex. gr. in interpretamentis Graecorum). correxit uel uarias lectiones adscripsit manus eiusdem fere aetatis. emendationum uestigia cum aliis communia habet p. 179,2 185,8 213,18 256,15 303,3 319,5 aliaque. etiam plura extant in *T*, ut non sine fructu contulerim.[5]) alios eiusdem classis codices neglegendos putaui. extant autem non pauci, e quibus plerosque examinaui et ut inutiles abieci; in his codd. Vatic. Regin. 833 saec. XII exeuntis[6]), Lips. Rep. I 4. 48 saec. XIII[7]), Laur. aed. eccl. Florent. 178 saec. XIV[8]), Vallicell.

---

1) Saeculi XI Gronouio uidebatur, cui est 'Mediceus primus'; saeculo XIII alii attribuerunt perperam, ut mihi affirmauit Henricus Rostagno.

2) 10,1 *quicquam*, 25,20 *ac* (utrumque etiam in *T*). de lectionibus quae Preud'hommio praeterea notabiles uidebantur cf. ad 9,23 et 58,7; tertiae (8,23 *poecunia P* sine *que*) ne mentionem quidem feci.

3) Catalogue général des mss. des bibl. publiques des départements I (Paris 1849) p. 325. saeculo XIII tribuit Preud'homme. in ultimo folio (150) leguntur uersus Ausonii de Caesaribus. fuit olim Clareuallensis, ut titulus docet in tegumento scriptus *liber sancte Marie clareuall*.

4) Cf. Roth praef. p. XXV. G. Becker, Quaest. crit. p. VI. de glossa ad Septizonium (Tit. 2) spectante, de qua dixi Herm. 36 p. 360, cf. nunc E. Maass, Die Tagesgötter in Rom und den Provinzen p. 112.

5) Cf. praeter alia (*disicere, ancoras, uiriatini* in eo scriptum est) p. 14,18 32,4 44,20 (confirmat lectionem Lipsii) 64,12 69,23 104,18 131,6 144,14 191,9 204,8 206,1 212,26 236,16 284,11 314,19 319,5 335,29 342,26.

6) Saeculi XIV—XV esse contendit C. L. Smith, Harvard Stud. XII p. 21, miro errore. deest in indice Preud'hommii. consentit cum deterioribus classis *X* (*OST*).

7) Continet Diui Iuli cap. 1—21, tum cap. 44 et 45; in cap. 45 abit in Heirici excerpta (Herm. 36 p. 345). proxime accedit ad $O(O^2)$, ut Bernensis 104 saec. XIV (Preud'homme, Troisième étude p. 30.67).

8) Descriptum ex *L* censet Preud'homme p. 67, cui opinioni non

B 26 saec. XIV[1]), Bern. 206 saec. XIV—XV[2]), Cantabrig. Dd 10. 41 saec. XV[3]), Paris. 5806 a. 1460[4]), Berol. lat. fol. 199 saec. XV[5]), Guelferb. August. 80,2.[6]) deterioribus huius familiae adnumerauerim etiam cod. Lyserianum siue Cortianum (saec. XV)[7]), qui ubi nunc lateat incertum est; certe contaminatum esse Beckeri lectiones satis probant[8]). contaminatique alii plures saec. XV supersunt, ut non raro parum liqueat utrum huic classi an alteri, de qua nunc dicam, adsignandi sint.

Deteriorem etiam emendationum atque uitiorum condicionem deprehendimus in alio exemplari (*Υ*), quod eodem fere tempore *Υ* quo *X* concinnatum est. ad quod repraesentandum tres e magna copia elegi libros, quibus quae bona quaeque mala insint affatim demonstrari posse arbitror. utriusque autem exempli cum lectiones paene integras adposuerim, comparatio facile institui potest. quod qui fecerit inueniet *Υ* longe pluribus uitiis, interpolationibus maxime et lacunis, laborare[9]), ut iam indicaui Herm. 40 p. 177 sqq., et uel eam ob causam cautius accipienda diligenterque pensanda esse quae non paucis locis in solo *Υ* (uel *Υ'*)[10]) ser- *Υ'* uata primo obtutu adrident. e tribus illis ut antiquissimus, quamquam saeculum XII non excedens, ita deterrimus uisus est cod. Parisinus 6116 (*Π*)[11]), uulgatae lectionis fons uberrimus at *Π* non saluberrimus. praeter alios Turnebus et Casaubonus[12]) eo

fauent lectiones a me excerptae (= *OST*). similes sunt Laur. Medic. Faesul. 181 et Laur. Gadd. pl. 89 inf. cod. VIII 2.

1) Fol. 181 sqq. fuit quondam Petri Antonii Tollentini Cremonensis.

2) Is graeca ubique omittit relictis lacunis. selectas mihi lectiones exscripsit Ioh. Bloesch Bernensis, quae affinem docent *OST*.

3) Vsurpauit Bentley, contulit Shuckburgh. fortasse Copesianus codex est (Preud'homme, Première étude p. 315).

4) Viterbiensis, quem maximi aestimabat Casaubonus, affinis Palatino 898 saec. XV (*OST*).

5) A Niebuhrio in Italia comparatus. examinaui post Beckerum (*OST*).

6) In Italia scriptus. O. v. Heinemann, Die Hss. d. Herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel VII (1900) p. 15. lectio *exussit* p. 71,3 in eo non extat.

7) Roth praef. p. XXXII.

8) Quaest. crit. p. VIII.

9) Ex. gr. e uita Diui Iuli collegi: omissa in *X* (*X'*): 5,12 47,3; in *Υ*: 3,8 4,23 6,8 24,9 29,20 42,9. interpolata in *X*: 7,3 8,2 12,22; in *Υ* (*Υ'*): 3,1 12,21 20,7 20,24 21,5 26,28 27,19 27,23 27,27 28,8 29,6 29,13 36,26 37,2 40,4 42,3. quod ad cetera menda attinet, neutrum alteri cedit peccans plus tricies in ea sola uita.

10) Hac nota comprehendi libros familiae *Υ* et familiae *X* eos qui ad exemplum aliquod illius correcti sunt (P^2*OST*).

11) Continet folia 112 formae octonariae signata numeris 1—89 et 100—122. Fol. 122' adscripti sunt 'Sidonii uersus' i. Ausonii monosticha de Caesaribus, ut in aliis multis.

12) Ad Iul. c. 78 'perantiquum' dicit.

usi sunt, tum Rothius diligenter contulit, cum de uetustioribus Parisinis hunc Memmiano dissimillimum expertus esset. ipse
Π^2 examinaui a. 1894 et 1900. corrector satis antiquus (Π^2) plurima ad exemplar codici *R* (u. infra) affine emendare studuit, cum primarius fons maxime propinquus fuerit alteri huius classis libro, unde manauit *Q*. concordare igitur solent ΠQ ($\Pi^1 Q$) et $\Pi^2 R$. notabilia in Π non inueni[1]) praeter orthographica quaedam (*disicerent, ecquid, spintrias, fasciisque*), quae ad probandam bonitatem nihil ualere manifestum est. alter est cod. Parisinus
Q 5802 (*Q*) formae maximae, binis columnis satis nitide exaratus saeculo XII[2]). praeter uitas Caesarum (fol. 1—68) Ausoniique uersus continet Flori epitomen, Frontini strategemata, Eutropium, Ciceronis Phil. I—IV et Tusculanas.[3]) adnotationes quae insunt Francisci Petrarcae[4]) ad Suetonium non spectant praeter unam ad '*Versus Suetonii*' adscriptam, qui post subscriptionem fol. 68ʳ leguntur: 'in quibusdam libris est *Sidonii*[5]), sed utrobique est
Q^2 error; uere enim sunt *Ausonii*'. Suetoniana qui correxit (Q^2) pauculasque glossas[6]) adleuit saeculo XV potius quam XIV tribuerim. Petrum Pithoeum libro usum esse Preud'hommius inde concludit[7]), quod ille 'ex optimo libro' laudet *productae* (321,12), at eadem lectio extat in ΠR, ut ad classem Γ referenda sit. neque minus caute quae ab eodem (p. 52—57) proferuntur accipienda esse nuper monui.[8]) ipse librum excussi a. 1894 et 1900, re-

1) 96,24 *quarum* etiam in Π legitur, quod moneo propter editionem Batauam.

2) Exeunte potius XII quam XIII ineunte. saec. XIII tribuitur in catalogo codd. ms. lat. bibl. regiae IV p. 158, quem sequitur Preud'homme (Troisième étude p. 72). ut supra etiam Droysen Ruehl Gundermann Rossbach in edd. Eutropii Frontini Flori. in ultimo folio (189ᵛ), ubi 'M. Tullii Ciceronis Tusculanarum finit liber quintus', adscripta sunt haec: '*Lan mil CCC. VIII. le premier jour de Jenuier entrerent poure gent en mal an*'.

3) Similis argumenti uolumen saec. XII in bibliotheca Beccensi fuit (cf. supra p. IX).

4) P. de Nolhac, Pétrarque et l'humanisme p. 203 sq.

5) Ita in Π, in Dunelmensi aliisque recentioribus.

6) Ad 95,2 *uxor rarissima,* ad 119,22 (esse) *i. comedere,* ad 156,2 *de uilla Iouis* (cum ipse librarius scripserit *ionis*). — ad Iul. 36 p. 19,17 legitur: '*ad haec uide I. Florum de bello punico secundo de Anibale*' (Flor. I 22,19), et iterum ad Florum fol. 75ʳ: '*uide de Pompeio s(upra) in Suetonio de Iulio Cesare carta quarta*'; talia plura (cf. fol. 5,9ʳ, 12ʳ,30 al.), fortasse ab alio uiro docto profecta.

7) Troisième étude p. 72.

8) Berlin. philol. Wochenschr. 1905 p. 12. — emendatiora quaedam ex antiquioribus solus habet, quae tamen in recentioribus quoque leguntur; u. ad 13,18 43,23 104,22 248,2. cf. 42,13 (coll. 42,15) et 158,7, ubi *rhianum* ex *Q* notaui (sic pro uaria lectione adscr. Π^2), cum in archetypo fuerit *hrianum* (u. p. LIX). e mendis huic libro peculiaribus adnotabo palaeographica haec: 37,11 *fagmata* (pro *stigm-*), 50,22 *cintonio* (pro *ant-*), 52,2 *plana* (pro *planci*).

cognoui 1904. ex eodem fonte deriuatus est cod. Suessionensis 19 (olim Praemonstratensis, mihi ε) saeculo XIII scriptus, ε interpolatus totus contaminatusque, ut abunde apparet ex Preud'hommii descriptione[1], nulliusque me iudice ad indagandas ueras archetypi lectiones pretii. nam quae bona laudantur partim mala sunt, partim in aliis quoque recentioribus inueniuntur. ceterum utilem esse ad stemma codicum classis *Υ* accuratius definiendum non negauerim. uersus interpolati, quos *Q* p. 26,14 praebet in contextu, in ε ad marginem adscripti leguntur; uerba 108,23 *intestina sua* usque *somniauit* 108,25 post uocem *sacerdotibus* 109,3 collocata sunt in *Q* et ε. haec aliaque plurima, quae afferre supersedeo, artam codicum cognationem ostendunt. selectas ex eo lectiones in commentario posui, ipse non examinaui. optimum classis *Υ* exemplar seruatur in Museo Britannico, cod. Regius 15. C. III (mihi *R*), scriptus saec. XII[2] foliis 89, quem *R* magni fecit Bentleius. ante eum Is. Vossius contulerat, neque enim dubitari potest, quin 'excerpta Vossiana' inde fluxerint[3], etsi una manet difficultas, quod *R* in Dom. cap. 14 uerbis *non alia magis* (p. 347,2) desinit[4], cum Burmannus Oudendorpiusque afferant etiam in his ultimis capitibus lectiones quasdam ex Vossianis sumptas. quibus perpensis et cum indole codicis *R* comparatis[5] nihil obstat quominus Vossii aetate integrum fuisse codicem sumamus.[6] optimum si dixi, hoc non ita intellegi uelim, ut leuetur inde auctoritas libri *Q*, qui multis locis meliora[7]

---

1) Troisième étude p. 44—49. excerpta Lislaeana et Bongarsiana ex Suessionensi desumpta esse idem docuit (Deuxième étude p. 544 sqq.).

2) Non saec. X, ut putabat Bentleius utque exhibet David Casley, Catalogue of the mss. of the King's library (Lond. 1734) p. 242.

3) Preud'homme, Première étude p. 313 sqq.; iam Rothius (p. XXVIII) de Anglico quodam codice cogitauerat, neque Beckerum (Quaest. crit. p. VII) mira illa etiam minutissimis in rebus communio inter *R* et Vossiana excerpta fugit.

4) Interierunt duo folia.

5) Non raro codicum *ΠQ* lectiones in *R* pro u. l. extant supra uersum uel in margine adscriptae; sic Vossius p. 353,10 (*duces*) excerpsit *uires* pro uaria lectione, 351,3 *adhoc* exc. Voss. (*adhuc* soli Π^1ϱ), 347,2 *namque* (pro *quam,* sic *MΠQ*, non ϱ), 348,11 *commendanti* omissum (cum *ΠQ*ϱ), 349,26 *cubili* (cum ϱ codice gemello), item cum ϱ 352,16 *comesaretur,* quae scriptura mihi grauissima uidetur, cum sic constanter *R* habeat (u. p. LII).

6) Cf. Preud'homme p. 303. certe falsa de ea re conclusit G. Becker (Quaest. crit. p. VIII), neque Preud'homme cogitare debuit de lectionibus a Vossio ex altero Regio (ϱ) sumptis.

7) Cf. adn. 5,8 9,18 21,6 26,26 29,7 54,5 92,20 243,16 262,19 (*familiarum Q, famulorum ΠR*) 264,28 312,26 313,24 318,5 324,5 325,9 326,6 331,2 al. omisi talia: p. 53,22 *pompeium .G.N. pompeii filium ΠR* (recte *Q*); 164,18 *conuictū egistanum* MQ^1 (*conuictu eg-* ΠRQ^2); 265,19 *numentanam* Π^2R (*mom-* Π^1, *num-* etiam *GST*, recte *Q*); 305,1 *incendiaruū Q* (*-rū* Π^1R^1); 319,23 *acroemata Q* (*acreomata Π, acrem̃ta R*).

seruauit quam *ΠR* non tam propinqua affinitate coniuncti quam *Π* et *Q*.[1]) certe pauca illla quae in *R* emendatiora se offerunt, num ad archetypum referre liceat ualde dubito.[2]) contuli a. 1900. codex Regius alter 15. C. IV (*ϱ*) saeculo XIII e simili exemplari descriptus est, tam simili ut Bentleius ex priore transscriptum pro certo contenderit neque tamen probauerit.[3]) est autem interpolatissimus[4]), neque raro correctus.[5]) selectas excerpsi lectiones, plenius adhibui inde a p. 347,2, ubi deficit *R*.

ϱ

superest praeterea eiusdem familiae, ut iam significaui, magnus librorum numerus. ex centum quadraginta sex, quos Preud'hommius recenset[6]), octoginta fere ad eam pertinent. antiquiores paucis hic percurram. codices Londinienses duos collegii Sionensis (saec. XII—XIII) Bentleius in usum uocauit alterumque codici *ϱ* affinem dixit; ceterum raro lectiones in medium protulit.[7]) de codice Dunelmensi saec. XII (bibl. eccl. Durham. C. III 18) certius iudicium permittitur. publici enim iuris factus est 'Suetonius collatus cum msto. Dunelmensi' in ephemeride 'The classical journal' IX (Lond. 1814) p. 143—149 et p. 386—394, ubi haec: 'codex Dunelmensis, cuius uarietatem hic habes, in bibliotheca Dec. et Cup. Dun. reseruatus, decimo et secundo uel superiori saeculo adscribitur.[8]). optimus sane liber, ut ex hac collatione, quae olim ab Edv. Rudd, Coll. Trin. Cantabr. Socio,

1) Consensus *ΠQ* plurima exempla attuli, multa neglegenda censui. de orationis in uita Galbae ordine turbato in *ΠQ* aliisque eiusdem familiae u. quae Preud'homme exposuit, Troisième étude p. 57 not. 2. sunt autem in *Q* uerba *nec defuerunt* p. 276,22 usque *decimauit etiam* p. 279,8 transposita post *uexillatione* p. 283,8, ita tamen ut quae post *uexillatione* sequuntur uerba *ii ob recens* hic desint; contra in *Π* uerba *quam exulantem* p. 277,21 usque *decimauit etiam* suo loco mota iam post *hi ob recens* (p. 283,8) leguntur. quo uitio non laborat *R*.

2) Cf. adn. 59,9 (consentit *G*) 120,20 214,27 233,31 236,16. infelicius rem gessit Preud'homme (Troisième étude p. 44) laudando *bucceas* (98,11) aliaque. 86,12 etsi *consensu* primitus scriptum fuisse concedo, tamen *concessu* lectio archetypi fuit, ac mihi quidem litterae *ces* in litura manu prima repositae uisae sunt. emendatricem manum in hoc libro satis raro offendi.

3) Passim differt ab *R*, ex. gr. his locis: 7,17 10,8 12,6 12,7 12,9 13,1 24,11 27,22 127,12 136,24 237,10. accedit quod capita litteris initialibus grandibus distincta habet, quae non item in *R* extant.

4) Cf. p. 6,8 29,30 32,3 46,12. de 318,12 u. Berl. Sitz.-Ber. 1901 p. 693, ubi adnotat Bentleius prorsus sic esse in altero codice Sionensi, qui gemellus est huius. 349,10 haec excepi: *conuertit nescio quid esse magnum nuntians quod afferretur non differendum.*

5) Cf. p. 12,17 30,21 38,18 (= *N*) 50,6 58,18 68,8 84,20 166,21 173,7 184,9 (= *N*) 242,29 319,24 347,16. propter talia coniectando inuenta a uiro non indocto fortasse dignus liber qui totus exeutiatur.

6) Latent etiam plures in bibliothecis.

7) Becker, Quaest. crit. p. VIIII. Preud'homme, Première étude p. 307 sq., Troisième p. 57.71. cf. adn. 125,25.

8) Saec. XII ineunti tribuit Preud'homme.

confecta est, abunde patet.'[1]) qua collatione satis, ut uidetur, accurata diligenter examinata sine damno neglegi posse patuit librum modo cum *Q* (*ΠQ*) modo cum *Π* (*ΠR*), rarius cum *R* facientem, in uniuersum autem optime cum *Υ* concinentem.[2]) sequuntur saec. XIII scripti cod. Cantabrigiensis Kk 5,24[3]); Laur. 64,8 (Mediceus secundus Gronovii)[4]); Laur. s. Crucis plut. 20 sin. cod. III.[5]) accedunt pauci saeculi XIV, plurimi XV.

Restat ambiguae incertiorisque fidei liber (*δ*), quem in melio- *δ*
rum numero habet Preud'homme, non tacens quidem eius uitia, quae totum interpolatum corruptumque euincunt[6]), sed in maius uirtutes quae creduntur extollens tanto opere, ut ad antiquissimum exemplar referri eum uelit.[7]) est autem cod. Parisinus 5804 saec. XV (ineunte ut uidetur)[8]) scriptus, quem mirum in modum cum Memmiano facere iam Rothius uidit neque tamen accuratius examinandum putauit, id quod fecit Preud'homme. cui adsentiendum uidetur non posse codicem ex ipso *M* descriptum esse. at fieri potest ut ex Memmiani iam altera manu emendati[9]) apographo manarit correcto ad aliud exemplum. mihi contaminatus uisus est et ob id suspectae fidei. neque enim cum iis tantum libris, quos meliores dicit Preud'homme (*MGX'*)[10]), sed etiam cum altera classe (*Υ*)[11]) consentit. etsi non omnes, satis tamen

---

1) In fine 'Sidonii' uersus leguntur (ut in *Π*), sequiturque carmen notissimum CIL III 3676 (Bücheler, Carm. epigr. 427). collatus est cum ed. Schildii a. 1667.

2) Attuli lectiones ad 56,22 et 170,15. utilis erit ei qui in stemma codicum *Υ* inquirere uolet.

3) Bentlei 'ms. episcopi Eliensis' (Preud'homme, Première étude p. 310 sqq.). contulit Shuckburgh. proxime accedit ad *Q* (Π^1Q).

4) Correctus m. 2 ad exempl. *X*, affinis *Π*.

5) Scriptus potius saec. XIV ineunte ex antiquissimis est eorum qui p. 334,15 uulgatam lectionem *uanae* (pro *uariae*) exhibent.

6) Troisième étude p. 35 sq. interpolationum exempla habes ex. gr. ad p. 26,23 28,8 32,18 68,18 72,1 133,5 199,9 346,13. cf. praeter alia etiam 36,8 *decimam. Nos* (in *M* sic scriptum *decima Nos*).

7) 'Il semble bien que *D* (id est *δ*) eut pour ancêtre un excellent manuscrit, indépendant de *A* (id est *M*) et même plus ancien que lui' (p. 37). scrupulum inicit uel numeri p. 13,2 omissio cum lectione *nomina* (*X*).

8) Exeunti XIV tribuit Preud'homme. Fol. 18 '*Incipit liber Suetonii transquilli de gestis cesarum feliciter . . . Annum agens sextum decimum*' etc., explicit fol. 131. plures partes interierunt: 47,2 *dies* usque 50,19 *crudissimo*, 94,26 *inuidiam* usque 98,21 *lactuculae* (in *δ* continuantur *lauticiarum et hyrsum*), 268,14 *etiam pone* usque 271,3 *Liuiae*. — excerpta Cuiaciana inde fluxisse Preud'homme (Deuxième étude p. 549) probare studuit.

9) Multa eorum, quae M^2 correxit uel adscripsit, exhibet; cf. p. 2,23 7,25 8,2 11,12 11,24 18,2. item glossas in margine: *silla mortuus, cesar captus, questorem appellat cesarem* al.

10) Saepius cum *X* solo.

11) Cf. p. 20,2 50,22 76,2 (*en ait*) 127,8 148,24 150,9 158,6 177,6

multas lectiones attulisse mihi uideor, ut indoles codicis perspiciatur, poteruntque peti plura ex editione Bataua, in qua sane eius uitia occultantur. de iis autem quae tamquam egregia et in δ solo exstantia praedicat uir doctus, paulo aliter sentio[1]) neque ut credam adduci possum scriptas fuisse in archetypo lectiones partim probandas[2]) partim reiciendas[3]); accedit quod nonnulla in aliis quoque libris leguntur iisque antiquioribus[4]), et nescio an ex ingenti recentiorum copia unus uel alter eadem uel similia praebeat.

Denique ex iis libris, quibus priores usi sunt quique latent[5]), unius saltem mentio mouenda est, Tornacensis cuiusdam 'peruetusti', qui alicuius momenti fuisse uidetur, si uera sunt quae traduntur. narrat autem Glareanus in epistula adnotationibus Suetonianis praemissa (a. 1559)[6]) Erasmum Roterodamum nactum esse exemplar peruetustum ab Wilhelmo Montioio Anglorum regulo ablatum e monasterio diui Martini apud Neruios (Tornacenses). ab Erasmo dono accepit Glareanus, qui lectiones nonnullas protulit. noua eius collatione usus esse uidetur Torrentius. desiderabatur autem in illo Domitiani uita inde a cap. 2. ipse attuli scripturas ex eo sumptas ad p. 54,8 134,10 136,2, quas frustra in meis quaesiui. ex aliis uarias lectiones adscriptas fuisse patet[7]), neque reliquae paucae certius de eius indole iudicium permittunt.[8]) si quando emerserit, habebimus, ni fallor, testem saeculo XII non antiquiorem.

De reliquis codicibus quorum ingens est multitudo, nouiciis

(*ei* om.) 177,26 196,32 232,12 244,16 354,7. cum *GT* ex. gr.: p. 113,10 138,2 326,5.

1) Berlin. phil. Wochenschr. 1905 p. 11.

2) Cf. p. 122,22 130,22 (?) 140,14 180,23 279,22 344,28.

3) 26,24 83,8 127,22 166,12 (*apparere*) 233,26. cf. etiam talia: 19,1 *nancta*, 60,6 *exim*. de *comitis* 41,26 u. p. XXXII.

4) 25,2 89,16 187,15 (lectio dubia) 256,15.

5) Bentleiani superstites sunt omnes (Preud'homme, Première étude p. 299 sqq.). latet autem latebitque 'uetus codex', ex quo Fuluius Vrsinus excerpta laudat in notulis a. 1595 emissis. fide dignus uisus est Bentleio, suspectus Burmanno aliisque, iureque Rothius (p. XXVI) excerpta illa plerumque commenticia dixit, ex Erasmi Stephani Torrentii editionibus conficta.

6) Suet. ed. Basil. 1560. cf. Roth praef. p. XXV. Drummond, Erasmus (Lond. 1873) p. 406.

7) 171,22 notatur lectio *octingenta*, quae est meliorum librorum, 'quamquam quidam spatio, quod uersibus interiacet, *octoginta* (sic *Π*) desuper posuit'. 210,5 'in ueteri codice legitur ad margines pernotatum *Puteo licuit*' (sic *X*). 20,7 Glareanus 'e uestigiis codicis sui' legit *quaterna*: *in equites uicena quaterna*, aderat igitur glossema *in equites* (*Υ'P²*).

8) 27,5 *aurum in gallia effutuisti* (cf. adn.); 61,3 *inalpinas* (= *MGVLST*); 122,2 *numatio* (*Π* habet *numa munatio*); 156,16 *si* om. (*MGΥ*).

et a grammaticis correctis, quos communi nota ς signaui, fusius ς disputare in animo non est. nam quod Rothius de iis fecit iudicium (p. XXIX 'auctoritatem habent nullam'), quod nuper quidam infringere temptauerunt[1]), id uerissimum esse perspeximus magno exemplarium numero examinato et Preud'homme[2]) et ego.[3]) 'nusquam enim' — ut Rothii uerba repetam — 'ex antiquitate ullam lectionem seruarunt quae non in Memmiano aut in duorum generum uetustioribus exemplis scripta extet. fit tamen nonnumquam, ut feliciter coniectando uel in uno libro nouicio uel in compluribus aliquod uitium sublatum sit, ideoque ab eo qui singularum correctionum auctoritates persequitur pro Sabellico aut Beroaldo appellandus sit codex Cortianus uel Basiliensis, id est ignotus quidam grammaticus saeculi XV, cuius haud improbabile commentum in hunc uel illum librum deuenit.' cuius generis sunt quos nuper in lucem protraxerunt nimiumque celebrauerunt[4]), Paris. 5809 saec. XV exeuntis[5]) et Vatic. 1905 anno 1466 scriptus.[6]) addique possunt multi hic illic emendationum uestigia exhibentes, uelut Vaticani 1906[7]) et 3336[8]), quique apud priores saepius laudantur: Basileensis F. I 12[9]), Friburgensis 372[10]), Lugdunensis Perizonianus fol. 4[11]), Lipsiensis Rep. I fol. 9 (Foucaultianus)[12]), Oxoniensis Lincoln. 93 (*L* Bentlei), Vindobonensis 183 (Vind. I Oudendorpii).

Praeter integros codices excerpta quaedam ad nostram aetatem peruenerunt, ex quibus uel propter antiquitatem non parui existimanda sunt ea, quae dictata a Seruato Lupo (u. supra)

---

1) Chr. Modderman, Lectiones Suetonianae (Groningae 1892); H. N. Veldhuis, Annotationes crit. ad Suetonium (Lugd. Bat. 1897), aliique.

2) Première étude p. 318 sqq.

3) Herm. 37 p. 590 sqq.

4) A. A. Howard, Harvard Studies XII (1901) p. 261 sqq. C. L. Smith ibid. p. 54 sqq.

5) Vt recte docuit Preud'homme, Première étude p. 327 sq.; liber mirum in modum repraesentat Beroaldi Sabellici aliorumque lectiones.

6) Preud'homme p. 319 sqq. non pauca communia habet ille cum uetustioribus duobus gemellis Vatic. 1860 et 7310 saec. XIV in.

7) Liber Iohannis Tortellii Arretini, cui transcripsit Iohannes Alemannus.

8) Anno 1460 per Lianorum Bononiensem scriptus; cf. P. de Nolhac, La bibliothèque de Fulvio Orsini p. 170.

9) Iniuria ei tribuuntur lectiones 238,4 *toti* et 309,16 *cui* (*qui* est etiam in Vindob. D). examinauit mea causa E. Bethe.

10) Roth praef. p. XXXI. excerpta debeo O. Hense Friburgensi.

11) In Italia scriptus. Catal. bibl. Lugd. Bat. (1716) p. 493. de locis nonnullis certiorem me fecit P. C. Molhuysen Leidensis. editioni Venetae hunc et Harlemensem similes ait Preud'homme, Troisième étude p. 76.

12) Romae scriptus a. 1444. 'collectio' uariae lectionis ad marginem ed. P. Scriverii a. 1596 adnotatae extat apud Baumgarten-Crusium I p. XXIII sqq.

H Heiricus Autessiodurensis excepit (*H*) obtulitque inter annos 871 et 876 Hildeboldo episcopo Suessionensi.[1]) conscripta igitur sunt eodem fere tempore, quo librarius Turonensis munere suo functus est. edidi et adnotaui Herm. 36 p. 343 sqq. ad fidem codicis Parisini 8118 saec. XI[2]) adhibitis aliis recentioribus[3]). iam in his excerptis, quae in rem suam conuertit Iohannes Saresberiensis usus deteriore exemplo[4]), emendatricem manum animaduertimus; caue enim credideris quae bene in iis legantur uel speciem bonitatis prae se ferant petita esse ex ipso Lupi exemplari.[5])

N amplior epitome (*N*) debetur alteri Parisino libro 17903 (olim Notre-Dame 188) saec. XIII binis laterculis scripto[6]), cuius auctor, ut abunde ex adnotatione critica patebit, exemplo classis *X*, at iam contaminato, usus est; saepius enim cum deterioribus eius familiae (*POST*) concordat, ut fructus inde percipiatur fere nullus. nam quae correctiora habet, eadem in aliis extant[7]). memoratu tamen digna uidetur lectio p. 299,15, in quam postea Bentleius coniectando incidit.[8]) contuli a. 1900. —

His iam peractis ad archetypum, qualem supra (p. VIII) indicaui, redeo. quem litteratura, quam capitalem rusticam uulgo uocant, nulla praeterquam capitum distinctione[9]) scriptum fuisse

---

1) Traube, O Roma nobilis p. 370 sq.

2) Extabant olim in uetustiore Paris. 18296 (saec. X) inter alia Heirici collectanea; cf. Traube, Rhein. Mus. 47 (1892) p. 559 sq.

3) Etiam plures supersunt quam dicit Preud'homme, Troisième étude p. 39, nullus tamen qui cum Parisino possit comparari.

4) In libro qui inscribitur 'Policraticus' (a. 1161); Roth praef. p. XXXIII sq., cf. Herm. 36 p. 345.

5) Cf. adn. 59,16 98,4 182,20 193,4 267,9. ex Orosio sumpta est lectio 249,13.

6) Fol. 145 'Suetonius in primo libro de XII cesaribus. Verba iulii cesaris laudantis amitam suam pro rostris' (Iul. cap. 6), et sic deinceps usque 'libro XII de domiciano'. desinunt excerpta fol. 157 in uoce *decerneret* Dom. 23 p. 353,17. orta est epitome, qua usum esse Vincentium Bellouacensem in Speculo historiali Rothius (p. XXXIV) probauit, ante a. 1264.

7) Cf. adn. 38,18 70,12 85,24 89,16 105,20 184,9 218,16 331,12.

8) 347,22 cum *N* edidi *abolitoque* dubitans.

9) Male in oratione distinctorum, quae aliquotiens mendis ansam dederunt leuioribus, exempla adnotaui ad p. 24,24 61,14 81,12 121,22 153,20 160,16 170,19 186,8 189,7 204,3 238,5 (adde *sortes ęde ptorū G*); quibus addi possunt multa alia, ex. gr.: p. 13,12 *cedere M*, 18,6 *successore inominatus M* (*successor rei nominatus V, successor innopunatus L*[1]), 25,18 *praeter eo M*, 32,22 *adde dicationem M*, 36,8 *decima Nos M*, 45,6 *adsimulem M*[1], 102,17 *quod amoris MG*, 146,20 *officia ut MX'*, 164,18 *conuictū egistanum MQ*[1], 197,25 *lamianosas* (*-os G*) *portatum MG*, 223,9 *aedes aliis MQ*, 228,17 *tyrrheni conlibri* et *carchedonia condiebus M*, 242,7 *alexandriae uocauit MX*, 301,1 *raptae* (*-tę, -te*) *MX*, 352,11 *esset ale ase M* (*esse tale* ẟ). ex *G*: 101,12 *diuos patiebatur*, 160,5 *extra tum*, 160,6 *deficientia nullum*, al.; ex *V*: 34,9 *armi sonaret*, 74,15 *labens ignibus* etc.

uel litterae quaedam permutatae aliaque declarant, quae infra inter mendorum genera et inter orthographica enumeraui, tum ipsius scripturae uestigia maxime in *M* residua. ac primum quidem singularum uitarum (praeter Othonis Vespasiani Titi Domitiani) principia in *M* aliisque grandibus litteris plerumque rubricatis conspicua facta sunt, partim capitalibus rarius uncialibus[1]). capitalibus scripta sunt in *M*: Aug. 1 (fol. 18) *Gentem* usque *olim* (item *V* litteris minus puris et fere *G*, de quo u. tab. III); Tib. 1 (fol. 33) *Patricia* usque *plebe* (in *G* tantum *Patricia gens Claudia*); Cal. 1 (fol. 57) *Germanicus* usque *Drusi* (in *G* usque *et*, in *V* tantum *Germanicus. C.*); Cl. 1 (fol. 71) *Patrem* usque *Drusum*[2]) (item *G*); Ner. 1 (fol. 83) *Ex gente* usque *Aenebarborum* (duorum uersuum spatium, in *G Ex gente* usque *fami*); Vit. 1 (fol. 106) *Vitelliorum* usque *alii* (in *G* prima tantum uox). accedunt in *G*: Otho 1 *Maiores Othonis*, Vesp. 1 *Rebellione*, Tit. 1 *Titus* usque *deli*, Dom. 1 *Domitianus* usque *patre con.* contra uncialibus incipiunt in *M*: Iul. 1 (fol. 1) *Annum* usque *amisit* (in *V* usque *decimum*, in *G* sic: GAIVS IVLIVS CĘSAR ANNV̄ rubr.); Galba 1 (fol. 97′) *Progenies Caesarum in Nerone defecit* (ultima uox capitalibus, in *G* duo tantum prima uocabula). item subscriptiones, quae in calce singularum uitarum leguntur, artificiosius, ut mos est, pictae sunt, et quidem duplici scripturae genere dumtaxat in *M* una quaeque, pars prior capitalibus litteris, posterior (inde a uoce INCIPIT, in ultima uita inde a DOMITIAÑ) uncialibus.[3]) denique in ipsa oratione principalis scripturae satis multa manserunt in *M*, rarius integra uocabula, saepius litterae singulares.[4]) iis autem quae in commentario critico laudata[5]) et quae infra, ubi de notis agitur, allata sunt, haec fere ex *M* potissimum addenda uidentur. 30,22 D·PRO·Ȧ·ET, 95,23 *Scribit ad filiam* (item *P* et litt. rubr. *S*, u. adn.), 116,11 *Testamentum* usque *Apriles* (in *G* tantum NOÑ·APRIL̃), 131,28 VALE, 203,3 *Rursus alteris litte-*

1) Rem tetigit Preud'homme, Troisième étude p. 88, concludens inde parum ueri similia de duplici archetypo. cf. Rev. crit. 1904 nr. 46 p. 380.

2) Versus qui sequitur (*olim — augusto*) scripturam prodit Turonensem semiuncialem; u. Chatelain, Paléogr. des classiques latins II tab. CLXXXIII 2 et L. Traube, Neues Archiv XXVII p. 267. cf. supra p. X.

3) Exemplum luculentum habes in tab. II; de *G* u. tab. III. in ceteris quoque codicibus subscriptiones grandibus litteris at rusticioribus exaratae sunt. ad *M* proxime accedit *V*, sed in illo solo librarius constantem diligentiam praestitit. ipse in adn. crit. minusculis usus sum.

4) Quibus non adnumero litterae N formam lapidarem, quam de more crebrius scriba Turonensis adhibuit (etiam ligatas N̄, cf. p. 31,1 NON|numquā).

5) 42,12 105,4 203,9 307,25 348,10.

ris (item *GLP*, om. *T*, u. tab. I), 203,10 *Item tertiis litteris* (item *LP*, u. adn. et tab. I), 226,11 ЄT (ET in *GR*, quod inter graeca resedit ut NᕲM 203,9); 51,22 Λ·M· (item 55,6 *Mδ*, 57,12 *Mδε*, 68,28 *M* qui antea 68,26 habet ᕲ·L·), 53,11 ·M·Q· *M* (item *R*, in *M* ante Q· aliquid erasum, m·q; *ΠQP*[2], *antonioque LP*[1]), 136,8 Λ·*quae*, 313,14 *seRapidis*. accedit distichon (10,1. 2) in *VL* grandibus litteris scriptum, acceduntque plura etiam huius modi in *G*, quae uereor ne librarii arbitrio magis debeantur quam exemplari unde transscripta sunt: sic tituli[1]) 20,4 41,27 46,2 296,10; sic disticha 287,1. 2 et 354,3. 4; sic dicta uaria 84,3 84,25. 26 197,19 267,18 (*haec est fides*) 329,17; denique principium capitis uitae Galbae quarti 273,15 SERGIVS GALBA et ultima uox Domitiani 354,8 PRINCIPVM.

Numeros in archetypo perscriptos fuisse plerosque e uarietate codicum apparet, quamuis ubique fere, ut adsolet, in parte librorum (praesertim *GR*) notae compareant. quam uarietatem plene afferre propter ingentem copiam nolui[2]), cum etiam his in rebus *M* dux sit fidelissimus, ne aduersus consensum quidem reliquorum (ut 197,24. 25) deserendus. ipsum autem Suetonium etiam notis usum esse cum per se intellegatur, tum luculento exemplo confirmatur p. 13,2, ubi numeri nota scribis mediae aetatis insolita in *M* erasa, in *V* bene exarata, ne in nouissima quidem editione recte expressa est.[3]) longe rarius pro notis, quas permultis locis in *Ω* extitisse certum est, perscripta nomina inueniuntur, ut 171,31 *triginta S* (213,19 *Q*), 197,4 *nono P*, 213,5 *quattuor PQ*, 332,22 *uiginti QS* (335,8 *ΠQS*), quibus addo singularem *L*(*uci*) praenominis solutionem *quinquaginta* p. 3,20 in *PO* (corr. m. 2).

De aliis nominibus, quae per notas scribi solent, haec adnotabo. retinui fere quales in *M* notae extant, quocum faciunt plerumque reliqui; raro perspicuitatis causa solui, interdum paululum

1) Ego quoque ad normam epigraphicam plerosque dandos putaui, aeque ut inscriptiones latinam 165,16 graecamque 307,5. de graecarum litterarum formis consule tab. I; similes autem fere extant in omnibus libris, solentque confundi I et Y, Є et H, Є et C, O et ω, H et N, H et Y, H et Π, Π et TI, Θ et T, Γ et T, I et ЄI, Є et ᕲI, Λ et ᕲ. potiora adnotata sunt, omisi talia: 16,28 XPЄTIPANNIΔOC *M*, 174,24 ЄKTω et BACIΛЄHC *MLS*, 259,2 NЄPON *MLS*, 267,14 OIᕲTᕲ *MGLS*.

2) Cf. adn. 20,2 46,1 65,20 115,14 167,10 197,19 208,22 (IIII notaui ex *LPRT*) 229,24 234,5 250,21 (*centum LX. L*, *C. LX. T*) 274,26 276,26 279,3 309,2 321,12. alia u. infra p. XXXVI sq. e *G* notaui praeterea *XVuiros*, *tribus et XX*, *C. et XX* (item *ΠR*), *duodeXXX*.

3) De numeris pauca quaedam praelibauit Preud'homme, Mélanges Paul Fredericq (Bruxelles 1904) p. 48 sq. nihil in talibus probant formae uolgares *quindecem* (sic 21,21 *M*, *XV. GT*), *septemdecem* (u. adn. 346,5); eandem scripturam offendi in parte deteriorum: 65,16 (*septemdecem ST*, *VII & X G*, *septem et decem P*), 78,15 (*XVII G*), 235,27. maioris sane ponderis numerus est corruptus 22,15.

mutaui. constantem autem in talibus usum frustra quaesiueris, neque ipsum auctorem sibi constitisse probari poterit.

Praenomina: *Aulus*: perscriptum praeter 295,5 et 296,12 ubi u. adn. *Decimus*: nota 54,11.18 (42,2 *decio M²ΠR*, item 43,12 et 44,23 *ΠR*). *Gaius*: u. adn. 35,16 49,4 89,11 162,1 165,9. compendium c̄ 50,22 in *M*, G pro C saepius in *ΠR*. *Gnaeus*: CN. saepiusque C·N· in *M*, *gn.* et GN. in *G* (49,6 *c. neus M*, *CNeus LS*). *Lucius*: u. 41,8 89,11 295,6.16; cf. 3,20 *lucio M²GS²*, *lucii P²O²* (corr. pro *quinquaginta*), 340,8 *luc̄ G*. *Marcus*: u. 9,7 10,10 50,9 122,21 (*amgallio M*). cf. 53,10 ubi M·Q· *MR* (in *M* ante Q· aliquid erasum). *Publius*: u. 4,28 10,14 295,6.10. *Quintus*: u. 294,5 295,5 307,22. cf. 20,21 Q̄· *M* (*quintus S*), 109,21 Q̄· *R* (*Quę G*, *Quintus PT*, om. *VS*), 136,8 *quae ML*, *q*; *G*. *Seruius*: u. 273,15. *Sextus*: u. 81,12 et 122,19. *Tiberius*: u. 119,13 120,20 185,15. *Titus*: plerumque perscriptum, ut 306,6 etiam in *G*; cf. adn. 58,10.

alia: *Kalendae*: u. p. LIV. *Idus*: *id̄* et ID· *MG*, saepius perscriptum. *Nonae*: 116,11 NON̄ *MG* (*non̄* et *nonas* rel.). *Ianuarius*: *ian.* uel *ian̄.* (IAN.) *M* cum plerisque; 86,14 *ian̄r. MQ*, raro perscriptum. *Februarius*: 197,4 FEBR. *M* (feb̄ *L*). *Martius*: 196,16 MAR· *MGP* (*mar.* et *martii* rel.; restitui *Mart.*, ut traditur 320,2). cf. adn. 56,21. *Aprilis*: u. 116,11 160,1 (*ap̄. ML*, *ap. VR*, *ap.* (i supra) *S*). *Maius*, *Iunius*, *Iulius*: *mai.*, *iun̄*, *iul* plerique. *Augustus*: 201,2 AVḠ· *MGΠ* (*aug̅.* fere rel.). *September*: 115,13 *septemb̄. MPS* (*sept̄ GVLΠR*, *septembris QT*), 165,11 et 296,13 *sept̄ M* cum plerisque, 332,21 *septb̄ MΠL* (*sept̄* rel.). *October*: *octob̄.*, *octb̄.*, *oct. M*. *Nouember*: 334,1 *noueb̄ M* (NOV̄· *G*). *December*: 122,2 DEC· *M* (*dec̄ GLΠR*, plenius rel.), 307,22 *decb̄ MLP* (*dec̄ QR*, plenius rel.). *consulibus*: dedi *conss.*, *cons.*, *coss.* (*conss̄*, *cons̄*, *cos̄*, *coss̄ M*), perscriptum fere semper in *G*. *imperator*: u. adn. 273,15. *praetor*: u. adn. 4,11. *tribunus plebis*: TR·PL· et saepius T·R·P·L· *M* aliique (11,19 *tribuno plebis G* et ss. *M²*). *eques Romanus*: 139,1 E·Q·R· fere omnes (EQ·R· *R*, *equiti Romano Q*). cf. adn. 143,3 et 216,25 (*equiter. M*). *populus Romanus*: P·R· satis frequens (cf. adn. 108,10 et 132,22); 218,20 *pop̄. R· MLT*; 62,1 *populique rom̄. MVLS* (*romani GPΠ*, *romā R*, *romę Q*), item *rom̄* 308,17 *MLΠ* (*r.* uel *romanam* rel.). *res publica*: R·P· aliquotiens in *GΠ* (cf. adn. 74,6 109,24 354,7), nusquam in *M*, ex quo notaui 131,22 REI·P· (88,1 REP̄· *V*, REP̄· *L*) et passim *p*· (rarius P·). *patres conscripti*: P·C· 87,9 (perscr. *S*) 136,11 156,14 (praeterea in *G* 155,20 et 344,16). *senatus consultum*: S·C· 90,26 et 121,29, plenius multis locis. *filius*, *-a*: F· 53,22 *MV* (*f. LS*, perscr. rel.), 168,7 *M* (*f. LPSR*, *filiam* rel.).

Reliqua scripturae compendia tralaticia sunt, rariora in *M*, crebriora in *G* ceterisque.[1]) passim in *M* leguntur *b*: = *bus*, *q*: = *que* (*q̄*: = *quae*), quae fontem sapiunt primarium. deinde, ut breuiter componam potiora: *p̲* per, *p̃* pre, *ꝓ* pro (rarum)[2]), *c̄* con

1) De *M* et *G* cf. tabulas adnexas.

2) Haec tria passim permutata: uitium archetypi 14,18; singulorum librorum: 30,3 30,19 45,7 72,3 73,12 93,18 116,26 144,3 144,11 164,30 (*perfestos* et ss. *tꝓ R*) 258,5 289,24 321,12 337,15; cf. 9,24 et ex *M* correcta in hunc modum: 82,8 *propsequendosque* (112,21 *ꝓp̲secuturus G*), 112,25 *p̃ter* (i. *p̲ter* in *p̃ter* corr. m. 2), 210,1 *ꝓ**posuissent* (i. *ꝓ* corr. ex *p*** m. 2), 273,19 *prenomine* corr. m. 1 ex *pron-*.

(*c̄pulit, c̄dito*), *m̃* men (*agm̃, tam̃, iumtis*), *r̃* runt (*fuer̃, meminer̃*), *t̃* ter (*utq:, trorẽ, p̃t*, etiam PAT̃), *ũ* uit (*tẽptaũ*), *x̃* xit (*finx̃*), *đ* dit (*deđ, intenđ*), *t* tur (*inᵽbat*, talia non minus rara quam *temp' nanct' ei'*); *ñ* (Ñ) non, *ē* est, *ēē* esse (*ēēt, ēent, ēe.do*), *s̃* sunt; *aut̃* autem, *qđ* quod[1]), *q* (rarum), *qm̃* et *qñm* quoniam, *om̃a* et *om̃ia* omnia, *om̃s* omnes.[2]) singularia, si recte uidi, haec: *dr̃* dicitur, *disciptos*, *nob̃* nobis, *scđo* secundo, *tẽpr̃* tempore, *ĩōnib;* in omnibus[3]), insolentiusque, cum alibi *nr̃o nr̃a* de more scriptum sit, *nr̃t* pro noster 345,22.[4])

De capitum distinctione, quam supra tetigi, Rothio (praef. p. XII) adsentiendum fuit, qui etsi ordinem numerandique morem a scribis saeculi XV inductum[5]) et ab Erasmo in editione Basileensi sanctum quamuis non raro incommodiorem mutare noluit, tamen capitum diuisionem qualis in Memmiano perbene instituta deprehenditur, lectori uersiculorum initiis reductis indicandam censuit, paucis tantummodo aliter administratis quae necessario refingenda erant.[6]) reliqui codices partim cum *M* consentiunt[7]), partim discrepant; certe hac quoque in re libri archetypi uerissima imago Memmianus putandus est.

De nostrae editionis ratione haec fere adicienda uidentur. breuitati ut consulerem permultas codicum lectiones suppressi multasque uirorum doctorum coniecturas, iis maxime locis, qui

---

1) *quid* et *quod* confusa: 85,24 96,8 331,12. minora non commemoraui.

2) 260,10 *om̃s* falso pro *omnis.*

3) Hoc Iul. 13 p. 6,22; notandum autem est uitae Diui Iuli capita 11. 12. 13 in litura scripta esse compressius propter spatii angustias litterisque paulo tenuioribus.

4) Vide quae L. Traube, Perrona Scotorum p. 524, de hac nota docuit.

5) Sine capitum numeris uulgata distinctio adiectis argumentorum titulis iam extat in editione Veneta prima a. 1471 et in anonyma.

6) Vbique fere talia a Rothio reficta recepi. adieci de meo paragraphorum numeros, sed parcius agendum duxi quam fecerunt priorum nonnulli, uelut S. Pitiscus in ed. a. 1690.

7) Principia nominum initialium passim omissa sunt in *GV*, relicto fere spatio litterae artificiosius pingendae, quod postea neglectum est. uide quae de *G* monui Herm. 37 p. 594. falsa distinctione in *G* ex. gr. orta sunt 94,10 *thronosuxit*, 110,5 *Taliter* (*T* rubr.), 151,13 *mala. sper*, 166,6 *uerum* (a *Puerum* nouum caput incipit *M*), 174,8 *maluissentpera*, 175,22 *iecitgrippę*, 235,17 *premebatur eductus*; falso 201,22 *Pater* (*P* rubr.) exaratum in *G* (corr. G^3, *Ater* g), in eodem 263,19 *Ferrebatur*, 312,9 *Vęsiaci*. ex *V* notaui 82,10 *equos* (pro *Et quo*), 97,15 *Esto* (pro *Festos*), 130,1 *ximo* (pro *Proximo*). rarius hoc uitio foedantur reliqui, ut 165,11 et 151,15 (hic etiam *M* continuans *potestones*). — capitum argumenta in *M* appicta (manu antiqua) non inueni nisi ad Cal. 50 (fol. 68) *forma gaii* et ad Cl. 30 (fol. 70 litteris uncialibus) ⟨*d*⟩*e forma claudii.*

in commentario accuratius tractandi erunt. recepi e Memmiano lectiones quam plurimas, quibus si addideris in hac praefatione commemoratas integrum fere codicem expressum habebis; e reliquis selectas, et ita quidem ut notarem lacunas notabiliores, id est unum uel plura uocabula omissa, omnes ex *G* et *V* itemque ex classibus *X* et *Υ*, neque minus traiectionum qui inueniuntur errores, cum talia maxime idonea sint ad constituendum librorum stemma adscribendosque certae classi codices nouos si qui forte inuestigauerit. contra neglexi fere litteras singulares syllabasque passim, ut adsolet, currente stilo praetermissas uel additas. sed talium quoque specimen — quod ad *M* attinet plenissimum — dandum putaui, ne quid desideretur quod conferre possit ad perspiciendam inlustrandamque meliorum librorum indolem. in orthographicis Memmianum, ut par est, ubi fieri potuit uel ubi utile uisum est, secutus sum. non pauca reuocaui, quae priores spreuerunt, at non raro in deterioribus libris adquiescendum fuit aut omnino ab archetypi lectione recedendum. horum quoque conspectum infra inuenies. de expilatoribus Suetoni qui dicuntur locus hic non est ut copiosius disseram. qui cum omnibus libris superstitibus multo sint uetustiores, neglegendi minime fuerunt. rettuli igitur inter testimonia locos scriptorum uariorum, quos ex Suetoniano puteo hausisse uel certum uel probabile est[1]); Polyaenum dico, ut potiores enumerem, Eutropium, Aurelium Victorem (cum epitome quae eius nomine fertur), Ausonium, Orosium. parcior fui in laudandis scriptoribus historiae Augustae, quos imitatores potius dixeris.[2]) de his aliisque, uelut de fontibus Suetoni, de ratione, quae inter eum et Tacitum intercedat, plus semel in commentario sermo inferetur. attuli tamen iam in hoc uolumine quae necessaria uel impraesentiarum utilia uisa sunt.

Conspectu mendorum, quem subiunxi, cautius ut utantur lectores uix est cur moneam. uarii enim generis sunt corruptelae, neque paucas, quae aliis ex litteris perperam lectis enatae uidebuntur, alii ex pronuntiatione uulgari explicare malent, alii communes tritosque errores scribarum neglegentia ortos existimabunt. quare consulto legitima consonantium digestione, quam suo iure artis grammaticae patroni postulabunt, abstinui. in palaeographicis quae errata sunt, partim, ut iam significaui, ex litteratura capitali explicantur[3]), partim uero ex minuscula neque raro tali,

---

1) Roth praef. p. XVI sq. XXXIV; de Dione illi minime adsentior. de Einhardo u. supra p. VIII.

2) Cf. interim Wölfflin, Sitz.-Ber. der k. bayer. Akad. 1891 p. 465 sqq. E. Klebs, Rhein. Mus. 47 (1902) p. 26 sqq. H. Peter, Die script. hist. Aug. p. 102 sqq.

3) V. infra permutatas *b:s*, *c:g*, *f:i*, *i:l* al. cf. errores fabriles, quos e titulis collegit Engelbertus Schneider, Dial. Ital. ex. sel. p. 128 sqq.

ut uidetur, quali Fuldenses librarii usque ad medium fere saeculum nonum usi sunt.[1])

Mendorum genera:

Transmutationes uocum, syllabarum, litterarum:

cum signis corrigendi (ubique fere m. 1): 61,5 *sěúbos M* (ita corrigas uelim in adn. crit.) 75,18 *″dam ″quo M* 174,5 *áutem éos M* 247,20 *″extatq. h″abuit M*, et sic saepius *R* (ex. gr. 184,19 *″se ″placitam uocasset*, 313,18 *″constabat ″se*, ubi *se* falso additum est), rarius in reliquis (227,30 *″uolumen ″adhuc S*); in G tali modo: 263,11 *odio*[c] *omnium*[a] *in*[b] *se*, 278,3 *tanta*[b] *re*[a] (u. adn.). alia non correcta: uitia archetypi: 46,27 *primo consecratos* (pro *primos consecratos*) Ω (similiter mutatae terminationes: 207,2 *M*, 237,27 *R*, 288,1 *M*, 288,16 *M*, 320,2 *M*; alia quae non adnotaui: 29,25 *ineptu gratis Q*, 98,17 *senes sex tantos G*, 207,7 *annuo natalis ΠR*; cf. etiam adn. 84,10 127,29 182,20 348,8); 84,20 *grandi iam ornatu* (pro *grandior iam natu*) Ω (cf. 165,4 *G*); 239,2 *tam nullo quam* (pro *tamquam nullo*) Ω (cf. similia 106,21 127,5 192,9 172,13 207,31 227,30 310,13 354,7); 55,7 *patribus* (pro *partibus*) Ω (cf. 59,10) 77,10 *cesserat* (pro *cessaret*) Ω (cf. 13,2 *rediget* pro *redegit M*[1] et adn. 340,3) 89,17 *uicinio* (pro *uinicio*) Ω (cf. 256,2 *uiciniana Π*[1]*Q*) 91,10 *saluidenium* Ω; adde coniecturam Reinesii 168,19. huius generis quae in *M* aliisque extant, plurima adnotaui: 3,5 60,6 103,4 106,1 110,16 (*uers* in *M* m. 1 in rasura; item 344,22 in uoce *releuandos* litteras *leu* in litura reposuit *M*, ut fuerit primum *reuelandos*; sic 10,7 *reuelauit Q*[1], 225,13 *obseruari S*) 126,2 (cf. 102,21 *V* et 227,14 *adiutorio G*) 128,18 (contrarium 243,19 et 312,24) 131,26 183,15.21 188,17 189,8 189,27 235,31 (cf. 239,1 290,23 336,10) 242,13 266,23 292,18 295,15 (contra 61,11 *eadem* pro *aede V*, 112,10 *eadem* pro *aedem G*) 328,6 (cf. 152,23 327,20 *susceptissimum G* 120,8 *expecto G*) 351,1 (sim. 178,12 *marconem LPS*, 278,26 *marco G*). quibus omissa ex *M* hic adnecto (de *h* transmutata u. p. XXXVIII): 17,7 *pristino* corr. m. 2 in *pistrino* (item 50,16.19, contra *pistrina* pro *pristina* 320,2)[2]) 19,13 *clauinus* corr. m. 2 in *caluinus* (231,1 *clauinorum G*) 46,1 *numicidi* (cf. 117,7 *G*) 153,20 *transgulari* (ita fere semper in *S*, cf. 161,5)[3]) 218,11 *orchresta*. cf. etiam *Betriacum*, *flagro, strena*.[4])

Syllabae (uoculae) omissae uel falso additae, haplographiae uel dittographiae quae dicuntur uitia nec non aliter accipienda[5]):

omissae: in archetypo: 12,13 *occasione ⟨ne⟩* (cf. 292,18) 58,18 *repetita ⟨Ita⟩lia* 164,19 *iusti⟨ti⟩* 193,12 *propere ⟨re⟩uersus* 256,5 *laudauit ⟨et⟩* (cf. 75,14 et 114,15) 269,26 *siquidem ⟨im⟩agunculam*

---

1) V. permutatas *n:r*, *p:r*, *r:s*. L. Traube, Die Überlieferung des Amm. Marcellinus, Mélanges Boissier (1903) p. 443 sqq. cf. Gardthausen ed. Amm. Marc. p. XII sqq.

2) Cf. CIL VI 33899 (Audollent, Defixionum tabellae nr. 140) *pristinarium*.

3) Cf. Schuchardt, Vokalismus III p. 12.

4) Scil. infra in indice litterarum ordine disposito, ad quem passim delegaui.

5) Cf. *que* et *quoque* permutatas: *que* pro *quoque*: 150,10 191,23 (143,12 *siluisque X*); *quoque* pro *que*: 135,6 173,7 192,25 271,7 310,12 (149,13 *uaria quoque V*). adde coniecturas 203,19 310,13 336,15.

322,8 *calciasset* ⟨*et*⟩ (cf. 15,22 et 21,29; praeterea 37,14 133,5 144,4 233,29; etiam 200,25) 345,14 *edicere* ⟨*re*⟩*uocatam.* in *M* aliisque: 7,27 ⟨*in*⟩ *integrum* M^1Q^1 (cf. 12,19 40,21 297,14, etiam 15,7 *in aes* ⟨*in*⟩*cisa* M^1; aliter 192,16 et 313,18) 12,9 *addi*⟨*di*⟩*t MGV* (cf. 182,10 et 348,13) 50,25 *consti*⟨*tu*⟩*tum* M^1 (cf. 275,6) 80,10 *coer*⟨*ci*⟩*tionem* (*cohert- QT*) M^1QT (226,3 *coerci*⟨*ti*⟩*onem* $M^1\Pi^1Q$, cf. 62,1 *ami*⟨*ci*⟩*tiam M* 317,3 *impudi*⟨*ci*⟩*tiae M* 317,12 *inimici*⟨*ti*⟩*arumque MT* 347,11 *solliti*⟨*ci*⟩*or* M^1) 177,17 *abduxisse* ⟨*se*⟩*cum MGX* 179,10 *compar*⟨*ar*⟩*entur M* (197,8 *praepa*⟨*ra*⟩*rentur* M^1, cf. 134,6) 313,26 *oculos* ⟨*si*⟩ *inspuisset* M^1. aliter errata in *Ω*: 51,21 *cubicu*⟨*li*⟩ *Lares* 131,1 *es*⟨*se*⟩*t* 122,11 *ite*⟨*ru*⟩*m* 152,1 *remedi*⟨*or*⟩*um* (cf. adn. 20,29 et 330,17; at 301,6 *phoenicopterum* retinui, cf. Lampr. Heliog. 20,6)[1]) 160,2 *nigr*⟨*in*⟩*o* 283,7 *germanici*⟨*an*⟩*orum* (cf. 289,15). in pluribus (cum *M*): 63,22 *appella*⟨*ba*⟩*t* $MGVLP^1Q\delta$ (45,20 *caelebra*⟨*ba*⟩*nt* M^1) 108,24 *terra*⟨*ru*⟩*m* 125,25 *ui*⟨*si*⟩*tare* 137,15 *se* ⟨*re*⟩*ferrent* 165,6 *exosculabat*⟨*ur*⟩ (cf. 242,4) 200,14 *germani*⟨*ci*⟩ (cf. 169,4 *germani*⟨*ci*⟩ M^1) 235,20 *bo*⟨*no*⟩*niensibus* 248,11 *sti*⟨*pi*⟩*tem* 252,27 *in* ⟨*se*⟩*cessu* 253,11 *repe*⟨*te*⟩*ntique* (cf. 347,7) 258,1 *du*⟨*cu*⟩*m* 292,10 *c(a)el*⟨*er*⟩*iter* 316,4 *in*⟨*ter*⟩ *se*; cf. 239,14 al. in *M* solo: correcta m. 1 uel m. 2: 8,2 *cog*⟨*no*⟩*uisse* 23,2 *dimi*⟨*di*⟩*a* 24,11 *obtrec*⟨*ta*⟩*torum* 41,16 ⟨*as*⟩*sertores* 109,6 *omni*⟨*no*⟩ 119,10 *com*⟨*me*⟩*morem* (item *Qε*) 125,4 *cessis*⟨*se*⟩ 154,10 *cognitio*⟨*ni*⟩ 195,16 *agita*⟨*to*⟩*ri* 262,29 *respon*⟨*den*⟩*te* 274,3 *uiri*⟨*li*⟩ 292,19 ⟨*is*⟩*idis* 312,7 *sollici*⟨*ta*⟩*tus* 314,18 *dis*⟨*ci*⟩*plinam* 322,11 *scis*⟨*ci*⟩*tans* 347,12 *phen*⟨*gite*⟩ (m. 1); cf. adn. 2,3 49,1 61,14 82,22 110,2 139,2 201,11 312,12. non correcta: 79,22 *funge*⟨*re*⟩*ntur* 111,10 *au*⟨*gu*⟩*rium* (item *δ*) 130,3 *sen*⟨*ten*⟩*tia* (239,11 *sen*⟨*ten*⟩*tias*) 240,16 *li*⟨*ti*⟩*gatores* (186,23 *ligatorum* et 322,7 *ligatori T*) 256,6 *fla*⟨*gi*⟩*tiis* 339,12 *s*⟨*ta*⟩*tuam.* cf. adn. 146,28 155,5 197,10 209,13 226,15 245,6.27 247,7 250,5 255,18 281,18 283,23 299,11 301,4 (335,9 *dic*⟨*ti*⟩*tante* R^1L^1PT) 347,20 al.

additae: 92,1 *contulisset* [*et*] *Ω* (eiusdem generis adnotata ad 34,12 108,16 126,23 198,1 223,4 224,17 276,21 302,10; adde 129,8 *instaret* [*et*] M^1, fort. etiam 133,16 *Ω*). alia dittographiae uitia passim enotaui (potiora quaedam 60,5 64,2 171,14 213,6 221,11 326,9), alia praeterii, ut haec in *M* extantia[2]): 38,18 *ignorauerat ignorauerat* (*ignorauerat* etiam PO^1) 59,8 *diuidi iuli* 71,10 *ad tris ad* 82,5 *militiliae* 99,24 *uolelebat* 117,6 *complexussus* 120,2 *sequereretur* 136,9 *rogo siquid rogo siquit* (prius deletum) 201,4 *gergermanici* 215,24 *concurrererunt* 227,16 *exortus exortus* 284,7 *capere* (del., incipit noua pagina) *capere* 287,8 *supersuperstitem* 296,22 *locum locum*, quibus addi potest 63,19 *disci*[*ti*]*nctosque.* aliter explicanda interposita haec in *Ω*: 8,13 *or*[*di*]*narentur* (cf. 28,31 *ordinatior Rρ*, 39,20 *ordinamenta* Π^1Q, 55,10 *ordinandum R*) 12,17 *prospere* [*de*]*cedentibus* 36,26 *deuersorio lo*[*co*] *quod* 48,10 *serui*[*li*]*o* 89,16 *diu*[*tu*]*rnos* 114,16 *mi*[*ni*]*mum* (cf. 97,10) 212,26 *ex*[*eo*]*cogitauit.* adde 221,6 *in*[*di*]*gentibus* 249,6 *tirid*[*it*]*atem* 249,18 *ali*[*en*]*a*, aliaque plura partim in commentario critico laudata partim neglecta, ex quibus quae ad *M* pertinent hic adnotaui: 8,8 *con***tione M* (cf. 44,17 *contentione V*, item 288,22 Π^1Q) 17,16 *repe*[*te*]*nte* M^1Q 27,25 *uirorum M* (sequ. mox *uirorum*) 32,22 *adde dicationem M* (212,17 *dedicationem* M^1Q^1P) 55,13 *praedicanti M* 174,14 *concedere M* (cf. 193,5).

---

1) De *nummum, deum* (saepius trad. *deorum*) sim. u. Thimm, De usu atque eloc. Suetonii p. 10 sqq.; de *sestertium* adn. 20,24.

2) 11,19 *antistitio X'* (44,6 *antistititus V*). interpolatori potius debentur quae in *T* leguntur 123,8 et 214,23. de *G* pauca protuli Herm. 37 p. 595.

Geminatio uocalium et consonantium male uel omissa uel admissa: uocalium:

De formis gen. sing., nom. dat. abl. plur. contractis (*-i* pro *-ii*, *-is* pro *-iis*) haec fere monenda uidentur.[1]) pleniorem nominum propriorum in *-ii* formam cum admodum raro testetur codicum consensus, retinendam non censui. restitui igitur, ut sexcenties suadet *M*, 26,17 *Sulpici*, 122,6 *Antoni*, et sic fere duodecies. contra retinui 244,6 *Iouis Cassii*, 316,23 *Flauii generis* aliaque (u. adn. 87,23 174,29 283,22 330,8). eundem in modum traduntur *Anti* (165,21 *anti MG*, *antii ΥT*, *accii L¹PS*; cf. 234,5), *Capitoli* (ex. gr. 110,12 *capitoli M¹V*, *-ii* rel.) et *Capitolii*, *Palati* (ex. gr. 50,24 *palati MV*, *-ii* rel.) et *Palatii*. appellatiuorum fere haec: *aerari* (73,19 *aerari MVQLP¹*, cf. 71,2; at 319,8 *-ii Ω*) *benefici* (216,20 *MR*, at 318,1 *-ii Ω*) *bienni* (280,19 *bienni* Π*, *-ii PT*) *collegi* (u. 70,23) *conloqui* (153,13 *conloqui usus M*, *conloqui iussus V*, *colloquii GXΥ*) *fili* (ex. gr. 92,23 *MGV*) *imperi* (132,18 *M¹* solus) *iustiti* (164,19) *nummulari* (50,18 *MV*) *offici* (146,20 *officia ut MX'*, *officii aut GΥ*) *ordinari* (209,17 *M* solus, sequitur *iuris*) *praetori* (207,24 *MLPS* cf. adn., 278,25 *MLP*, 327,18 u. adn.) *proscaeni* (237,14 et 246,22 *-ii Υ*) *trienni* (72,9 *MVLP* 145,12 *MVL¹*); at longe saepius formae in *-ii* leguntur (115,3 *coniugi* Roth contra codd.), quas enumerare longum est. idem ualet de nom. plur. (*lecticari*, *retiari*, cf. 132,15) et dat. abl. plur. (ex. gr. 29,7 39,19 70,8 71,9 268,8).[2]) in his quoque lectores sciant contractas formas nusquam fere stabiliri librorum consensu (sic 259,11 *naupli Ω*), sed pro fundamento esse *M*, cui saepius accedunt *VL*, rarius *GPS*[3]), rarissime unus uel alter classis *Υ*.[4]) neque uero pensi habui quae ut huc pertinentia ex solis recentioribus laudantur, ut 41,26 *comitis* ex *δ* (in quo male praecedit *proximi*) et 74,25 *comitis* ex Dunelmensi[5]) (cf. adn. 42,6 56,21 264,6).

i pro *ii*: 46,11 *ali M¹*.

ii pro *i*: 32,4 *quiin* (278,19 *quiin M¹*) 104,22 *custodiit* (104,25 *praeteriit MGVδ*; cf. 42,21 *comperiit GΠ²R*)[6]) 257,3 *isthimii*; 63,2 *quintilii M* (*-ni T*) 154,3 *petulantiiam M¹* 241,15 *probriis M* (90,2 *probriis M* 156,4 *probrii MG*, cf. 153,7). adde 48,1 74,11 95,24 160,16 178,11 242,13 265,26 (cf. 128,5) 289,15 307,16.

---

1) Cf. Thimm, De usu atque elocutione Suetonii p. 8 sqq.

2) *is* pro *iis*: 56,24 170,6 280,14 283,22; item saepius *isdem* (*hisdem* u. p. XXXVIII adn. 1). contra codices Rothius edidit *praemisque* 27,12 et *decuris* 200,9.

3) Notabile in *G* 60,10 uel *serui* mutatum in *Seruii*.

4) Cf. Herm. 40 p. 181.

5) 8,18 *comitis*, quod *M¹δ* praebent, retinui dubitans num re uera ita scripserit Suetonius, quod sane cadit etiam in alia.

6) Formas perf. in *-it*, *-iit* hic missas facio, cum discrepantias notabiliores ubique notauerim. cf. interim Thimm, De usu atque eloc. Suet. p. 23. 81 et Jahrb. f. Phil. 119 (1879) p. 848.

u pro *uu*: 274,24 *pręcipum M* et saepius *patrum* (pro *patruum*, cf. 170,10 176,14 234,14). *u* pro *uu* in gen. plur. quartae declinationis num Suetonius scripserit dubito: 12,23 *passum M*[1] (corr. m. 2) et 31,4 *passū M* (cf. 213,17; ter *passuum Ω*). *exercitum* u. 105,20 et 181,29 (*-uum* ter *Ω*); *quinquatrum* 253,8.

uu pro *u*: u. *mensis* p. LV.

adde *ee* pro *e*: 251,20.24 *deeorum M.*

consonantium:

c pro *cc*: 86,7 *acusatore M.* cf. 8,21.22.

cc pro *c*: nusquam in *M*, saepius *GV* al. (*luccam maccelli paccuui peccunia sicca siccariis siccula succum* etc.); cf. 189,8.

d pro *dd*: 101.1 *quidam M*[1], *quidamdā V* (item 227,4 *MS*[1]; cf. 10,1 261,28). 133,1 *rediturum MΠ*[1] (contrarium saepius in *V*); cf. 280,25 (186,17 *adicerentur LPT*).

dd pro *d*: 10,14 *quoddam M*[1] (cf. 153,27 et 154,1) 128,2 *addisset M.*

f pro *ff*: 229,16 *afluente M.*

ff pro *f*: u. *Afer.*

l pro *ll*: 138,16 *mulos Ω* (152,6 *mulum S*[1]) 18,24 *solertissimi M*[1] 115,26 *colegiorum M* 343,25 *calidae M.* ex aliis ex. gr. 103,26 *salustius GT′* (item 343,7 *GSΠR*). cf. *ballista, sollemnis, Thrasyllus.*

ll pro *l*: 30,21 *uellet Ω* (pro *uelit*) 13,20 *millies M*[1] 25,2 *pollitioraque MGLP*[1] 79,15 *pugillum M*[1]*GΠ*[1] (80,3 *pugilles L*[1]) 222,1 *facillitate M*[1]*G* 298,5 *calligatorum M*; 6,28 *sillanum* (*sy- G*) *GXΠR* (sic passim *GT*), aliaque in deterioribus. cf. *belua, uilicus.*

m pro *mm*: 37,9 *epigramata MΠ* 103,3 *epigramatum M* 150,10 *gramaticum M* 189,5 *consumaturi MT* 243,17 *comeabat M* (242,6 *comeatu G*) 257,14 *inflamata ML* 341,26 *sumā M*; cf. 171,20. omisi e deterioribus *accomodaret, cominus* al.

mm pro *m*: 80,27 *commitiorum M* 336,6 *summere M*, cf. 130,22 348,24; 163,17 *commoedias GL.* cf. *comisari.*

n pro *nn*: 129,18 *panonicus M*[1]. cf. *Britanni.*

nn pro *n*: cf. *renuo, strena* (*strennuus* et *instrennuo G*).

p pro *pp*: 141,9 *gallipidis* (*-es*) *Ω* 162,10 *capadociam* codd. praeter *GP* (140,20 *capadocem G*) 303,22 *operienti* codd. praeter *PS*[2] (reliquis locis ita fere *G* cum deterioribus). 80,5 *opidanos MST* (276,19 *opido M*, sic saepius *GV*) 120,21 *api* et 159,6 *apia M* (saepius *G*) 123,17 *agripinam M* (219,28 *agripina MGS* 299,28 *agripinensem ML*, saepiusque *G*). cf. *Appuleius, Iuppiter, repperi.*

pp pro *p*: 8,7 *suppellectile MGΠR* (item *M* cum plerisque 94,15 138,18 186,18 195,21; recte *M* 96,22 et 237,8; *pp* ubique *GΠR*, ter *V*) 53,5 *appolloniam MVLS* (item 53,25 *MVRT* 105,9 *R* 110,29 *MR* 111,6 *MVSΠR*; cf. *Apollo* p. L et 57,19 *appollophane M*, praeterea 182,20 et 319,24) 76,20 *dupplicauit MT* 91,10 *repperientur* (*-untur V*) *MV* (item *repp-* 158,26 *MGVPSQ*) 353,14 *clippeosque MT.* in aliis *appuliam oppinione supprem- suppinus* etc. cf. *oportunus.*

r pro *rr*: 9,25 *ferentur M*[1] 122,12 *auferetur GV* 237,21.23 *pyrich- G.*

rr pro *r*: 89,12 *curram M* 103,18 *mirrobrechis* (*my-*) *X.* ex *G terrentillam interrioribus perregre.* cf. 242,4 et *ligurio.*

s pro *ss*: 32,9 *fisis M* (*fixis NTδ*) 35,15 *casi M*[1] (45,26 *casii ML*) 74,16 *p̄miso M* (137,11 *misi M*[1] 149,18 *misus M*[1] 187,8 *omiso G*) 81,26 *clasem M*[1] (279,5 *clasiarios M*, cf. 299,30) 304,5 *pasus M*[1] (cf. 213,17) 312,13 *grasati M*; cf. 3,5 35,16 126,1 209,23 299,8 343,10. *iussise, remisissimo, thesalus* etc. in aliis.

ss pro *s*: 2,28 *difissus M*[1] 5,17 *bassilicasque M* 38,18 *permisserat M* (42,21 *dimisserat M* 251,12 *summississetque MS* 284,18 *submississe M* 341,5 *permississet M*) 128,8 *uissa M*[1] (cf. 126,1 *iussus* pro *uisus G*) 230,2 *uespassianum M* (item 284,17 302,15 303,1 304,13 [*uespaniani G*]

307,13) 294,9 *transsisse M* 295,11 *accussauit M* 313,7 *pressidibus M*. alia u. 212,4 220,19 301,5 313,16; cf. 55,15 *asscripserant* $MP\Pi^2$ (sim. frequentius in *GV*). cf. *comisari, disicio*.

t pro *tt*: 30,17 *miterent* et 182,1 *remitenti M* 349,22 *atonito* M^1. cf. 7,30 et *quattuor*, *rettuli*.

tt pro *t*: 43,17 *littare M* 232,10 *attauus X* (in *V inmittis flagittante* al.). cf. *Britanni, cotidie, litus, oblitero, postridie*.

in confinio uocabulorum litterae ἁπλῶς positae:

uocales: in Ω: 60,8 *integri ⟨i⟩tem* 179,2 *equestri⟨a⟩ ab* 261,7 *opere ⟨e⟩laboratae*. adde adn. 137,16 143,1 164,5 213,21 268,10 330,13 346,2. ex *M* 70,9 *qui ⟨i⟩mperium* et 266,15 *sit⟨i⟩ interpellante* (utrumque corr. m. 2).

consonantes: in Ω: 53,15 *parte⟨s⟩ singillatim* 101,8 *subucula e⟨t⟩ thorace* 292,14 *pedatus ⟨s⟩cambusque* (at u. adn.). adde *c* omissam: 35,3 *ne⟨c⟩ cuiquam MPO* 196,2 *ne⟨c⟩cessauit M*. *d*: 284,17 *se⟨d⟩decretum M* (corr. m. 2). *m*: 239,7 *morēmeū* (pro *morem eum*) *M* 269,5 *descensurum meum M*. *s*: 77,29 *plurib: ⟨s⟩caenis M* 110,10 *prosecutus ⟨s⟩omnium* $\ddot{M}^1$ 142,8 *dacis ⟨s⟩armatisque G* 223,24 *mori⟨s⟩ supplicium M* 266,12 *traiectos ⟨s⟩urculos M*, et adn. ad 28,29 (142,1) 66,9 104,3 137,24 196,4 221,13 341,4 345,13. *t*: 176,3 *et ⟨t⟩aedia M* 182,24 *addebat ⟨t⟩am M* 201,9 *pos⟨t⟩ tutelam* M^1, et adn. 66,22 78,28 119,13.

διττῶς positae:

uocales: in Ω: 163,24 *diu[u]exanti* 247,9 *ganea[e] et* (cf. 109,4) 263,8 *lucranti[a] adcreuit* (at 269,10 recte *quia*). adde: 55,2 57,6 65,3 204,12 211,4 214.21 235,1 246,20 278,18; ex *M* 43,23 *differentia ab*.

consonantes: in Ω: 3,26 *rostris sed* (pro *et*) et sim. 13,18 65,7 153,14 291,23 (cf. 129,2) 105.11 *repletus [s]per* 141,24 *mari[s] statimque* 256,15 *gentili[s]* (*gentis T*) *stemmate* 315,14 *plebi[s] scita* 123,19 *et [t]umentibus* (nam recte uidetur Lipsius emendasse)[1]). adde *c* adiectam: 152,20 et in uoce *nec* 217,7 236,15 318,19. *d*: 315,3 *addid M* (cf. 70,8 151,8 344,30). *n*: 146,31. *r*: 91,4 330,12 (138,9 *rumorresset V*). *s*: 57,2 *manumissis[s]et M* 60,7 *progeneri[s] sui* $M^1\Pi^1$ 202,24 *urbi[s] si M* (cf. 235,22) 213,22 *quo[s] stabilius M* 214,3 *populo[s] saepius M* 316,18 *ius[s]umquam* M^1, et adn. 65,3 278,18 303,8. *t*: 66,27 *e[t] tribunali M* (*ex G*)[2]), itemque 210,8 258,5 303,10 (214,7 *et PST*). 270,3 *ettextispicio M*. alia u. 164,22 179,4 182,20 281,31 292,7 343,9[3]).

uarii errores litteris perperam demptis (⟨⟩) uel additis ([]), non raro pronuntiatione uulgari suffragante orti:

uocales:

⟨*a*⟩: 97,12 *acro⟨a⟩mata* et 203,23 *sigillari⟨a⟩* Ω. ex *M*: 204,11 254,14 294,3. et postea correcta: 11,23 *⟨a⟩ut* 35,16 *⟨a⟩cili* (tota uox deest LP^1O^1).

[*a*]: 161,12 *liber[a]ti M*. alia post correcta in *M*: 190,3 250,12 254,20. cf. 273,6. 11.

⟨*e*⟩: 70,15 *th⟨e⟩atri M*. aliter 133,3 153,11 (Ω ?) 178,3 296,7 310,1. praeterea in *M* correcta m. 2: 4,3 *reg⟨e⟩s* 121,12 *caesar⟨e⟩ occiso* 347,8 *quod⟨e⟩cretum*. cf. 143,18.

[*e*]: 45,27 *aeg[e]re M* 69,16 *liberorum M* 242,8 *seg[e]nius M*. cf. 242,13 (Ω) et 312,5. post *t* abundat 43,13 104,18 238,19.

1) Cf. coniecturam Turnebi 263,14.

2) *ex* pro *et* (*d'*)100,9 *V* 146,22 *R* 188,20 *G*; at 167,2 retinendum uidetur *ex*. cf. etiam 213,18 (*exf-* ortum ex *etf-* pro *eff-*?). contrarium 278,11 in *G*; cf. 14,11.

3) Omisi ex *G* notata 95,5 *auttygrapha*, 146,13 *s; d'tuonomē* (pro *sed et Vononem*).

⟨*i*⟩: ex *Ω*: 75,9 *scapt⟨i⟩ensibus* 97,13 *lud⟨i⟩os* 167,13 *elic⟨i⟩entium* 220,16 *om⟨i⟩nibus* (item 86,22 omnes praeter *G*; cf. 263,20 et 277,13, praeterea *omina* in *omnia* corrupt. 107,3 $VL^1\Pi^1$ 112,23 *GT′* 113,1 *VQR*). talia frequentia in *M* al., cf. 36,20 (etiam $PO^1\delta$) 86,16 135,8 328,8[1]); 63,23 115,10 116,22 (302,24 *mil⟨i⟩es M*, item 13,20 *R* et 317,8 *Q*) 148,18 (348,3) 233,27 245,8, 292,2 342,9. adde 225,19 *iracund⟨i⟩ae M* et in eodem bene correcta: 40,22 *e⟨i⟩us* 53,6 *distinct⟨i⟩us* 119,1 *claud⟨i⟩a* (m. 1?) 243,17 *de⟨i⟩nde* 243,20 *dom⟨i⟩nis* (m. 1) 309,5 *sacerdot⟨i⟩um.*

[*i*] (frequens): ex *Ω*: 92,15 *licin[i]um* 142,20 *gall[i]o* (sim. 40,22 et 208,13; cf. 42,3 181,22 256,10 in optimis libris) 180,6 *atellan[i]ae* 218,2 *esquilin[i]o* (recte *GQT*) 347,16 *aud[i]endam.* ex *M* aliisque melioris notae: 98,13 *init[i]um* (137,17 *init[i]o V*) 101,14 *tibur[i]biduo* (*Ω*?) 102,8 *phona[i]sco* 153,20 *tradit[i]o* (cf. 276,11) 158,6 *conqu(a)es[i]tio* (*Ω*?) 173,7 *qu[i]ercica* 181,7 *f[i]eri* (cf. 22,27) 184,24 *prodig[i]orum* (cf. 283,12 *greg[i]arius* M^1) 189,23 190,9 215,20 246,12 *galer[i]o* 316,17 *familar[i]um* 320,11 *urban[i]orum.* ex *M* solo, postea correcta: 9,25 *ut[i]que* (item non correctum 301,26) 22,3 *iudic[i]um* (item 68,16 M^1 et 207,11 L^1, cf. 20,23 *princip[i]um MΠ*) 28,17 *ptolome[i]o* 81,11 *opin[i]or* 90,16 *qu[i]a* 98,21 *uin[i]osioris* 122,17 *sil[i]uis* 207,12 *grat[i]a* 234,25 *messalan[i]a* 287,15. non correcta: 20,23 (accedit *Π*) 223,18 *lib[i]rum* 276,11 297,25. ex *X* (*X′*): adn. ad 102,4 107,13 147,20 253,11 255,9. ex *T* 344,11.

⟨*o*⟩: 269,8 *stadi⟨o⟩* et 269,19 *cupid⟨o⟩ M* utrumque corr. cf. 341,3 (dubia lectio 177,19).

[*o*]: 343,18 *inuestigat[o] nouo Ω.* adde quae uarii generis sunt 178,11 207,17 211,4 *ins[o]cio* (sim. *consocios* 295,12) 261,15 272,13 (*Ω*?) 287,13 (*Ω*?).

⟨*u* (*v*)⟩ 3,31 8,15 *sub⟨u⟩eniret M* (corr. m. 2). cf. *pauo, tumultuosus, unguo* et p. XL (*a* pro *au*).

[*u* (*v*)]: 225,8 *fuerunt M* 242,2 *abualineis MGδ.* cf. *monstrosus, strena, urgeo* et p. XL (*au* pro *a*).

consonantes:

⟨*b*⟩: *ouius* pro *obuius* 32,21 43,14 45,27. cf. 171,26 *nobili⟨b⟩usque M* (corr. m. 2).

⟨*c*⟩: 246,23 *a⟨c⟩spectator M.* ante *q*: 36,15 *si⟨c⟩ quoque M* (cf. 244,29) et in uoce *nec*: 66,25 144,11 226,23 262,21. *ne* pro *nec* praeterea 74,1 76,28 151,24 177,4 (at 284,3 Suetonio conuenit *neque*). cf. p. XLV (*t* : *ct*).

[*c*]: 68,11 *qui[c]que M.* 75,22 *a[c] libertate* M^1; in eodem *ac* pro *a*: 71,12 130,23·313,25 340,17. *nec* pro *ne* (cf. p. XXXIV) in formula *nequidem*: 7,2 125,13 167,20 (*Ω* praeter *G*) 201,19 244,16 244,29 291,6 320,2 333,5; alia: 203,5 240,23 262,10 335,5 (*Ω* praeter *ΠQ*). cf. p. XLV.

⟨*d*⟩: 6,11 *a⟨d⟩iutore M* (*d* ss. m. 2)[2]) 138,27 *se⟨d⟩ M* (corr.)

[*d*]: 135,12 *a[d]uersatus MGT′* (cf. 168,12; contrarium 135,22 *V*). *quod* pro *quo* 119,7 (*Ω*) 207,8.

[*f*]: 216,22 *[f]latum MG.* cf. p. XLVI adn. 2.

⟨*g*⟩: 191,7 *profuit* M^1 (*g* ss. m. 1 ut uid.). cf. 151,1 *ambiebatur* et 152,27 *reliosus V.*

[*g*]: 131,8 *fu[g]itque M* (cf. 42,18 142,20).

⟨*l*⟩: 2,2 *mu⟨l⟩tatus M* (corr. m. 2). cf. 61,5.

---

1) *gladiatorum* pro *gladiatorium* saepius *QPOST*; sed 95,13 *aleatorium* sine necessitate ediderunt.

2) In *GX′* cum *auctore* sit, forma illa uulgaris archetypo uindicari poterit.

[*l*]: 195,24 *defluit M.* cf. 102,3 219,3.

<*m*>: 18,16 <*m*>*assiliae M* (corr.). aliter: 23,8 *su*<*m*>*ptuariam MS*, adde 72,8 113,6 134,25 *incu*<*m*>*bens M* 334,1 *noueb̄ M.* cf. 156,7. in fine suppressa passim: in *Ω* (uel fere *Ω*) 88,16 214,27 312,2. in *M* aliisque: 42,4 191,9 194,26 269,16 272,25 275,13 (adde 133,19 *procumbente MG*¹*g*). in *M* solo: 37,15 84,10 127,29 149,26 153,22 189,6 291,13 310,13 335,10, et quae non attuli: 16,20 *prospiciente* (accedit *δ*) 74,17 *gratia* (*δ*) 129,11 *sinu* (sequitur *m*, item 156,3 *anxia* 171,20 *reditu*). in aliis libris ex. gr. 14,13 53,3 55,19 55,27 139,13 181,27.

[*m*]: 319,5 *ade*[*m*]*ptum Ω.* cf. item ante *p*: 83,7 182,15 183,24 (195,16 *ampophoretis X*). adde nomen *Poppaeae* corruptum in *pomp-* 213,4 254,8 254,20 255,2 255,9 286,19. *m* (uel hastula) finalis abundans: uitium frequens in omnibus, frequentissimum in *M. Ω*: 43,23 69,23 107,25 136,24 144,14 211,22 229,18 238,24 241,29 269,5 319,4. ex archetypo fluxisse ueri simile est etiam haec: 19,9 27,5 64,12 96,8 127,29 129,4 136,26 150,19 160,20 197,6 240,1 241,4 241,11. unus uel alter (maxime *G*) cum *M* facit: 21,26 122,15 126,25 135,25.26 141,25 286,17 335,14; quibus adde: 53,4 *caesarem M*¹*V*¹ 79,19 *coniugem MQε* 80,17 *quaerentem MV* 155,2 *maiestatem MG*¹ 204,14 *pollicentem MRδ* 258,16 *arm*(*o*)*eniam MRδ.* accedunt ex *M* (praeter laudata 84,11 154,7 228,7 315,13) partim m. 2 correcta: 17,4 *quam* 68,29 *agrippam* 74,21 *admonitionem* 78,20 *cognitū* 88,1 *pacem* 128,2 *quā* (sequ. *m-*) 132,24 *iuuenem* (cum *δ*) 148,12 *manum* 155,14 *colim* (sequ. *passim*, corr.) 196,17 *cellam* 268,18 *philosophiam* 299,15 *per quē* 348,13 *mentionem.* ex aliis selecta haec: 10,24 55,19 89,17 93,5 119,13 143,4 144,21 149,27 (in *V* praecedit *ta* pro *tam*) 196,20 241,13 307,21 308,18. cf. etiam 24,27 et 117,7 (*quem* pro *quae*). de 212,15 u. supra p. XIII adn. 2.

<*n*>: ante *c* (*g*) 18,2 *quadri*<*n*>*genis M*¹*V* (cf. 116,22 236,18) 73,3 *fu*<*n*>*gerentur M* 177,22 *coniu*<*n*>*xit M*¹ 349,8 *nuctiata M.* cf. 57,6. ante *t* (*d*): 31,20 111,22 229,22 250,10. adde: 123,8 *ce*<*n*>*tenum M*, et in eodem postea correcta: 101,17 *perfu*<*n*>*debatur* 201,13 *ea*<*n*>*dem* (cf. 348,11) 217,28 *co*<*n*>*ditionis* 311,11 *quo*<*n*>*dam* (cf. 46,18); 106,23 *tona*<*n*>*ti* 241,7 *ta*<*n*>*ta* 310,18 *a*<*n*>*tiqua*; 191,1 *mouera*<*n*>*t* 205,13 *defueri*<*n*>*t.* de *n* ante *i* suppressa u. *coicio*, ante *s* u. *bimenstris*, *Caprensis*, *quotiens.* praeterea 183,28 *nemoressi* (*-esi G*¹) *Ω* et adn. 86,12 163,25 167,5 188,13 322,10 351,20. de numeralibus in *-iens*, *-ensimus* u. infra.

[*n*]: cf. *alioqui*, *atqui.* 80,11 *longo* pro *loco Ω* 77,12 *post hanc* pro *posthac* plerique; adde 58,8 *relinquerat M* (132,26 *relinquisset M*) 103,1 *attingit M.* 30,10 *i*[*n*]*ter M* 108,26 *cantilinę M* 204,6 *exposcere*[*n*]*t Ω*, et sic passim ante *t* in *M* aliisque: 67,21 81,17 98,1 (134,3) 117,9 (*Ω?*) 138,5.8 215,20 232,14 240,6 243,20 262,24 321,6 353,12. ante *s*: 195,26 *occa*^x^*sionis M* (m. 1 ut uid.) 225,9 *conspiranssent M.* adde *semensa* 138,23. praeterea *ns* pro *ss*: *consensu* 79,2 et *mensala* 97,2.

in aduerbiis numeralibus quin iure retinuerim *-iens* Iul. 37 p. 19,20 (u. adn.), Iul. 50 p. 26,24 *MV*¹ (*sexagies* rel., *sexagesies L*), Vesp. 19 p. 320,8 *M* (*centies* rel.), uix dubito, quamuis plus tricies formam *-ies* testentur omnes. numeralia in *-ensimus* non traduntur nisi in *M* his locis: 30,13 *uice*^n^*simo* (*XX. GR*) 46,25 *quinquagensimo* (*L. GR*) 61,18 (*trigesimo Q, XXX. R*) 71,12 (*trig- GQ*) 88,6 146,7 (*uicessimum V, XX. R*) 162,12 *trice*^n^*simum* (*XXX. R*) 167,10 (u. adn.) 260,13 *septuageṋsimum* (*n* m. 1 ut uidetur

deleta, *LXX. R*) 270,4 *tricensimo* (*triges- G, XXX. R*) 290,11 292,10 (*XXX. GR*) 292,11 *nonagesimo* (*XC. G*) 323,8 (*LX. R*) 350,7 (*XLV. Gϱ*); reliquis *-esim-* praebent omnes, nisi quod *tricessimo* Tib. 68 p. 157,24 est in *G* numerorumque notae hic illic extant in *R*.

⟨*p*⟩: 5,31 ⟨*p*⟩*artem M* (*p* ss.) 111,7 *seciem M* (*p* ss. m. 2, *sépciem V*). inter *m* et *s*, *m* et *t*: in *M*: 27,5 *sumsisti* 117,3 *absumsisset* (155,17 *assumsit V*) 150,29 *demserat* 194,11 *comtiusque*.

[*p*]: 188,15 *uolu*[*p*]*tatus MR*. inter *m* et *n* (cf. *sollemnis*): 16,21 *condempnatus MGV*, et sic duodecies cum aliis *M* (*dampn-* et *condempn-*); similia longe frequentius in deterioribus, in quibus praeterea *heredempque*, *prospectamps* al. legi. cf. e *V contemptus* (pro *contentus*, contrarium p. 127,6 *MGR*).

⟨*r*⟩: 57,3 *luc*⟨*r*⟩*inum* M^1Q 127,16 *uit*⟨*r*⟩*icum* M^1 262,6 *pe*⟨*r*⟩*cussoresque* M^1, cf. 89,11. aliter propter *r* uiciniorem (cf. *crebresco*, *sinistrorsus*): 2,18 *prost*⟨*r*⟩*atae* M^1V^1 94,3 *exprob*⟨*r*⟩*ant MV* (144,15 *exprobata MT*, 49,15 *exprobat G*, 210,16 *exprobatione LPT*; 167,20 *probosam MT*, cf. 74,21). cf. 310,11 *cast*⟨*r*⟩*orum M* et 232,14 *a*⟨*r*⟩*uernisque MGQR*.

[*r*]: 39,25 *amp*[*r*]*ius Ω*. 23,22 *p*[*r*]*omptinas MGT*. cf. *culcita*. impulsu *r* uicinae: 23,17 *threatrumque* M^1 (68,29 *amphitr-* M^1 161,8 *M*, cf. Archiv f. lat. Lex. XV p. 69 sq.) 55,12 *approb*[*r*]*aret M* (239,19 *improbrans R*) 143,13 *prost*[*r*]*antisque Ω* 144,7 *const*[*r*]*upraret V* 175,20 *prop*[*r*]*ior M* (item 99,23) 184,12 *contu*[*r*]*bernio G* (item *VQS* alibi) et fort. 253,26 *per mag*[*r*]*os M*.

⟨*s*⟩: in terminatione: 134,10 *Ω*. in *M* aliisque: 94,15 100,15 147,20 195,10. in *M*: 89,16 97,22 172,26 177,6 207,32 282,14 343,17. adde: 112,7 *euidentissimi*⟨*s*⟩ *ostentis* M^1 214,25 *fero*⟨*s*⟩ *tauros* M^1 237,4 *maximo*⟨*s*⟩ M^1 267,23 *tumultu coniectu*⟨*s*⟩ M^1. alia u. 32,21 275,6 (297,3 276,31 *subtitutus M*). 138,6. adde: 9,13 *fa*⟨*s*⟩*ces* M^1 (item 36,23) 32,34 ⟨*s*⟩*capham* M^1 63,14 *po*⟨*s*⟩*tulantes* M^1 73,1 *et* ⟨*s*⟩*pectandi M* 277,19 *con*⟨*s*⟩*cendisset M*.

[*s*]: 56,22 *con*[*s*]*pecto Ω*. 44,20 *reliquo*[*s*] *Ω* 343,5 *membrana*[*s*] *Ω* (sequ. *contionesque*); cf. 84,17 115,29 164,6 188,22 263,17 327,16 334,14. adde ex *M* correcta haec: 6,24 *statuentes* (*s* erasa) 50,12 *gradus functusque* 98,11 *buccas manducauis*. de *s* post *x* admissa uel omissa u. p. LIII.

⟨*t*⟩: 137,3 *impe*⟨*t*⟩*rauit MV* (item 74,19 *V*) 184,14 *prostitu*⟨*t*⟩*ę M*. cf. 140,6 263,4 328,3. in exitu (ubique in temporibus uerbi, maxime *M*): 52,4 (*Ω*?) 80,28 137,6 152,5 167,21 167,23 182,21 184,4 209,23 242,21 296,5 308,9 327,16. pronuntiatione potius orta: 82,12 *au*⟨*t*⟩*xisticorum M* 120,19 *e*⟨*t*⟩*quidem Ω* praeter *HQ* (item ante *q*: 214,15 215,2 242,17). cf. p. XLV (*c* pro *ct*).

[*t*]: 143,11 *impe*[*t*]*ratae Ω* (cf. 152,10). 85,1 *exul*[*t*]*antem MGT* 171,2 *exor*[*t*]*atus MGT*. ex *M* solo: 129,4 282,3 283,6. ante *f* inserta 86,21 145,9 (at u. adn.) 326,1 (*Ω*). abundare solet in exitu infinitiui in optimis libris: 7,13 27,24 *flagrasset M* 43,11 77,11 85,25 150,28 322,14 (*Ω*), et passim in *V*, cuius id uitium peculiare (*d* pro *e*). cf. p. XLV.

h omissa, addita, traiecta (cf. in indice *aeneus*, *charta*, *coerceo*, *harena* aliaque plurima et graeca et latina): omissa: in principio: 103,2 *exametris* et 261,16 *ydraulica Ω*. 68,23 *ortatus* MVS^1 (item 102,24 MVS^1 215,5 MS^1 227,12 *MT* 228,25 *M*) 80,17 *ylan MGTP* 139,26 *ospitia M* 173,13 *ellespontum MT* (32,20 *GT*) 252,13 *aedo M* (*edo HT*) 252,22 *actenus* MH^1S^1T (260,25 iidem) 273,3 *istoriam MT* 299,25 *ausit M* (315,19 *exaustos* M^1T) 342,15 *ermogenem M* 343,9 *eluidi*(*i*) $MGRLS^1T$

cf. 167,1 308,9. in mediis uocabulis: 36,20 *abstraentibus* M^1 196,6 *coortis* M^1 (sic saepius *T*) 212,3 *uecmenti* M^1 (cf. 283,19 *aduc* M^1).
in graecis post *c p t*: 20,2 *lychnucos* (*lich-*) *MGVPST* (corruptius *LOT*, cf. 337,3) 27,3 *conciliatae* M^1 (*conchil-* M^2 et plerique) 197,11 *ceream* M^1T 321,19 *lacetem* $X\Pi^1$. 82,15 *spinge* (*-gae MGV*, *-ga H*) Ω 196,28 *penicopteri* (*pen- IIR*) *MGT* 143,10 *elepantidis GVL*. 2,16 *termi MGX* 23,26 *partis MS* (41,10 *M* 142,7 *MV*) 26,21 *aegistum M* et fere *X* 49,16 *turino MVP* (51,15 *VS*, cf. 49,24) 50,1 *tracibus M* cum plerisque 123,7 *amphiteatro MVQLST* (172,12 *MQLS* 269,12 *M* et plerique) 168,4 *phaetontem M* et fere *XT* (u. adn.) 214,25 *tessalos* M^1 268,6 *tasio* $M\Pi^1$ 329,2 *termisque* $M^1\Pi^1$. *h* addita: in principio: 22,11 *his* (pro *iis*) Ω praeter R^1) 28,13 *habundaret MVT* (97,10 *MT* 229,18 *MGT* 261,29 *MΠT*) 31,22 *homine* M^1V (107,3 M^1 112,23 M^1 127,23 M^1VL^1 298,19 MQ^1S^1T; cf. 102,5 ubi *hominis GR*, **ominis M*) 39,5 *horchestra M* 68,13 *hictam M* 99,21 *hac M* (cf. 19,3 et 54,14) 112,25 *hasturam* M^1 128,1 *hyllirieum MG* (129,2 *MG* 285,11 *ML*) 144,15 *holido M* 195,7 *hostiam* omnes praeter RS^2 (208,1 *MTT* 264,26 *MLT*; cf. 212,12) 223,12 *hos* M^1 (283,14 *hos M*). adde adn. 50,8 267,22 284,11. 7,18 *nihilhominus M* (item 96,2 129,21 178,19 222,3) 40,13 *trihumphanti M* 47,7 *trihennio M*. post *c p r t*: 243,5 *canachen* (*chan- ΠT*) Ω (*canacē G*) 314,3 *archadia* Ω; 2,16 *marchi MGPST* (*in* pro *m* G^1g) 23,25 *thrachiam M* (*trhaciam V*) 143,4 *archanarum* $M^2\Pi X'$ 337,23 *chorochitharistae M*. 10,23 *calphurniam* Ω praeter *G* (43,7 *X' T*) 195,16 *aphophoretis* $MG\Pi^1Q$ (*ampoph- X*) cf. 87,23.
199,7 *rhetici* $MG\Pi^2R$ (*reth-* Π^1Q) 216,6 *rhostris M*. 98,4 *sthomachus M* (*quos thomasus G*) 146,14 *anthiochiam M* (item 162,12) 196,20 *mathemathicus* $M\Pi^1$ 232,21 *rethrahere* M^1 (310,2 *thrahentes* M^1 159,23 *thraxit V*) 242,3 *theathrum M* (340,21 *theathralem M*) cf. 195,4. transposita: 75,2 *teathralis M* (237,15 *amphiteathro M*) 94,18 *chorintiarius M* (*chorinth- VLPΠ*) 140,20 *trachem M* (cf. 315,2) 196,13 *chacinnum M* (*chach- GT*; 311,3 *chacinnasse M*, *chach-* $G\Pi^1T$) 223,13 *sthomacum M* 242,21 *chitaroedorum M* cf. 195,16 249,10.

s impura: 46,2 ⟨*in*⟩*scripsitque* Ω (item 237,7 *scribitur* Ω; cf. 51,20 *G* 312,23 *scripserunt* Π^1Q)[2]) 205,29 [*e*]*studio* Ω (*e* om. *G*) 245,15 *sthmiorum* (*stom- Q*) $M\Pi^1Q$[3]) 335,29 [*in*]*struere MTδ* 53,4 *spanias* M^1 (corr.

1) Raro commemoraui utpote tralaticia (cf. Birt, Hiat bei Plautus p. 147. 158. 259). sed nuper cum legerim uindicari talia etiam bonae aetatis scriptoribus (Wochenschr. f. klass. Phil. 1906 p. 1061 sq.), pleniorem hic conspectum propono. nom. sing.: 15,5 *his* M^1T, 225,7 *his MR* (cf. 178,11; omisi exempla haud ita frequentia aliorum codicum).
nom. plur.: 22,18 *hi* Ω praeter *R*, 132,4 *hii MLSQR hi* rel., 166,15 *hi G hii ΠQLST*, 216,15 *hi* (*hii ΠQLS*) Ω praeter *R*, 280,3 *hi* (*hii QST*) Ω, 283,8 *hi* (*hii LST*) Ω. dat. abl. plur.: 22,11 (u. supra), 56,24 (u. adn.), 71,26 *hiis* M^2 (corr. ex *us*) *his GXT*, 76,11 *his* GTS^2 (*hiis* S^1), 80,30 *his* Ω, 85,7 *his* Ω, 114,16 (u. adn.), 122,12 *his* Ω, 134,12 *hiis MΠQ his* $GVLPS^2R$ (*is* S^1T), 138,28 *his* Ω (*is T*), 145,2 et 147,19 *his* Ω, 166,8 *his* (*hiis S*) *GPST*, 170,6 (u. adn.), 176,18 *his* (*hiis L*) $GTLS^2T$ (*is* S^1, *iis MP*), 192,22 *his* Ω, 209,7 *his* Ω (*is P*, *hiis* Π^2), 226,13 et 233,4.7 *his* Ω, 251,20 (u. adn.), 260,25 *his GXΠQ* (*iis MR*, sed in *M* prior *i* in ras.), 280,14 (u. adn.), 282,27 *his GT hiis LS*, 283,22 (u. adn.), 297,26 *his GXΠQ*, 314,5 (u. adn.), 330,10 *his GXΠQ*, 337,18 et 341,24 *his* Ω, 342,21 (u. adn.). — item Ner. 12 p. 237,19 *hisdem* Ω praeter *ST* (sic saepius *GQ*, cf. 81,17).

2) 195,14 ⟨*in*⟩*scriptum* coniecit Bentley.

3) 257,3 *sthimii MGQ*, *isthimii* $L\Pi^2R$, corruptius rel.; at 174,15 *isthinum MRL* (*isthimum* Π^1Q) et 241,8 *isthumum M*, *esthumum T*, *hismum L*; recte 23,24 Ω.

m. 2).[1]) scripturae *exspect-* (uel *expect-*) pro *spect-* exempla attuli 20,18 (*M*) et 223,23 (*MGδ*, *et sp- X*), cf. 183,23 et 342,19 (*GT*). plura extant in *MG*: 23,16 *exp- M* (corr. m. 2) 70,5 *exsp- M* (corr. m. 2) 79,26 *exp- M* 80,19 *exp- M* 84,2 *exsp- M*: 105,17 *exp- G* 172,15 et 215,3 *exsp- G*; pauciora in aliis, ut 180,2 *exsp-* (*exp-*) *ΠQ* 328,21 *exp- LPT*. adde 234,26 *extrangularent M*. conferantur praeterea huc utcumque spectantia adn. ad 20,25 46,10 55,21 93,6 102,16 127,27 250,23 338,8.[2])

Litterae permutatae:

uocales:

a:*e* (cf. *camara, contrecto, defetigo, Dèlmatia, ianto, Pandataria, Sameramis, Tarracina*)

a pro *e* (*ae*): in *Ω*: 28,21 *militari quare* (pro *-que re*) 134,10 *quidam* (cf. 50,16 244,29 314,1) 78,9 *asernini*. in *MT* (*G*): 180,6 *atallaniae* 208,14 *massalae* (222,6 *massalina M*); et passim in *M* (*G*): u. 113,14 152,23 259,12 263,9; 98,19 112,15 *affluxit* (sim. 115,7 127,3 258,11 336,1) 141,27 156,12 209,24 236,19 322,10 340,3. omissa in apparatu ex *M*: 4,8 *sanatus* (corr. m. 2, cf. 20,22 *sanator*) 5,22 *caparet* (*capæ- M²*) 6,23 *detacta* (corr.) 10,7 *relauabit* (corr.) 17,9 *arrabundus* (corr.) 20,30 *nouissime* corr. ex *-ma* 36,13 *appallarat* 110,32 *ualle* (corr.) 123,10 *neptam* (corr., sic *neptas* 89,9 *M¹* et *neptamque* 117,4 *G*) 143,20 *famina* (corr.) 151,25 *infactas* (corr.) 161,6 *parmanente* 252,6 *praualeret*. similia plura (*aggare, tageae, staphanus* al.) in *G*.

e pro *a*: in *Ω*: 13,22 *maxime* (recte *G*, sequ. *exspectatio*) 68,14 *pronuntiarent* (cf. 5,7 45,18 259,19). adde 28,19 (*Ω*?) 67,19 2,1 (cf. 192,12) 81,13 (cf. 193,15) 83,12 121,27 *quidem* (item 260,8 312,20) 132,9 167,22 217,13. omisi ex *M* 56,27 *reparendarum* (corr.) 124,4 *ergestulorum* 127,29 *mecedonia* (corr.). *ae* pro *a*: 71,21 250,15. 274,30 *aèquitaniae M*.

a:*i* (cf. *calficio, Massilia, Mithridates*)

a pro *i*: 337,7 *nouissama M¹* 340,24 *gestaculandi M* 342,13 *paradis M*. cf. adn. 71,20 128,16 131,23 (153,23.27) 165,23 234,25 299,8 338,10 347,11.

i pro *a*: 285,2 *siluius Ω*. in *M*: 23,7 *margiritarum* et 23,20 *litinasque*. alia u. 154,20 169,27 217,24 219,13 292,18 316,11 (*centumuirilia MGT*). *in* pro *an* 209,23 et 242,29 (*Ω*).

a:*o* (cf. *paropsis, uocatio*)

a pro *o*: in *Ω*: 27,7 *uasa* (pro *Naso*) 96,24 *quarum* (cf. 194,18) 118,6 *coaptata* (cf. 67,3 232,12) 183,24 *aplomacho* (*ampl- X*) et fort. 89,20 *natare*, ubi sane adridet Lipsii coniectura *notare* (cf. 353,1 *notaretque G* pro *nat-*). adde 9,14 *abnuntiantem M²X* (sim. 5,8 216,13 279,1 cf. 15,4) 46,18 *quandam M* (item 148,15 340,1 346,16; sic p. 26,5 *Q* 323,13 *Π¹Q*). praeterea in *M*: 23,16 27,16 70,11 79,20 (at u. adn.) 119,13 126,12 213,18 283,12 328,1 (*cyragraphum* corr. in *cyrogr-*).

o pro *a*: in *Ω*: 41,1 *uoluit* 167,3 *oblegari* (corr. *G*, cf. 14,2 297,23) 239,25 *quorum* (recte *ΠQ*).[3]) in pluribus: 13,1 *socios* (recte *X'*, cf. 169,31) 292,16 *adoptata* (223,19 *adapt- Ω*, cf. 84,12 292,6). in *M* (praeter adnotata ad 200,7 et 290,9): 11,20 *obesset* (corr.) 19,1 *nouorum rerum* 25,11 *capitoli* (corr., cf. 63,17 *capituli Q*) 108,3

---

1) *isp-* semel notaui ex *V*, saepius ex *T*; *hysp-* hic illic in *GS*.

2) Mira lectio 269,18 *septentrionem*, quae optimorum est codicum, nescio an explicari possit ex *strionem*; ceterum ubique *histr-* boni libri habent.

3) Fortasse etiam *insomnio* 192,21.

tacto (corr. m. 2, sequ. *de caelo*) 196,29 *pontomimus* (ex *pom-* corr., item *pont-* 240,10 et 342,13). in aliis: 144,20 153,18 199,9 242,11 (cf. 252,19) 245,23. praeterii 2,29 *dolobellam* (*del- PO*) *X* aliaque multa.

a:u (cf. *calceus, scalpo*)

a pro *u*: nolim huc trahere 14,20 et 301,18, ubi *tum* ualde dubium esse monui. ex *M* huc pertinent 123,3 202,1 213,15 345,18 et manu posteriore correcta: 19,2 *argentibus* 85,9 *quorandam* 214,29 *extraordinarium* 250,30 *ueram*. ex aliis: 156,7 188,8 340,9.

u pro *a*: in *Ω* 38,14 et 140,14 terminatio *-runt* pro *-rant* (item pauciores 62,3 108,6 181,21 282,25; cf 122,7 et 164,3): 204,8 *lucernas Ω* (cf. 253,3 *lucunaria M*). in *M*: 238,11 269,15 273,26 326,5 (ubique exitus *-um* pro *-am*, cf. 12,2 148,20 251,14 264,1), et postea correcta: 21,4 *constitutū* (corr. in *-ta*) 70,22 *ergustulis* 72,4 *sumptuarium* 111,22 *recusura* 147,16 *ipsu* 322,7 *mulus* (corr. in *-as*).

a:au

a pro *au*: 295,7 *praelatus Ω* (item 249,2 *GS*; cf. 217,8 *pạlatio LS, platio P*). in *M* notabile 285,12 *cladium* λ. *claudium* (sic *cladio* 174,11 et 235,27 *G*); adde 114,17 *clasulam* et 313,12 *claustra* corr. ex *clastra*. in deterioribus saepius *act-* pro *auct-* (ut 52,7 *QR*, 26,26 *exact- Q*), in *G frade, adiebat*.

au pro *a* (cf. *haruspex*): in *Ω*: 131,6 *augeret* (cf. 133,16) 135,20 *audisse* 196,32 *auctor* et 343,26 *auctorem* (20,22 *auctorque QROS*; cf. 3,19 et 33,8). addi possunt ex *M* 41,25 *maurullum* (70,6 *laures R*) 345,21 *formaulem* (u. adn.) 167,15 *casu* corr. in *causu* (205,24 *causu R*); ex *V* 112,25 *austuram*; ex *T* 154,2.4 *pauconius, -i*.

e:ae:oe

e pro *ae*: passim *M* aliique et in graecis (*dietam machera pean pedagogus* al.) et in latinis (*ceruleus, edes sepe penitet, fuge praede nefande* al.); non paucis locis *Ω*, uelut 93,8 *cinedus*, 226,28 *questore*, 246,16 et 269,15 *parte*. saepissime in syllaba *pre-* (*p̄*). cf. *Aesius, caerimonia, caeruleus, caespes* aliaque in indice. etiam adn. 23,12 et 71,8. compendium *q*: pro *quae* in *M*: 11,8 *seq*: (corr. m. 2, cf. 348,18), 124,3 *annonaeq*: (item *GV*), 174,29 *interq*: (item *II*, *inter R*) 183,15 *antiq*:, 331,14 *matremq*:, 348,9; cf. 27,16 143,14 155,8; 184,18 *sique M*.

ae (raro *ę*) pro *e*: uitium regnans in *M* raro correctum m. 2, ut *extræma, cetæra, uerticạe, filiasuạe, imprạecari, thạeatro, praecipuạe, caepionạe, mithridatạe*. passim igitur talia (sumpta e uita Augusti): *caeleberrima, graegarium, clientaela, partae, praeces, aegregia, praetio, spingae, praetari* (pro *precari*), *muraenę, praessum, minusuae, aenaeis, paecuniae*. in graecis: *haectorem, haecubae, haecatebeletes, milaeti, ocaeanum, mausolaeo*. cf. *cena, fetidus* et in adnotatione critica ex. gr. 139,12 *ae* (praep.) pro *e* (item 329,19 et 341,12 *M*, cf. 46,11).[1] denique ut *q*: pro *quae*, sic etiam *q̃*: pro *que*: 205,28 *interq̃*: 320,20 *postq̃*: (et frequentius *-quae* pro *-que*: *utquae, felixquae, iuxtaquae, eaquae, tubaquae, ademturumquae, hortareturquae, inchoataquae, conuitiantiquae*).[2])

ae pro *oe*: *paena* saepius *M*, cf. 196,28 *pęnicopteri MGQ* (*pen- IIR*) et adn. 187,8. male 18,20 ediderunt *praelio* (hoc uno loco *p̄lio* in *M* extat).

---

1) Aug. 80 p. 100,16 *coxaindice* ortum esse potest ex *coxaendice*.
2) At 64,10 *coronasq̃*: *M*¹ recte, *-q*: *M*² male. cf. etiam inter compendia p. XXVII s. u. *Quintus*.

oe pro *ae*: *poene* (saepe), *proemium M*; 172,28 *moenianis MLΠ²R* (*męn-* et *men-* rel.). cf. *faenus.*

e pro *oe*: *cepit*, *federatas* (corr. *M²*), *mechum M* aliique, cf. 291,29.

oe pro *e*: *coepit* (passim), *oboesus*, *poenetrauit*, *poenitus*, *armoenia* (semper fere) *M*. cf. *fetor*, *fetidus*.

e:*i* [1]) (cf. quae diuersissimi generis sunt *Alexandrea*, *Asellius*, *Baliaris*, *caerimonia*, *calceus*, *cena*, *Cercei*, *codicillus*, *comisari*, *delirus*, *delitesco*, *genetiuus*, *elegans*, *Heluetii*, *intellego*, *internecio*, *Mauretania*, *Mediolanium*, *Mytilenae*, *nauis*, *ostrea*, *pallium*, *penna*, *quatenus*, *reuiuisco*, *Sameramis*, *scabellum*, *spongia*, *tempora*, *ualitudo*, *Vergilius*, *uindico*, *uispillo*)

e pro *i*: in *Ω* 120,22 *leuiorum* 249,9 *speculum* 234,5 *ante* (pro *Anti*, *Antii*). reliqua subieci promiscue neque sedis neque mensurae ratione habita, ita tamen ut similia quaedam componerem. in adn. omissa: in *M* posteriore manu emendata: 8,3 *catilenę* 35,11 *legiones* (item 190,28 *atrocitates* 255,18 et 326,14 *adoptiones*, cf. 206,18) 43,17 *relegione* (item 106,10 *M* 119,21 *M¹* 208,18 *M* 241,5 *M*; 52,6 *relegiosa M* 209,5 *relegiosis M¹*) 154,21 *delegatis* (304,14 *relegatis M*, cf. 308,16) 164,7 *prodesse* 241,14 *mediocre* (sim. 311,1 *matre M¹*; cf. 25,23 46,8 63,10 109,6 201,9 [278,14] 228,15 261,28 316,16 337,27) 318,9 *interfeci*. non correcta: 23,11 *lectoribus* 11,21 *quindecem* (cf. 346,5; 122,4 204,25) 122,2 *aemelio* 211,17 *dolea* (cf. 154,17 *classeariorum MGX*) 284,13 *senc*. adde adn. 7,29 181,1 (256,10) 186,24 272,9 326,22.

de- pro *di-* (*dis-*): passim, cf. *dilectus*, *discriptio*. u. adn. 56,12 (238,19 265,6 300,15) 148,22 (286,25) 174,16 (266,19) 187,22 (contra 196,1 *districto PST*) 210,8 (291,29; contra *discedens* pro *decedens* 4,22 *Π²*) 227,16 (?, cf. 20,1 et 58,22, ubi *diff- Ω*) 241,7 252,26 261,22 265,11 (cf. 44,4 *deffug- L*) 321,25. praeterea 304,6 *delabentibus L* (at recte *dilapsa* 141,18 *Ω*) 335,8 *destribuit M* 347,13 *destinxit M*.

i pro *e*: 76,15 *tricenos* 141,9 *gallipidis* (*-es T*) 154,17 *mari* (corr. *Π¹QPT*) 177,3 *delir-* pro *deier-* (cf. 179,24) 268,2 *acti* (*-ia T*) 337,24 *uirginis*. quibus ex archetypo sumptis [2]) adiungo neglecta in adn. haec: 11,24 *recipissent M¹* (251,24 *acciperat M¹*, cf. 13,2 *redegit* corr. ex *rediget M* et adn. 22,4 315,4) 112,30 *uictores M* (*uect-* m. 2) 188,25 *signiter M* (267,8 *signitiem M¹*; 205,7 *signius Q*, cf. 277,4) 255,12 *religauit MG* (sic passim *V*, rarius *GQR*) 287,25 *ępiculatoribus GT* (et saepius *G* cum deterioribus, nusquam *M*). adnotata uide: 43,21 51,23 (353,1) 53,6 (item 142,23 *V*) 60,8 63,10 70,13 70,23 79,11 101,6 (*grauidine*) 158,26 170,6 311,27 326,9.

di- (*dis*) pro *de*: passim, cf. *deminuo*, *derigo*, *destillatio*, *deuersorius*. u. adn. 3,14 43,13 73,16 (cf. 191,5) 100,26 107,10 (cf. 242,22 *dimissa G*) 203,7 (at u. *dilectus* p. LIII) 266,11 353,1. praeterea: 5,8 *distinatum M¹* (item 5,27 *dist- M* et 14,15 *dist- M¹*; cf. 244,11 *destineretue G* pro *detin-*) 192,3 *dimersis HGS²N* (212,3 et 213,23 *dim- G*) 303,6 *dificeret M*.

e:*o* (cf. *Berenice*, *pignus*, *Ptolemaeus*)

e pro *o*: in *Ω* ut uidetur 236,16 *emisit*. in *M* potissimum: 58,20 86,19 231,2 (*eneb- G* etiam 232,5) 340,11. in eodem: 56,27 *mode* (corr. m. 2, cf. 28,26 *G*) 132,15 *coherrescit* (277,27 *cohertium M*, cf. 310,9) 221,19 *incerte* (corr.). in aliis: 97,5 138,26 183,22

---

1) Capitalem scripturam arguunt nonnulla. de *coxaindice* u. p. XL adn. 1.

2) Nescio an addi possint alia, ut 74,24 *legerint* 114,1 *putarit* 130,11 *pernoctarit* 287,16 *successioni* 328,9 *berenicis* 329,5 *omnigenus*.

268,14 283,17. ex omissis unum addo: 196,28 *phoenicepteri* (*feni-*) *X* (item 301,6 *-cepterum X*).[1]) cf. etiam 195,26 *duae* (*duę*) pro *duo* (*Ω* ut uidetur, sim. 221,15 *GXΠ* 243,1 *Mδ*).

o pro *e*: omissa in commentario: 26,27 *facetissimo M* et *δ* interpolans *facetissimo uerbo usus* (cf. 38,24 63,6 115,5) 275,17 *modoratus M*. cf. 36,11 63,7 79,16 (*-quo* pro *-que MT*, similia 220,9 et 13) 227,8. adde *o* tamquam pro *ae* positam: 258,13 (*quedam G*) 269,19 307,5. deinde nescio an huc potius referatur 268,4 *collo* (pro *colle* siue *colli*) *Ω*. cf. 147,7 *codicollos M*, 212,4 *stochadas Ω*.

e:*u* (cf. *tubures*)

e pro *u*: 219,9 *ergulanilla* et 220,1 *erculanilla Ω* (219,7 *urg-* recte *M* solus). accedunt ex *M* 197,10 249,17 325,8 332,10, et quae posterior manus correxit 42,19 *pĕtet* 47,7 *percussorĕm*, non correxit 59,14 *tempes* (297,10 *sceles G*). de 279,15 licet dubitare.

et pro *ut*: 163,30 246,10 344,9 (retinui *et* cum *Ω* 196,6 et 321,15). formae in *-undus* receptae a Suetonio in parte librorum abierunt in *-endus*, cf. 4,11 et 73,24; omisi 58,8 *aperiendum QS* et 23,3 *repetendarum Q*.

u pro *e*: non in *Ω*, manifesto enim aberrauit librarius *M* 170,19 173,13 225,27 227,20 239,3 309,25. at defendi potest *hominum* 248,16. cf. praeterea 10,3 208,9.

i:*o* (cf. *Apollo*, *aurichalcum*, *flamonium*)

i pro *o*: 163,8 *germanici* omnes praeter *ΠQ* (sequ. *corporis*). 102,16 *scriptis Ω*, at de emendatione haereo. adde quae sunt plurium librorum 10,28 122,3 159,25. tum errata in *M*: 114,8 304,4 325,2 327,24 (*confidi* pro *confodi* etiam *G* 66,21) 342,23; in *X* 225,12.

o pro *i*: neglexi 105,11 *pholosophi M*. alia u. 67,17 73,24 86,25 100,21 108,19 122,25 150,29 187,8 189,4 212,12 236,27 (ubique de extrema syllaba agitur). de 147,7 et 268,4 u. supra (*o* pro *e*).

i:*u* (cf. *assimulo*, *Brundisium*, *contubernium*, *Hasdrubal*, *inclutus*, *manubiae*, *monumentum*, *murmillo*, *quadripes*, *recipero*, *scurrilis*, *tegumentum*, *uictima*)

i pro *u*: non in *Ω*, etsi fieri potest ut *priuatum* 67,11 (*-im MGVLP*) a correctore profectum sit, cui certe *remotus* 142,11 debetur. reliqua ad *M* attinentia u. 52,9 121,10 (*substititus M*[1]) 150,22 193,28 (*fiscinam* etiam *GS*[1]*δ*) 158,18 281,22 289,9 303,3. ex aliis: 50,24 98,21 143,2.

u pro *i*: in *Ω* 59,16 *aspersus* (corr. *Π*) 160,17 *inlatus* (*ill-*) 279,21 *exorsus*. eiusdem generis 135,8 et 318,19. aliter in pluribus (*M*) 104,10 130,22 261.22. in *M*: 58,21 66,9 105,19 232,16 (*lucinius Mδ*, item *Q* 313,7). adde 45,6 *adsimilem* corr. ut uid. ex *adsimulem*, 102,5 *ludibria* corr. ex *ludubria*, 173,8 *habitu* ex *habutu*.

i:*y* passim, maxime in graecis, rarius tamen in *M* quam in reliquis (cf. *bibliotheca*, *chirographum*, *chlamys*, *ibrida*, *inclutus*, *murmillo*, *Mytilenae*, *Sulla*, *Thrasyllus*)

i pro *y*: cf. adn. 57,5 101,10 140,20 195,16 337,3. quibus tamquam archetypi, certe plerorumque codicum scripturae accedunt haec fere: 20,23 *bithiniaeque* (*bythi- G*) 23,7 *conchiliatae* (*concil- M*[1]) et 172,9 *conchilii* (*concyilii Q*) 90,3 *licia* (315,1 *liciam*, at *M licyam*) 96,10 *siracusas* (item 160,13 174,12 176,27) 105,12 *dionisi(i)* 107,25 *hierosolima* 140,12 *cizicenis* (*cyziniens V*) 143,14 *nimpharum* 172,25 *chrisocolla* (recte *GQR*) 174,13 *policratis* (recte *GR*) 196,11 *olimpiae* (item 245,9 et 245,22) 221,3 *polibium* 268,15 *sinthesinam* 315,1 *bizantium*. pauciores cum *M* concinunt his

1) 175,10 *-coepteri L*, *-ceopteri P*, *-cepteri ST*.

locis: 80,12 *xisticorum* (86,19 *xistis*, ubi *existis G*, *xystris V*) 238,12 *pixidem* 312,21 *siria* et 313,9 *siriacum*. 35,20 *cinegiri MT*. denique notandum est *Illyrici* uocabulum semel tantum, si bene uidi, recte extare in *M* (129,9), ter quaterue in *GVL*, ceterum uariare libros inter *ylli-* (rarius *hylli-*, sic 128,1 et 129,2 *MG*, 285,11 *M*) et *illi-*, ita tamen ut hoc praeualeat in plerisque praeter *M*, ex quo semel *illi-* excepi (11,4).

y pro *i*: u. adn. 25,22 60,9 192,7 263,12. praeterea in *M* aliisque: 14,4 *tyrones MGV* al. (65,19 *tyrocinio MGS*, 142,13 *tyro MGV* al., reliquis locis ita fere *GS*, rarius *R*) 27,10 *aethyopia M* 29,19 *hyrtium MGS* (*hy-* 55,5 *M*, 122,5 *MGRS*) 50,10 *styrpe* et 295,2 *styrpis M* 112,12 *tyberium MGS* (ita saepius in reliquis) 218,16 *dyre M* 259,10 *ysidorus MΠS* (*sidorus G*) 315,1 *licyam M* 312,7 *lycinium M*; et plura in aliis, praesertim *G* (*clyentium*, *dyalogos*, *phylosophyam*, *syderis* al.).

o:*u* (cf. *adhuc*, *adulescens*, *consobrinus*, *Dioscurides*, *fulgur*, *epistula*, *formidulosus*, *incolumis*, *iucundus*, *lucusta*, *mausoleum*, *numquam*, *promunturium*, *suboles*, *uinulentia*, *utrubique*)

uo pro *uu*: bene traditur his locis: 27,4 *caluon MGV* (cf. 216,22 *clauion ΠQ* pro *clauum*); 44,5 *seruoli* M^1V (item 137,27 *seruolum* M^1, at 14,18 *seruul- Ω*); 46,27 *uolgi MV* (item *M* solus 317,21 et 318,23); 164,24 *reuolsae M* solus (cf. 266,11). quae in *V* leguntur *animaduortit* (43,28, *anima aduertit H*), *proximom* (70,8) neglexi.

o pro *u*: 343,3 *pomposianum Ω* (317,21 *pompus- Ω*) [1]. correcta in *M*: 14,22 *luxoriaeue* (ita *M* semper, cf. 122,8) 82,7 *sumptos* (126,22 *legatos* 170,22 *obtestatos* 264,19 *usos* 280,4 *praefectos*; cf. 20,24 196,2 261,22 [2]) 288,2) 189,25 *lodo* 209,23 *dilecto* (cf. 4,10, plura huius generis in *G* al.). non correcta et a me praetermissa: 137,5 *admonitionem* (item $Π^1T$) 256,26 *sublatorum* (cf. 269,15). adde 8,21 *consol-* (sic 155,17 et 239,17 *G*) 102,4 204,9 207,15 229,15 263,5.

u pro *o*: 206,15 *armatus Ω* ut uidetur (cf. 264,11 *daturus* et 266,23 *perlatus* M^1, 208,23 *primus MG*). 109,15 *auitu Ω* (?), et sic 30,6 *consultu* M^1 31,22 *uersu* M^1 148,3 *inconsultu* M^1 204,27 *circuitu* M^1S^1 (cf. 56,22 344,5 et ex *G magnu contemptu stratu institutu*). cf. 108,14 118,7 171,20 233,24 300,12 330,12 (147,26 *consulantibus V*), quibus addantur ex *M*: 14,21 *prumptissimum* (corr. m. 2, item *Q*) 72,23 *lurica* (cum *V*) 118,4 *rumuli* 130,13 *munitione* 250,12 *rutunda* (corr.) 348,10 *furtuna* (item $Π^1$).

-o pro *-um*: 200,21 *intercepto* M^1 (sequ. *ueneno*) 237,15 *spatio* M^1 (sequ. *fabricato*). similia ex uicinitate orta 55,6 205,5 234,21 332,34. aliter 80,21 et 130,26.

-um pro *-o*: 76,24 *populū M* (sequ. *promissum*) 147,15 *populum M* (sequ. *auxilium*). sim. in *M* 90,3 164,2 285,6 291,1 330,14.

o pro *au*: 70,1 *pollatim* M^1 (*paulat-* m. 2).

u pro *au*: u. *claudo*.

u:*y* (cf. *murmillo*, *murrinus*, *Sulla*)

u pro *y*: 321,18 *caerulo* (*ce-*) *Ω* (gr. *Κηρύλος*).

y pro *u*: 175,32 *lyrgonem Ω*. rara talia in *M* 301,9 *gylae* et 149,1 *strangylatam* (item 220,5), in *L* 298,7 *mylionibus*.

---

1) De *questore* 226,28 a Beroaldo in *quaesturae* mutato dubitare licet.

2) *intermortuos M* recepit Preud'homme.

consonantes:

b:*d*

b pro *d*: 7,17 *abministratione Ω*.

d pro *b*: 79,21 *aderat Ω* (pro *aberat*, item 137,2 *adesse Ω*) 90,13 *foede Ω* (pro *Phoebe*, sim. 90,14). leuiora haec: 115,1 *ad urbem Ω* (pro *ab urbe*, item 60,27 *ad urbem MT*, delet Preud'homme) 342,26 *adductam Ω* (pro *abd-*)[1]) 42,20 *rudiconi* (*-ne Q*) *MQ*[2]).

b:*h* incertum num huc referri liceat *hac* in *M* traditum 105,4 (u. adn.). classis *X* exempla aliqua u. p. LIX adn. 1.

b:*p* (cf. *absum, paropsis*)

b pro *p*: non in *M* (*blebei V, poblites G, bullatorum ΠR*).

p pro *b*: 324,4 *sup patre M* (123,16 *sup priore G*). praeter 153,7 *propriis* (pro *probris*) similia in *M* non offendi; in *G* aliisque *preui puplicum expropratione alloprogibus* al. cf. 9,18 292,14.

b:*r*

b pro *r*: 154,12 *euocabat Ω*. cf. 105,4 141,27 *pariebant MG* (pro *perierant*). contrarium non legitur, nisi quis huc referre uelit 59,9 *arreptum* pro *abr-* traditum et coniecturam Trilleri p. 100,18 *habenarum* pro *harenarum* legentis.

b:*s*[3])

b pro *s* (in terminatione *B·* = *bus*): 103,27 *inanibus* (*inanib: M*) *Ω* (pro *inanis*, sequitur *sententiis*) 260,20 *gaudentibus* (*-dendi ΠQ*) *Ω* 288,16 *lecticaribus MGT* (praeced. in *M deficientis* pro *deficientibus*, terminationes igitur a librario permutatae esse possunt). quae similia in aliis reperiuntur nihil de archetypo probant. u. adn. 83,16 (121,11) 157,27 225,24 288,1 296,31 332,12 337,5. adde 11,15 *superiorib*; *R* (praeced. *praetoribus*) 24,5 *uegetib*; *q*; *G* 38,2 *partib*; *V* 98,11 *duab*; *Q* (sequ. *buccas*).

s pro *b*: 73,1 *excusantis Ω* pro *excusantib*(*us*) (?) 209,4 *sollemnis MT*. nullius momenti putauerim 251,19 *compluris MG* (praeced. *templis*) 187,8 *eduliis X* (pro *edulibus*). similes errores 120,25 et 144,9.

b:*u* (*v*) (cf. *Danuuius, Suebi*)

b pro *u*: in *Ω*: 21,19 *nobis* 163,26 *beneficiis* 215,22 *bacillatione*, et ut uidetur 34,3 *conibebat* (quod in *cohib-* mutarunt *GXQ*) 109,9 *exubiisque*. 10,7 *releuabit M*[1]*R*. cf. 187,2.

u pro *b*: 138,2 *degluuere* (u. adn.) 138,13 *lauarent*. cf. 242,2 *abualineis MGδ* (*ab bal- R*) et 307,21 (p. XLIX *m* : *u*).

c:*g* (cf. *Cebenna, Egloge, Sigambri*)

c pro *g*: archetypi propria: 150,14 *cadareus* 220,1 *erculanilla* (219,7.9 *erc- GΠQ*) 269,26 *acunculam* (pro ⟨*im*⟩*agunculam*) 339,18 *grecum*. accedit 263,14 *delicata MGX*. aliter comparata 340,2 *neclegi MQ* (99,15 *neclegens GVQ*) 92,25 *crassatos G* 110,8 *dicitis V* (*dictis G*). addi potest 231,4 *auctiores* corr. in *augustiore M* (m. 1).

g pro *c*: in *Ω*: 80,11 *longo* (pro *loco*) 141,9 *gallipidis* (*-es*) 174,30 *egregia* 175,27 *singulasque* (pro *Sicul-*) 175,32 *lyrgonem* 237,6 *gatadromum* 321,1 *g*(*a*)*enidis* (corr. *ΠQS*[2] coll. Vesp. 3 et Dom. 12), et fort. 308,16 ubi *deligatum* (uel *deleg-*) codices praeter *M*[1] prae-

---

1) Sim. 93,13 283,14.

2) Omisi 261,3 *ahenobardum* (*eno-*) *GΠR*.

3) In s. c. de Bacch. SACANAL, cf. Herm. 36 p. 301. noli huc trahere scripturam *absumo* pro *ass-* (*ads-*) et *assumo* (*ads-*) pro *abs-*: u. adn. 155,17 346,9 102,14 (*Ω*) 249,6 351,24. non temere 254,3 *grandibus* pro *grandis* Casaubonus suspicatus est, sed 213,3 *ciuibus* pro *ciuis* non placet neque *libidinibus* pro *libidinis* 284,9, multoque minus *uerbis* pro *urbibus* 103,13.

bent. singulorum librorum (in his *M*) potiora adnotaui: 90,11 *deneganda* 118,3 *regens* 219,25 *ingesta* 294,18 *segtionibus* 334,14 *sacrifigulos*; omisi 174,13 *poligratis M* (m. 1 corr.) 130,20 *lugubrante GPOΠ*[1] (98,24 *lug- L*).

c:p

c pro *p*: 50,17 *carmensis* uetus archetypi uitium (praecedit *Cassius*) pro *parm-*, quod habent *ΠR*.

p pro *c*: u. infra (*pt* pro *ct*).

c:q (*qu*) (cf. *cocus*)

q pro *c*: 309,16 *qui Ω* (cf. Catull. 1,1).

qu pro *c*: in *M* solo: 62,21 *marsiquoque* 142,18 *quodicillis* 348,21 *quoarguendam*. contrarium non in *M*, raro in aliis, ut 93,3 *comollior V* (cf. 145,2).

q pro *qu*: 254,7 *qid M*.

c:s

c pro *s*: 86,12 *concessu* (pro *consensu*) et 300,13 *coluit Ω*. adde 207,18 *interfectos ML*[1]*Π*[1] (sim. 164,30 98,20). pro *Sicilia* 64,12 in archetypo fuit *cilicia* uel *ciliciam* (*cicilia Q*). cf. etiam 107,21 268,8.

s pro *c*: 142,20 *sestio Ω*.

c:t (cf. *ecquid*)

c pro *t*: 341,25 *rusci Ω*. in *M*: 21,5 *marci M*[1] (*-cii M*[2]*ΠQS*, *-tii GLPRT*) 122,5 *hyrci M* (*hyrti G*, *hirti V*, *birti L*, *-cii* uel *-tii* rel.). in aliis: *acratumque cofina parchorum* al., cf. 308,16.

t pro *c*: in *Ω*: 84,21 *terrinium* (104,13 *territo S*) 252,3 *materia* 344,2 *arretinum* (casu recte *ΠQN*). in *M*: 87,5 *praetari*, praeterea sequente *i*: 25,12 *puditítiae* (item 120,2 184,9 248,8; 72,5 *-ticia*) 46,22 *octideretur* (item 225,4 et 342,15) 91,9 *amititia* (169,25) 222,12 *ceruitibus* 321,24 *dicatitatem*. in aliis: *atinis* (*V*), *confiteretur*, *continentibus*, *distinctique*[1]), *hipparthus* (*G*), *partissime* (*V*) al. cf. 2,27 8,7 249,10. saepiusque *at* pro *ac* (99,3 195,5 226,4 261,13), non in *M*, nam de 172,9 minime constat. appellationi potius debentur, quae hic adnecto, *t* et *ct* permutatae: 25,2 *retiora Ω*, 45,13 et 70,21 *succinti M*, 80,23 *uetigalibus M* 316,9 *ditionis M*[1]; cf. 302,5 (plura in *G*: *aduetum, defuntae, litore* al.). contrarium: 237,22 *edictam Ω* ut uidetur (cf. 340,22). in *M*: 240,8 *uectiti* (corr.) 349,8 *nuctiata* (189,28 *renunctiantes* et 238,26 *pronunctiante G*); cf. adn. 255,18 266,4 290,9 351,10 (*facta X*).

c pro *ct*: 59,22 *aciacae*[2]) *M*, contra 25,21 *factio* pro *facio X*.

pt pro *ct*: 340,21 *correptione Ω* praeter *L*. cf. 142,15. contrarium raro in deterioribus (*arrecto subrectum*).

ci:ti sequente uocali (cf. *dicio, setius*)

ci pro *ti*: singulis fere locis *M* praebet: *abolicionem* (*concione, dedicionis, dominacionis, expedicione, licitacio*), *a*cucior* (28,3), *cunctacior, domicius, hospicia, imperciit, inficiantem, mundiciarum, negociatoribus, ocium, plocia, quociens, sediciosorum, uaticinancium*; paulo saepius *sestercius, paciens, precium, marcio*.

ti pro *ci*: frequentiora in *M* aliisque haec: *prouintia* (*prouintiatim*), *conditio* (sic plerumque *ML*, semper *G*), *conuitium* (*-ari*, *-ator*), *solatium* (semel recte *M*), *suspitio*; *commertium*, *fidutia*, *speties*, *sotios*, *sautium*; rariora: *cappadotiae, constius, grętia, otius, pautiores, tenatiores, uities*.

---

1) Cf. 63,19 *discitinctosque M, dist- Π*[1]*Qε*.

2) *acciac-* hic illic in *GVT* (58,15 *ieccio* pro *actio V*, in eodem *acctiacum* 62,11).

d : *r*

d pro *r*: 303,3 *declamantibus* Ω (corr. *Sε*) 326,5 *adrecidiam* (pro *Arrecinam*) Ω; cf. 310,2 *debellarunt T* (255,12 *delegauit P* 187,21 *expediretur ΠQ*) et coniecturas 182,8 205,20 259,15 laudatas.

r pro *d*: cf. 22,9 et 76,25 ubi *de-* pro *re-* coniecerunt. in *G* legi *glariatoria*, *perforere*.

d : *s*

d pro *s*: 264,14 *dedisse* Ω (pro *desisse* ut uid.). cf. 140,3 (?).

d : *t* (cf. *atque, haud, inquit, quadriduum, quotannis, sed*)

d pro *t*: in exitu: *ad* pro *at* saepe *M*, rarius *G V*, u. 25,20 27,23 72,1 80,30 109,25 111,18 170,7 192,8 193,4 349,2 (dubia lectio 234,27). *quod*: 346,5 Ω, cf. 82,22; solus *M* 27,22. *aliquod*: in *M* 11,18 100,24 131,23. *capud*: 44,29 *M* 150,29 *MV*. adde 238,24 *diariam* (pro *tiara*) Ω 225,26 *idem MGLPS*^{1}. tum ex *M*: 45,3 *candata* (*dicta δ*) 203,22 *flagitandi* 229,10 *halodum* (corr.) 283,10 *redardati* (corr.) 287,14 *litigrandi* (corrige in adn. crit. *M*^{1} in *M*) 296,4 *edendi* 337,9 *portendosoque*.[1])

t pro *d*: *at* pro *ad* in *M*: 129,3 197,20 283,14 (hic corr. m. 2). 320,19 *atmittebat* (cf. 9,19 *ut quoad* in ras. *M*, *d* corr. ex *t*). adde ex eodem 17,9 *tantem* (corr. m. 2, non correctum 187,18; cf. 346,12) 61,10 *augenti* 79,10 *glatiatores* (corr. m. 1) 192,22 *placita* (corr.) 262,26 *portantis*, et adn. 8,27 9,23. *aput* saepius in *G*.

f : *ph* (cf. *Falacrina, phalerae, phasiana*)

f pro *ph*: 267,15 *epafrodito MGT* 19,2 *farnace T* 46,19 *xenofontem X*. adde 90,13.14 (Ω).

ph pro *f*: 300,21 *triphariam MΠ*^{1}*ST* (298,30 *pluriphariam S*). sic *orphito phannii G*, *phorum V*.

f : *s*

f pro *s*: *ferens* 179,1 cum proba lectio uideatur, non restant nisi codicum tenuioris ordinis exempla, *fit* pro *sit* et similia, u. 11,3 183,22 224,29 (175,15 *fine G*).

s pro *f*: 39,24 *rusioni T* 224,8 *dissidens L*. 340,13.

f : *t*[2])

f pro *t*: 18,20 *effugientem* (pro *et fug-*) *MGX'*. 348,5 *factum Mδ*.[3])

t pro *f*: 327,1 *et flagitantes* (pro *effl-*) *MG*.

g : *i* (*j*) (cf. *ianto*)

g pro *i*: 60,16 *ganitoribus M*. 74,1 *magestatem V* (item 154,2 *G* cf. 128,26 *magiestatem V*) 65,5 *agebat L*^{1} (*iacebat V*).

i pro *g*: 119,25 *ilycian* Ω pro *glycian*. cf. 113,2 *coniesserant V* 284,8 *coniestas S*.

h pro *n*: 34,3 *cohibebat GXQδ* male potius correctum ex *conibebat* quam perperam lectum.

l pro *r*: 136,25 *legum* Ω. accedunt aperti errores in deterioribus ut 39,25 198,14.

l : *t*

l pro *t*: 177,26 *pellaque MG*(Ω), quod in *Tδ* abiit in *pallaque* correctumque est in *X*.

---

1) Sic etiam *Gδ*. talia rarius deprehendi in reliquis, uelut 29,25 *gradum Rϱ* (et pro uar. lectione *Π*^{2}) 144,15 *hirsudo R* 305,5 *aurigandi R*; *uelud* saepius in *Π*, rarius in *V*.

2) Cf. lectionem 171,14, quae mihi dittographiae uitio orta uidetur (REVOCATOSVTSVFFRAGIA), et *f* praue insertam post *t* 216,22.

3) Quod ex *V* affert Preud'homme 110,23 *enafa*, parum certum esse rescripsit mihi u. d. Nogara Romanus, potius *enasa* in *enata* prima manu emendatum uideri.

t pro *l*: cf. 308,8 *etiam* *Ω* pro *illam* (u. infra p. XLVIII *i* pro *l*).

m*:*n (cf. *aliquamdiu, exim, numquam, quamquam; Oedipus, Pasiphaa*)

m pro *n*: 16,9 *comsummare M* 124,13 *uimdelicumque MGε* (cf. 266,9) 196,29 *pomtomimus* corr. in *pont- M* 228,1 *implerisque M* (305,13 *impueritia M*, cf. 101,10 et 209,27) 332,3 *imminore M* (u. adn.). tacui errores tales 38,10 *memini* (pro *nem-*) *Mδ* 169,24 *artabamus G*; cf. 326,7.

n pro *m*: 2,12 *incolumen M* (*incolum̃ VPSR*) 27,4 *caluon MGV* 311,29 *optini M*. et saepius in *V uirilen, nan, naturandi, turnae.*[1]) cf. 342,25.

n*:*r uitium ortum ut uidetur nonnullis locis e scriptura minuscula Fuldensi.

n pro *r*: parum probant 6,10 *sabinio G* (pro *rabirio*) 144,18 *ligurrine V*, confidentiusque 244,24 *corrumpere* (*conr- M*) lectionem archetypi sumpsi. neque probabile 165,4 *puernascens* (*MGX*) natum ex *puerrascens*. cf. 208,4 *incessent M* (pro *-ere*).

r pro *n*: 127,8 *remausenses Ω* 153,24 *carrulus* (pro *carn-*) plerique (153,23 pauciores). adde ex *M* 17,17 *carens* 81,17 *cor tribuit* 234,4 *nerore*, et quae aliter pensanda uidentur: 76,22 *uiri V* 80,26 *decuriores R* 179,17 *uerberatum XT*.

n*:*s

n pro *s*: 311,29 *uespaniani M* (item 304,13 *G*, ex eodem notaui *cenonio* 143,3), uix perperam lectum pro *uespass-*, ut saepius in *M*.

n*:*t

n pro *t*: 92,15 *enceladum Ω* (pro *et Cel-* ut uid.) 342,7 *ueneranos M*.

t pro *n*: 29,4 *uetustate GT* (contrarium saepius in *Q*). cf. 297,11.

p*:*r praeter 291,29 *certabant* M^1 (m. 2 corr. in *cept-*) nihil notabile. cf. 350,13.

r*:*s exempla rara in *M*.

r pro *s*: 80,22 *refrequentauit X'* (pro ⟨*a*⟩ *se fr-*). cf. 86,19 238,5 282,26 309,12.

s pro *r*: 202,14 *arbitremur* corr. ex *arbitremus M* (203,1 *fluctuemus XT*) 249,17 *cussorem M* (pro *cursorum*) 256,25 *passurum MX* (pro *pars-*); cf. 6,10 9,1. non quadrat 331,7 *seruasset* (pro *seruaret*) *MGXR* (46,8 *renuntiassent* V^1, eadem manu corr.).

r*:*t non offendi nisi in deterioribus (*corti* pro *cotti G*, *bolerum L*, *recitate* pro *recitare G*, *ceteris* pro *Cereris L* aliaque). alius generis uidetur 116,12 *quartuor M*.

s*:*x (cf. *sescenti, Xerxes*)

s pro *x*: 39,8 *iusta M* 46,19 *senophontem* $M\Pi^1Q\delta$. cf. 40,9. at 296,6 retinui *Sestilia*. in *G* non legi, raroque in posterioribus, ut 244,32 *escreare* Π^1Q (cf. 42,9.10 286,1 327,4).

x pro *s*: 350,9 *phyllix Ω*, sed sequitur *nutrix* (*nutris* L^1). item merus error 22,28 *dixtraxit V*.

x*:*d

x pro *d*: 71,10 *addixit Ω* (343,7 *indixisset Π*). cf. Bentlei coniecturam 269,21.

consonantes et uocales:

c*:*e 54,10 *cum* (pro *eum*) *MG*, et pauca in libris saec. XII: 15,28 *eis alpina Q*, cf. 188,17 195,16.

e*:*t uide *t* pro *i*. cf. 208,4 (?).

f*:*e (*i*)

f pro *e*: 256,23 *flatus* pro *elatus* $MPO\Pi^2$(*R*?), sequitur *inflatusque*.

f pro *i*: 171,19 *adfecit* pro *adiecit Ω* (cf. 170,14) 352,3 *alfeno MGTδ*

---

1) In eodem ut *con* pro *cum* ita *cum* pro *con* (*cumlucerent cumsumpsit* al.). de *utrunque plerunque* (codd. saec. XII) susque deque.

(emendatio adnotata erat in *X*). cf. 210,16 *fecisse MLPδ* 92,23 *effregit ΠR* (pro *ei fr-*; 78,10 *effregerat* male *T* pro *fregerat*).

i:*l* frequens error, cuius ansam dedit litteratura capitalis.

i pro *l*: 42,16 *ilio* (pro *illo*) *MHGT*, quod censor libri *X'* mutauit in *iulo* uel, si maior codici *V* fides tribuenda est, in *iulio*. alia in *Ω* 123,27 *trailianos* (*tracil- X*) 201,1 *iulio* (pro *Iullo*) 267,22 *hiceius* (pro *Icelus*). cf. 308,8 ubi *illam* recte emendatum uidetur pro *etiam*. 68,8 *pro ultione* si lectio uera est, *prouitione* in *prouisione* abiisse putari potest.[1])

l pro *i*: 45,27 *heuilum* et *heiulum* codd. pro *Heluium*. 83,7 *sedulo lentius MGVT* pro *sed uiolentius* (u. adn.) 129,13 *quintillus* codd. praeter *ΠQ* 166,21 *loco* pro *ioco Ω* (item 180,7 et 233,31 *Ω*, 215,7 *locis MGX* 246,4 *locoue M*)[2]) 177,3 *delirauit MGRLP* (*deler- S*[1] ut uid.) pro *deierauit* (179,27 similiter) 185,30 *inlecto MXδ* 188,22 *ante alter Ω* pro *antea iter* 237,10 *aulum* codd. praeter *G* pro *auium* 247,10 *institor loco pas MXδ* pro *institorio copas* 283,22 *patrobil Ω* 322,22 *cutillas Ω*. minoris ponderis 247,7 *ambularum Mδ* pro *ambubaiarum* et quod ex *ε* laudatur 69,7 *flammini aula* pro *Flaminia uia*, nullius 298,8 *lactassent Π*.

i:*t*

i pro *t*: exemplum graue 186,19 *liberios M* (pro *libertos, liberos* rel. codd.); minora ex *G* et *T* 50,19 98,9 111,10, nulliusque momenti quod Preud'homme ex *ε* laudat *ceriam* pro *certam*. at 215,24 nescio an corruptela *eiciente* (ita certe in *Ω* fuit) explicari possit ex *etciente*.

t pro *i*: 220,5 *et* (pro *ei*) *Ω*[3]) 163,5 *ettam MGR* (u. adn.). uel inde probabilis lectio *iam* pro *tam* 14,20 et 301,18, ubi inuitus *tum* dedi ad fidem deteriorum. 216,5 *aut* utrum pro *aui* an pro *aue* scriptum sit non liquet. 336,13 *discidit MPδ* pro *discidii*.

n:*u* passim confunduntur in *L* (cf. p. XV).

n pro *u*: 54,9 *in sulla Ω* (pro *ius ulla*, corruptius *X'*) 58,9 *indicato Ω*. in libris saec. XII ex. gr. 4,29 *antronio* $L^2POS^1\delta$ (*antonio* L^1S^2T) 5,2 *antronio* $LPOS^1\delta$ (*antonio* S^2T) 179,17.

u pro *n*: 27,7 *uasa Ω* (pro *Naso*). praeterea non in *M*, saepius in reliquis (cf. 85,16 156,2 291,9 326,7).

litterae contiguae et simplices:

d:*cl*

d pro *cl*: 159,20 *chariden* (*-em ΠQ*) *MT*, *clariden* (*-ẽ*) *LP* (recte *-cl-* in *GVST*) 10,15 *dodium* $M^1\Pi$ (13,11 *dodi Q*, *dodii Π*) 214,21 *adignea* corr. in *ac lignea M*. cf. 52,9 147,20 (*andiam* ex *ancliam*?) 186,16 257,3 149,1 *dementia ΠQ*.

cl pro *d*: non in *M*. 173,9 *clareum* G^1g 174,14 *diclymeum S*. cf. 21,6.

ec:*a*

ec pro *a*: 108,10 *senectum* M^1 (corr. m. 2) 282,14 *senectu Mδ* (*senectute G*). contrarium 219,21 *pellatus* Π^1Q (pro *pellectus*).

u:*ii* (cf. *u* pro *ti* 346,2 et contrarium fere 92,12 in *T*)

u pro *ii*: 290,24 *moriendum petum MGLP* (pro *moriendi imp-*). adde 71,26 *ignoscerturus* M^1 (pro *ignosceretur iis*, *-tur hiis* M^2). ex *G*:

---

1) Preud'homme, Troisième étude p. 86. Cf. Schuchardt, Vok. des Vulgärlat. I 153 III 77.

2) 84,14 *ioco* corr. ex *loco G*. contrarium 143,12 *iocos POSTδ*.

3) Cf. 177,6 *et X* (om. *T*) et 289,23, ubi *ei* pro *et* Bücheler coniecit probabiliter. adde coniecturas *liberius* et *uberius* (pro *libertus*) 313,16, quae improbandae uidentur.

117,4 *siqdus* (pro *si quid iis*) 122,6 *seruilus auricique* (pro *seruili isaur-*, u. adn.) 160,16 *misenu* (u. adn.) 164,28 *solatus* (pro *solaciis*). nescio an huc pertineat 42,15 *capus* (pro *cupiis*, u. adn.).

ii pro *u*: non in *M*. cf. 95,12 109,15 137,4 *inopiis* Π^1Q (pro *in opus*).

u* : *li[1])

u pro *li*: 50,9 *iuua* (pro *iulia*) *M* 136,17 *ubertatis* (pro *lib-*) $MG^1\delta(L^2P^2)$. cf. 19,6 *profug-* (pro *proflig-*) *S*.

li pro *u*: 327,22 *alilum* *MGδ* 352,7 *subrutillim* *M*.

iu* : *ui

iu pro *ui*: 297,15 *iuni* Ω (recte *L*) 305,10 *iuennae* M^1 (*uiennae* m. 2). cf. ex aliis adn. ad 66,15 126,1 165,14 280,3.

ui pro *iu*: unum adnotaui 251,7 ubi recte in *M* legitur. omisi haec: 85,23 *ei uinctus LT* (*euinctus V*) 233,1 *iunctos* recte *MGPS*, *uinctos Π*, utrumque legi potest in reliquis.[2])

m* : *ui

307,21 *samnis* Ω ortum uideri ex *sauinis* iam Turnebus obseruauit.

m* : *in

m pro *in*: 66,2 *mit M* (u. adn.).

in pro *m*: 121,6 *inolientem MG* 174,15 *isthinum MLR* (*isthimum* Π^1Q) 277,6 *nein orationem M* (pro *nemo rat-*) 2,16 *inarchi* G^1g.

on pro *mi*· 320,6 *iontansque M* (pro *imit-*).

no pro *m*: 341,17 *inopia M* (pro *impia*).

De orthographia singulorum uocabulorum hunc subici indicem utile uisum est, cui immixta sunt ad res grammaticas spectantia.

absum: perf. *afui* semper *M*, plerumque *GVQ*. ceterum *abfui* passim, item perperam *affui*, quod hic illic in *adf-* abiit (u. 141,3, eodem modo discrepant libri fere ubique si excipias *adf-*). de *apsente* u. 39,16 (fortasse *aps-* Suetonius etiam 86,15; cf. CIL VI 30974).

De praepositionum in compositis assimilatione uel dissimilatione cum nusquam fere (saltem in formis dissimilatis) libri sibi constent, ingens uero uariae lectionis moles sit, ne hic quidem conspectum dare placuit.[3]) expressi igitur formas in *M* seruatas paucis exceptis locis.[4]) certe in *M* dissimilatas longe praeualere uidi, et ita quidem ut persaepe in eo solo extent, saepius stabiliantur codicibus aliis, maxime *V* et *L*, raro *G*. in assimilatis cum *M* ceteri facere solent, at non ubique; satis raro

---

1) Frequens in Vaticano Ammiani, u. Gardthausen p. XII sq., qui de parte lectionum non recte uidetur iudicare.

2) Similia in *L*: 339,15 *indisce* (pro *uidisse*), 338,4 *exuuias* (pro *eximias*). in eodem saepius *luna* pro *liuia* (sic 132,28 etiam Π^1Q).

3) Pauca attigi in commentario: 6,3 9,5 23,12 (*app-* omnes praeter *M*) 40,21 63,10 101,10 (hic falso M^1Q, sim. 3,22 *assertorium* falso *R*, cf. ad 85,19 et 246,16) 106,22 137,28 (*adst-* M^2, *ast-* *ΠR*) 169,10 170,14 171,19 218,24 (*ãmin-* *Q*) 244,24 (reliquis locis semper *corr-* *M*) 288,1. — cf. in indice *adgnosco*, *coicio* al.

4) 79,14 *summouit* praetuli fortasse iniuria, cum *subsũmouit* praebeat *M* (*summ-* rel.); 236,22 et 289,6 *suscr-* in solo *M* extat, reliquis locis *subscr-* Ω, nisi quod *susscr-* ter legi in *V*; 261,28 *inminuit ML* (at *n* in ras. *M*, *imm-* uel *ĩm*-rel.).

consentientes libros inueni, ut 41,16 *assertores* (sed *as* in *M* ss.), 55,15 *ascripserant* (at *asscr- MPΠ²*), 56,3 *collocandos* (sed *conuoc- Π*, *conloc-* Roth et Preud'homme), 59,9 *irritas*[1]), 63,2 *illideret*, 63,1 *summisso*[2]), 64,15 *impertiendos* (*inp- Π*), 72,16 *imposuit*, 74,25 *collocassent*.

adgnosco: *adcognosco* Suetonium scripsisse negauerim; u. adn. 90,23 206,1 209,20[3]) (Heraeus, Sprache des Petron. p. 18). eiusdem generis *adinspectantium* 46,10, et e deterioribus notaui *adcohortandoque, adimprobans, inaduolauerunt, precognoscere* (270,2 *X* praeter *L*).

adhuc, adhoc: illud passim, hoc 351,3 in archetypo fuit, conuenitque fortasse Domitiano. cf. E. Norden, In Varronis saturas Menipp. obseru. sel. p. 293 sq. Thes. ling. lat I 652,77 sqq.

adulescens (*-ntulus, -ntia*): *adol-* nusquam *M*, raro *V*, semper reliqui (recte semel *G*).

aeneus: nusquam *ahen-*, sed *Ahenobarb-* cum extet 261,3 et 286,4 in *MG*, hoc ubique reponendum censui.

Aesius: u. 183,21 (Thes. l. l. I 1084,30. W. Schulze, Zur Gesch. lat. Eigennamen p. 159).

Afer, *Africa* etc.: per *ff* passim *ΠST*, semel *G*, bis *V*, nusquam *MQR*.

Alexandrea (*-ia*): formam in *-ea* omnibus locis usurpasse Suetonium affirmare non ausim. habent 39,23 *M¹VL*, 41,6 *MV*, 58,25 *MV* (*anl- V*), 148,2 et 191,22 *M*, 351,25 *MP*. reliquis locis iisque pluribus *-ia Ω*, item in nomine mulieris 268,2 (*-ea* ex. gr. Bücheler, Carm. epigr. 214).

alioqui: u. 158,20 et 295,8. cf. *atqui*.

aliquamdiu scribere malui, fortasse iniuria, cum bis tantum extet in *M* (216,28 et 336,14 *aliquādiu*), praeterea *aliquandiu*. in *G* semper *-quam-*, in *R* plerumque (at in eodem *tandiu*) saepiusque in *LQ*. cf. Thes. l. l. I 1598,53 sqq.

ancora: u. 173,4.

Apis: acc. *-in* 107,23 *Ω*, abl. u. 327,5.

Apollo: gen. dat. *-onis, -oni* admittere nolui (cf. Thes. ling. Lat. II p. 244,20 sqq.). traditur autem *appollonis* 59,24 68,3[4]) 69,20, *appolloni* 83,16 in solo *M* (ubique corr. m. 2)[5]), reliquis locis *-in- Ω*[6]).

Appuleius: per unam *p* 115,13 *Ω* et sic Suetonius scribere potuit aeque ut Tacitus.

arcesso: *accers-* ter in archetypo fuit, 2,17 31,14 148,17; de 252,8 non plane constat (u. adn.). alteram formam octies exhibent meliores libri, u. adn. 183,16 215,7 241,19 283,7. omisi 99,6 *accersitis Π¹QPST*, 225,15 *accersi* corr. ex *accessit S* (*accersiri T*), 286,23 et 326,14 *accers- PT*.

Asellius, Asillius: u. 142,26 et 166,8.

assimulo: 150,15 *assimil- M* solus. (*dissimul-* passim). cf. Thes. l. l. II 895,82 sqq.

atque: spreui *adque* (126,8 et 246,25 *M* solus). cf. *inquit* et p. XLVI.

atqui: 322,12 *atquin* solus *M*, uix recte. cf. *alioqui*.

aurichalcum: non *auroch-* ut trad.

1) Ita reliquis locis fere *Ω*, nisi quod 11,16 *inritas* (r supra scr.) habet *M*, 169,10 *inirrita M*, 106,22 *inritanda* et 147,17 *inrito V*.

2) 97,12 quaeritur num *submissim* ex *Q* restituendum sit, quod confirmare uidetur Einhardus.

3) Duobus prioribus locis *adgn-* exhibui, ut 27,15 *adgnitum* ad fidem *MVP¹*; praeterea *agn- Ω* (bis *agnitus*).

4) 68,12 *appollinis*.

5) Duplex *p* saepius in *MR*, semel in *V* (recte *M* 86,16 160,12 260,13 269,10).

6) Contra 110,29 *appolliniae M¹* 111,6 *appollinia V¹*.

297,5 in *MGL* (cf. Thes. l. l. II 1498,36 sqq.).

Baliaris: u. 277,22 (Thes. l. l. II 1697,16 sqq.).

balineum, balineae, balneae: consentiunt codices in *baln-* (fem.) 184,25 et 278,25. ceterum *balin-* recte semper *M* cum aliis (321,1 solus). u. ad 98,10 103,4 108,21 242,2 250,13 255,12.

ballista: 190,9 per unam *l* omnes (etiam *HN*) praeter *M* (cf. Thes. l. l. II 1701,1).

belua: bis per *ll M*; u. 96,20 133,19 237,21 (Thes. l. l. II 1860,25).

beniuolus (*-entia*) u. *ualitudo*.

Berenice: *beron- GT*, u. 328,9.18.

Betriacum, *-censis*: 290,21 et 312,3 *bretiac- Ω* 302,22 *betr- Ω*. cf. 299,5.

bibliotheca scripsit Suetonius, non *bybl-* (183,8 *bibly- M*, *bybli- G*; passim recte *Ω*).

bimenstris (*trim-*, *quadrim-*, *sem-*): sic *Ω* (excepto fere *T*) praeter 239,3 (u. adn.).

brachium: *cc* non notaui.

Britanni (*-ia*, *-icus*): solitam scripturam dedi, quam semper fere praebent *LR*, *M* his locis: 13,5 211,23 275,24 295,21 309,1.3 325,7 343,7 (ita saepius etiam alii). usitatior forma in *M britani-* (18[ies], accedit hic illic *Q*); praeterea traduntur 325,26 *brittannia* (ita passim *GΠ*), 173,14 et 189,9 *brittaniam* et *brittanorum*.

Brundisium: *brundus-* ubique *GT*, accedit 31,12 *P* (non *O*), 58,18 *OP*² (at 58,24 *brundisii PO*). etiam in libro de rhet. 1 (p. 122,19 R.) *Brundisii* Suetonio restituendum esse nuper monui (Rhein. Mus. 61 p. 546).

caenum u. *obscaenus*.

caerimonia: sic bene traditur 4,7 *G*, 37,23 *VL* (*caere- MG*) 69,30 *M*²*G* (*caere- M*¹), 107,17 *G* (*caere- M*), 109,2 *M*, 139,14 *G*, 215,27 *MG*. *cerim-* rel.

caeruleus: 284,1 *caer- MG*, *cer-* rel. et sic praeterea *Ω*.

caespes: recte 197,27 per *ae ML*. 63,20 et 130,10 *cesp- Ω*.

caetra: u. 173,7.

calceus, *calcio*, *calciamentum*, *calciarium*, *calciatus*: sic ubique codices. de compositis iam haereo an *-culc-* Suetonius scripserit; nam 268,17 traditur *disculciatus M*¹*Q*, 295,29 *exculciandos MGΠ*¹*R*, 314,25 *exculciatos G*, similiaque in aliis libris (uelut Corp. gloss. lat. III 6,64 *exculcia*) ex praecepto Diomedis gramm. lat. I p. 378,31 *calcio disculcio* (*facit*).

calficio: u. 160,17 (*calfecimus* in epistula Augusti 95,14).

camara, *concamaratus*: u. 106,13 253,6. cf. Thes. l. l. III 203,10 sqq.

Caprensis: u. 143,4 (*capresi V*). cf. CIL VI 8958. sic *Ficulensis* CIL XIV 4012.

Cebenna: 12,22 *geb-* deteriores. (Pauly-Wissowa III p. 1820).

cena, *cenare* al.: saepe *caen-* in *M* scriptum est, sed rarius quam Rothius exhibuit. sic 215,2 *cenulam MXΠR* (*cęn- GQ*), 247,4 *cenitabatque M* al. (cf. 98,13 *cinitabat M* ut in titulo uulgariter scripto CIL VI 29791 *cinacula*).

Cercei: u. 159,13. 58,2 recte *Ω*. cf. Huelsen P.-W. III p. 2565, Nissen Ital. Landeskunde II p. 636.

charta: 30,17 recte solus *M* (*carta* rel.); 241,23 *cartham MGLR*, *cartam QST*.

Chatti (*-a*) ubique scribendum putaui, cui scripturae proxime accedunt *M*¹*G* 302,8. cf. ad 339,1.5. incertum quid in archetypo fuerit.

chirographum: nusquam recte scriptum, in archetypo ubique *cyrogr-* fuit (328,1 *cyrăgraphum M*), quod in deterioribus (singulis locis *VLS*) in *cirogr-* abiit (*ΠT*).

chlamys: *clamis* et *clamide* constans codicum lectio (122,20 *clamys* solus *G*), quae Suetonio uindicari nequit.

circu(m)eo sim.: u. 4,11 125,29 241,5 264,1. adde 85,13 *circumibat ΠQT*. 112,27 et 204,27 *circuitis* (*-to*) *Ω*, item bis *circuitu*. omisi 36,13 *circuegit R* 250,13 *circuageretur GR*.

classis u. *nauis*.

claudo: *clusit* 62,9 retinui (u. adn., praecedit *clausum*). de *clusis* 244,18 haereo. praeterea *claus- Ω*.

clyster: acc. *-a* 229,18 (u. adn.); sic *agona* ubique, cf. *phalanga* 241,13.

cocus, cocuntur in archetypo fuit 304,2 (*cocco PS, coquo T*) et 104,11 (u. adn.). cf. 265,26 (*persequuntur* et *persecuntur* codd.).

codicillus (semper plur.): *codicell-* passim *GXT*; recte semper *M* (praeter 147,7 *codicollos M, codicillis V, codicell-* rel.) et *V*, raro *GLPS* (195,8 *codicill-* G^1, quod eadem manu mutatum est in *-cell-*).

coerceo (*-citio*): *coherc-* 33,8 *MQLST* et ita nouies *M* (sexies *G*) cum aliis, plus uicies *LQ*, semper fere recte *VR*.

coicio, coiecto (*-tor, -tura*) dedi his locis: 4,18 *coiectores* M^1 (*n* ss. m. 1?) 8,8 *coiecit* M^1V (*coni-* M^2 et rel.) 111,13 *M* (*conhiect- V*) 140,11 MG^1Q (*conicit V*) 234,8 *MS* (in *S j* in ras., *conect- L*) 300,12 *M* 305,9 *M* 311,25 *M*. reliquis locis *coni- Ω*.

comisari, comisator scripsi ut postulauit Velius Longus[1] utque traditum est in *M* 182,3 (*comesantis R, comess-* rel.) et 195,16 (*comesatione R, comess- XQ, commess- GΠ*). praeterea: 300,22 *comissationesque M* (*comesa- R, comess-* uel *commess-* rel.), 328,7 *commissationes* M^1 (*comesa- R, comess- LS, commess-* M^2 rel.), 352,16 *commissaretur M* (*comesa- ϱ, commess-* rel.). simplex igitur *s* constanter in *R*(*ϱ*), cf. supra p. XIX.

contrecto, detrecto: sic plerumque *Ω* (63,8 *detract-* $Π^1T$, cf. 264,25). *contract-* semel *M* (335,5), *detract-* bis (u. 71,14 et 134,10). *consacr-* non legi. cf. *defetigo*.

consobrinus: *consub-* 178,10 et 219,11 *M*. cf. Thes. l. l. IV 473,70 sqq.

contubernium, -nalis: passim *Ω*, *contib-* 105,12 *MVL*, quod non admisi.

cotidie, -anus: *cott-* nusquam non *G*.

coturnus: sine *h* 193,26 *Ω*, retinui (CIL X 1948).

(*in-, per*)*crebresco*: 41,5 *-bruit MGLR* (*-buit M* with *r* ss.), *-buit* rel.; 54,25 *-bruit* $MGLS^2R$, *-buit* rel.; 144,17 *-bruit Ω* (praeter *PT*); 164,22 *-bruisset* $MLΠ^2QR$, *-buisset* rel. uno tantum loco 309,15 *-buerat* uidetur lectio archetypi fuisse (u. adn.).

culcita: forma uulgaris *culcitra* 149,20 QRL^2T (*culina G*), 224,13 GRL^2STN, 266,14 $M^2GRPSTN$, 304,8 *RPST*.

curro: de reduplicatione in compositis seruata uel omissa u. Ritschl ad Suet. Ter. p. 498 (Reiff.) et Thimm l. l. p. 24. discrepant codices his locis: 7,13 176,26 197,21 333,4. reduplicatio ubique seruata in compositis uerbi *poscendi*.

Danuuius: per *b Ω* 129,10 (rarissime sic tituli).

defetigo: u. 33,14. cf. *contrecto*.

dein, deinde: pro *dein* passim in parte deteriorum (maxime TQ^2) *deinde* scriptum est. nonnulla adnotaui (124,9 238,24 241,7 266,11 327,8, et in primis ad 341,6), plura omisi. rarius *dein* pro *deinde*, cuius uarietatis exempla grauiora habes 53,12 94,20 194,29 (cf. 136,10).

delirus: 252,2 *deleri Mδ*, at 311,4 *deliraret Ω* (cf. Vel. Long. gramm. VII 73,2 Caper VII 109,6 Charis. I 76,19 al.).

delitesco: 203,26 *-iscens* MLP^2Q (uix ita Suet.; cf. Eyssenhardt ed. Amm. Marc. p. VIIII). cf. *reuiuisco*.

Delmatia (*-icus*), *Dalm-*: *Delm-* quamuis suspicer Suetonium constanter scripsisse (sic 60,20.21 61,2 62,11 solus *M*, 208,16 *MGQ*, *dalm-* rel.), retinui tamen *Dalm-* 124,15 et 291,5 propter librorum consensum. cf. Vel. Long. gramm. VII 73,6.

deminuo (*-nutio*): *dim-* passim pars codicum, semel *M*; u. 3,20 6,5 76,9 115,10 344,26.

derigo: probam formam seruauit *M* 173,5 (etiam *δ*) et 190,8. cf. adn. 214,2 351,21.

destillatio: 100,26 *dist- Ω*.

detrecto u. *contrecto*.

deuersorius (*-um*), *deuerto, deuerticulum*: praue omnes 257,16. recte solus *M* 36,26 (u. adn.) 247,9

1) Gramm. lat. VII 72,13 sqq. cf. Diom. I 488,13 (*s* simplex in codd.) et Corp. gloss. lat. VI p. 235 sq.

298,7; *MLQ* 266,4; plures 126,26 (u. adn.).

dexter: *dextra, -um* etc. fere semper; 35,20 *dextera* Ω praeter *G*, 351,20 *dexterae* Ω, u. praeterea 43,6 235,3 238,23.

dicio: semper recte *M* praeter 315,3 ubi *ditionis* Ω. cf. 18,7 37,15 (ubi *ditionem X'Q*) 309,3 (*ditionem XQR*).

dilectus: *del-* passim deteriores, u. ad 69,19 97,2 209,23 256,10. praeterea: 41,7 *del-* *VΠRQ²* 188,20 *del- QL²* 302,18 *del- ΠQS²*.

Dioscurides: 82,17 *dioscor-* codd. praeter *M*.

disicio: *dissicere*, quam formam multi defendunt, spreui 42,11 et 155,1 (hic *dissiscere S²*, *discire Π¹Q*).

discriptio: u. 136,23 (*dis-* etiam ε, *descreptionẽ V*).

dispando: u. 351,20.

domus: de acc. plur. u. 217,15.

duo: acc. *duos* passim praeter 208,23 *duo Mδ*.

duritia: 254,2 *duritie* num iure receperim iam dubito (u. adn.). 209,6 *duritiam* Ω et semper *saeuitia*. 226,8 *luxuriem* spernendum fuit neque 19,1 *materies* admittendum, cum primae declinationis formae passim legantur. certior uidetur lectio 267,8 *segnitiem* (*sign- M¹*), sed 277,4 *segnitiamque* ex melioribus libris reposui (cf. 204,1).

Dyrrachium, -chinus: recte 19,16 et 31,12 *MGVL*. 35,1 *dyrrachina M* (*dyrrhacina GV*, *dyrracina L*, *dyrachina ΠR*, *dirrachina Q*, corruptius rel.); 35,7 *dyrrhachium MGVLS* (*dirrhachium Q*, *dirrachium R*, *dyra-* uel *dira-* rel.).

eburneus cum ter extet, *ebureum* (195,19) Suetonio adsignare non ausim, etsi *eburarius* in glossis et hic illic in titulis legi. apud Mart. XIV 5 *eburei, eborei, eburnei* codd. cf. Quint. inst. I 6,23.

ecquid[1]: *c* litteram testantur 114,15 *Mδ* et 144,13 *MGVT* (u. adn.), reliqui mutarunt in *t* (sic Ω 266,1 et 337,11).

Egloge: 268,1 recte Ω[2]). cf. ad 294,6.

elegans, -tia: *elig- V* (semel *L¹Q*).

epistula: latina forma non comparet nisi in *M* (dimidia fere pars exemplorum, quater m. 2 *u* mutauit in *o*). in aliis raro perscriptum inueni (*VL*), sed regnant nota compendia.

exhodium: 144,16 *exhodio MVQ*, *exodio* rel. (*exodiũ V* in marg., *exordio g*). uide ne *h* inserenda sit etiam 343,12.

exim, exin: illud recepi 274,30 et 309,10. cf. 60,6 124,13 (hic *Exinc* notaui ex *P*, at *xinc* in ras. m. 2) 235,19.

ex- pro *exs-* ubique restitui. paucissimis enim locis *exs-* exhibet *M*, ac ne uno quidem libri in *exs-* consentiunt. uelut 139,5 *exoluerentur MΠ¹R* (*exs-* rel.), 267,23 *exolutus MR* (*exs-* rel.), 325,12 *explenduerunt MGLR* (*exs-* rel.), 59,5 *exugerent MVPT* (*exs-* rel.), 301,3 *exuperauit MRT* (*exs-* rel.). cf. adn. 80,19 et 247,18. contra passim *s* suppressa in Ω. ad *M* quae spectant haec sunt: 34,1 *exsequebatur MGVPO* (*exe-* rel.), 53,16 *exsequar MGS²*, 126,1 (u. adn., sed 138,3 *exe-* Ω), 44,26 *exstructus MGPΠ*. 194,20 *exstructo MLΠ*, 341,13 *exstruxerat MG*. pauciora habet *V*, plura de more *G*. contra falso 39,24 *exsoleto MGV* (hoc uno loco *M*, saepius *GΠQ*, cf. 328,8).

faenus, faenerator, faenebris: semel tantum recte *M* 307,6 (*fęn- G*, *foen- R*, *fen-* rel.); praeterea *foen- M*, rarius *fen-* (187,25 u. adn., 249,10, ubi *fęn- GP*).

Falacrina: per *ph-* Ω 307,22 (cf. Nissen, Ital. Land. II p. 468; W. Schulze, Zur Geschichte latein. Eigennamen p. 356).

fascia u. *pallium*.

febris u. *nauis*.

ferculum: *feric-* pars librorum, semel

---

1) Cf. Birt, Archiv f. lat. Lex. XV 1906 p. 76 sqq., quem non sequor.

2) M. Schamberger, De Statio uerborum nouatore (diss. Hal. 1907) p. 12.

M, fort. retinendum. u. 20,3 39,7 97,9 170,5.
fetor, fetidus: u. 103,10 et 268,7.
flamonium: *flamin-* *T* 70,2.
flagro: passim recte codd., discrepant (*fragl-*) 243,11 (27,24 *fragl-* *Π*¹, *fragr-* *R*). de *fragro* u. 314,19.
formidulosus: 106 21 *formidul-* *M*¹*GVP*, *formidol-* *M*² rel., et sic 234,8 *Ω*.
fulgur: 193,4 *fulgora* *M* solus.
fungor: c. acc. 73,3 73,20 (u. adn.), 79,21 (u. adn. et cf. 224,11). passim c. abl.
genetiuus, genetrix: *gene-* 32,12 *MV* 40,9 *MV* 44,28 *MV* 100,13 *M*¹*VR* (*gera-* *L*¹), 104,15 solus *V*. *geni-* rel.
Hadriaticus: u. 129,11.
Hannibal: 119,15 *annibali* *MT*, quod Rothius admisit. 343,7 *ann-* solus *T*.
harena: omnibus locis *har-* *G* cum plerisque, *ar-* 78,17 et 331,1 *MRLT*, 159,15 *VLPΠT*, et sic *LT* passim.
harundo: sine aspiratione 17,16 *XΠ* (corr. *S*²).
haruspex: per *h* *M* ubique, 32,10 etiam *VS*. in reliquis semper *arusp-*, nisi quod 282,15 et 288,10 *aur-* est in *G* et 42,23 mutilatum *ruspex* in *V*. item *haruspicio* 311,1 solus *M*.
Hasdrubal: 119,14 *Hasdrib-*meliores libri, uix Suetonius.
haud: sic nouies *M* (*Ω*), quod praetuli. *haut* u. adn. 167,1 et 233,26 (et bis in *G*), *hau* (sequ. *dub-*) ad 288,1 et 289,20.
haue: u. 215,17.
heiulatus: 248,14 *eiul-* *XT*.
Heluetii: u. 307,6.
holus: 240,6 *olera* *XΠ* (in *G* *h* ss. m. 1).
hoplomachus: u. 183,24.
ianto, iantaculum: u. 298,8 et 300,21 (*ient-* deteriores, *gent-* *G*).
ibrida: u. 60,9.
ignis u. *nauis*.
inclutus: recepi ex *V* 52,9 (u. adn.).
incoho, non *inchoo*, Suetonium scripsisse cum testis sit Diomedes [1]) (gramm. I p. 365,16 sqq. u. Suet. rel. ed. Reiff. frg. 207, Smilda ad Claud. 3), sic ubique restituendum fuit contra libros omnes; neque enim quae in recentioribus apparent uerae scripturae uestigia (uelut 56,26 *incohauit* *T*, 241,9 *incohandum* *S* *incoandum* *T*) ad archetypum referri possunt.
incolumis (*-itas*): *incolom-* constanter *G* solus (149,24 *inculumis* *V*).
inquit: per *d*: 17,13 *V* 87,3 *M* 135,26 *M*¹*GV*¹ 136,9 *V* 156,28 *V* 226,30 *M* 236,23 *M* 257,8 *M* 266,11 *M*. cf. *atque* aliaque p. XLVI.
intellego u. *neglego*.
internecio: u. 289,22 et 293,5.
Iosephus: *h* omissa in solo *M* 311,25 (retinuerunt Rothius et Preud'homme).
iucundus: 95,12 (in epistula Augusti) *iocunde* (*-dae* *M*) *Ω* et *ioc-* reliquis locis plerique codices, recte iisdem *M*, cui adstipulantur 131,26 *VL*¹ (*incond-* *Π*¹*Q*), 131,27 *GVL*¹ (*incond-* *Π*¹*Q*), 142,19 *V* (253,7 *incond-* *L*).
Iuppiter: 110,6 *iupiter* *MGVLSΠ*, item 94,10 *GΠLST*.
Kalendae: *cal-* uno loco 302,6 *M*. uox perscripta etiam 21,18 in *MGVS*, 39,16 in *M* (*kt* rel.), 172,4 (*kt* *G*). praeterea compendium esse solet *kł* (ᴋʟ uel ᴋƚ non raro *M*), quod ubique mutaui in *kal.* (*kat* aliquotiens *G*).
languor u. *unguo*.
ligurio: 144,18 per *rr* *XT*.
litus: quater per *tt* in *M* aliisque (3,10 *MVQST*, 112,1 *MVPSΠQ*, 192,5 *MPSΠQ*, 247,9 *MSΠQ*), quinquies recte; falso semel *G*, semper fere *QS*, semper recte *LR*.
lucusta, Lucusta: *loc-* ubique deteriores, u. 152,9.10 252,7 264,20.
Lugudunum: forma plenior 172,2 *ML*¹*ΠQ*, 174,2 *MQ* (*lug*duni* *Π*, *i* ut uid. erasa, certe non *u*), 201,2 *MQRS*; *lugd-* rel.
luxuria u. *duritia*.
magno opere (*quanto opere*, *tanto opere*): formas non contractas omnibus locis restituere placuit, ut iam Bentleius postulauit (Herm. 40 p. 181), quamuis contractae ter firmentur codicum concentu 86,9 283,9 321,4. non contractas seruauerunt 215,12 omnes

1) De etymo u. Thurneysen, Kuhns Zeitschr. 28 p. 155 sq.

praeter *T*; 261,6 et 270,12 solus *M*; 2,13 *M*[1]*LQ* (*tantopere M*[2]), 107,9 *MR*, 144,10 *MGLPR* (*quanto tempore V*), 182,26 *MLS*[1]*T*, 193,3 *MT*, 200,23 *MLQR*, 296,15 *MS*[1]*QR*, 307,28 *MLS*[1]*T*; 35,1 *ΠQ*; 53,2 et 91,17 *VQR*; 59,4 *V* solus; 66,7 *QR*.

maliuolus u. *ualitudo*.

manubiae, *-ialis*: semper *Ω*, nisi quod in *Q* 13,19 erratum est *deis manib*; pro *de manubiis*.

Massilia: 212,4 *massalia G*.

Mauretania: *maurit-* 195,8 *Ω*.[1])

mausoleum: sic quater (264,4 *-aeo M*), *mausul-* 117,7 et 299,27 solus *M*.

Mediolanium: u. 60,26.

mensis: gen. plur. *mensuum* traditur 75,6 *Mε* (praecedit in utroque *quaternuum*) et 90,3 *MGε* pro *mensum* (sic Roth[2]) uel *mensium* (sic *Ω* 21,21); quae forma num Suetoniana sit dubito, quamuis in aliis quoque libris bonae notae legatur et ab Hauptio uindicata, ab editoribus recepta sit.[3]) eiusdem generis in deterioribus u. ad 70,14 et 92,9.[4])

Messala: nusquam, ni fallor, duplex *l*, quae tamen uerior uidetur scriptura; at uariant etiam tituli.

Minos: retinui gen. *Minonis*, u. 158,18 et 272,12. cf. Bücheler, Rhein. Mus. 57 (1902) p. 321.

Mithridates, *-aticus*: quater *Mithrid-* (u. 140,3) *Ω*, *Mithrad-* solus *M* 245,10.

monstrosus: 143,6 *monstruosique M*[2]*X* (*-usique Q*), item 171,1 *-uosarum GX* (*-usarum Q*); cf. Papyr. Berol. 611 (aet. Claud.) II 7 *monstrōse*. sic 184,25 *portentuosissima* in recentioribus. cf. *tumultuosus*.

monumentum et *monimentum* scripsi ad fidem *M*. in *monum-* codices consentiunt 230,4 257,16 261,11, in *monim-* 163,17. reliquis locis (decies) discrepant, et ita quidem ut cum *M* faciant *VL*, dissentiat fere *G* (*monim- G* solus 307,14). ex. gr. 28,7 *monum- MVLS*[1], *monim-* rel.: 42,13 *monim- MVL*, *monum-* rel. (et *H*). de 348,8 u. adn. reliqua missa facio.

murmillo: per *u* scribi placuit, ut habent 182,13 *MLPST* (*m̄yrm- G*, *mirm- Π*[2]*T*). potuit Suetonius sane etiam *myrm-*, utrumque enim in titulis, at uix *mirm-*. traduntur haec: 195,11 *myrm-* (*mirm- GΠT*); 249,9 *mirmillionem M*, *mirmillonem GΠQ*, *myrmillionem LSR* (una *l SR*), *myrmillonem P*; 265,12 *myrm-* (*mirm- GΠQT*); 342,18 *myrm-* (*mirm- ΠQPST*).

murrinus: u. 94,27.

Mytilenae: 2,22 *mitilinarum M*[1]*R* (*-enarum M*[2]*PΠQ*, uox in *P* add. m. 2), *mitylen- G*, *mitilyn- V*, *mitylin- L*, *mythilin- S*; 125,6 *mitilenas MQST*, *mytyl- G*, *mityl-VL* (recte *PΠR*, in *Π* $m\overset{y}{i}t$- m. 1). at 91,24 recte *MGPS* (*mitylinas V*, *mitylenas L*, *mitilenas TT*).

nanciscor: *nactus* plerique libri; 19,1 (*nancta δ*) et 51,19 *Ω*. *nanctus*: 5,32 *Mδ*, 142,10 *MQ*, 163,23 *MQ* (*nacn̄tus Π*), 294,19 et 332,11 *M* (hic *nactus* etiam *H*).

nauarchus: u. 301,7.

nauis: acc. *nauem* (*-im* fere *G*), abl. *naue* praeter 112,31 (cf. 58,15). sic *febrem* 288,13, *febrim* 332,11 (*-em G*), *febre* 301,18; *igne* et *igni* (u. adn. 180,7); *puppem* (*-im G*), *puppe*; *turrem* (u. adn. 190,13 214,1), *turre* (258,5) et *turri* (109,14); *tussim* (176,13); *partimque* (77,7 uar. *-emque*); at *classim* solus *G* 120,6.

---

1) Cf. index CIL VIII p. 1094. inuenitur sane etiam in titulis *Maurit-* (ex. gr. CIL XI 6958; Der röm. Limes in Oesterreich V p. 139), sed alienum uidetur a Suetonio.

2) Ita saepius tituli, ex. gr. CIL X 7852 (a. 69 p. Chr.) = Dessau 5947.

3) Fragm. Vatic. 321 cum adnotatione Hauptii ed. Mommsen. p. 370 sq. in titulis non uidetur extare.

4) De aliarum uocum gen. plur. in *-ium* uel *-um* (Thimm l. l. p. 15) u. praeterea adn. ad 145,6 285,7 330,15; 6,3 61,14 (adde 223,17 *marium L*[2]*S*[2]) 349,26. 213,4 notaui *quiritum* ex *LPSQ* (*quirinū T*). 178,8 *infantum* ex *G*.

In iis iudicandis tenendum etiam est litteras *e* et *i* passim confundi (u. p. XLI), ut interdum quid de genuino scriptoris usu statuendum sit parum liqueat (de 216,5 u. supra p. XLVIII). accedit quod codices nonnumquam fluctuant. adiectiui *uetus* ablatiuum et in *-e* et in *-i* formatum deprehendimus, hoc septies illud ter decies (cf. 113,11). comparatiui ablatiuus semper in *-e* exitum habet (falsa enim praebent *Γ* 347,22 aliisque locis alii ex deterioribus, *G* ex. gr. 122,26; cf. etiam 293,1). de abl. part. praes. (Thimm l. l. p. 15) u. uarias lectiones ad 103,5 111,22 115,22 122,5 205,25 280,27. — supra quod monui de formis contractis (*-i* pro *-ii*, *-is* pro *-iis*) cadit fere in nominum tertiae declinationis acc. plur. syllaba *-is* uel *-es* terminatos (cf. Herm. 40 p. 181 sq.). plurimis locis terminationem *-is* seruauit *M*, cui accedere solent *VL* aliique familiae *X*, rarius *G*, perquam raro *Γ*. totam siluam hic proponere non intendo (cf. Thimm l. l. p. 16 sqq., quae ex parte refingenda sunt). ad quem usum glossa refertur adscripta in *M* manu altera ad 3,16 (*nutantis MV*, *-es* rel.): *ubique suetonius accusatiuum II*$\overset{e}{I}$ *declinationis plurarem in is ponit* (Herm. 36 p. 357), quod confidentius quam uerius dictum esse apparet. neque enim auctor sibi constat. certe pendet in talibus nonnumquam ab auctoribus quos sequitur, quod luculento exemplo confirmari potest; *tris* enim, quod traditum est 62,11 et 71,10 in *MV*, 91,4 in *MGVL* (*trie suomicas G*), ipsi Augusto debetur (*tres* plus decies codd.). duobus tantum locis, si bene uidi, *-is* consentiens librorum lectio est, 181,12 *clientis* (*-es* Q^2, praecedit *Seiani*, 36,17 *clientis MV*) et 180,23, ubi *omnis* abiit in (*h*)*ominis*, alterisque duobus in graecis uocabulis, 103,18 *myrobrechis* (*miro- VΠ*, *mirro- LPT*, *myrro- S*) et 185,4 *decris* (u. adn.). *Γ* semel cum *MG* facit 104,19 (*abundantis*); Π^1Q cum *M* 189,28 (*renuntiantis*); *Q* cum *X* 48,10 (*gentis*), cum *MV* 62,10 (*curulis*), cum *MGV* 102,3 (*amabilis*); *R* cum *MV* 46,11 (*imminentis*), cum *MGV* 126,32 (*repetentis*), cum *M* 342,5 (*negotiantis*), cum ML^1P 345,18 (*precantis*). non respicienda fuerunt quae traduntur 163,22 *qualiscumque* in *ΠR* (contra 291,18 *talis* ML^1) et 309,2 *gentis* in solo *T*; neque magis audiui meliores testes: 58,9 *necessitudinis*, 280,20 *liberalitatis*, 350,9 *uispillonis* (cf. etiam adn. 329,18, ubi praecedit *omnis* seruatum in ML^2PT; in *G* 148,8 *noctis* et 175,5 *sacerdotis* m. 1 correcta sunt in *-es*). cum Rothio discrepo his locis: 49,20 *campestres* (de *L* hic non prorsus constat, notaui *campestri*ˢ, sed *i* in litura repositam, praecedit autem *operisque* pro *operasque*), 215,20 *omnes* (u. adn.). quae praeterea memoratu digna uisa sunt, adnotata reperies; de substantiuis: 48,10 (retinui *gentis* fort. iniuria, sed 124,15 sic habent *MGV*) 81,21 149,15 (ubi sane *hostis* suspicionem mouet, cum *clientis cohortis gadisque* proba uideantur) 232,23; de adiectiuis: 102,3 179,6 180,23 (tricies

fere *omnis*, propter compendii usum plura in *-is* interiisse ueri simile est; 102,5 *omnis MGX'*, *oms ΠQ*, *os R*) 282,26 288,1 (*pluris* 39,19 *MVL*, 238,7 *MLS*, saepius *plures*; item *compluris* et *complures*); de participiis praesentis, cuius generis plurima extant: 33,14 (*-es* etiam *XT*) 143,13 159,25 319,2 322,12 343,18.

neglego, intellego: sic semper *MV* (99,15 *neclegens GVQ*, 340,2 *neclegi MQ*), *-ig-* saepius in aliis (*negligentia* semper *GQS*).

nihil: *nichil* solita scriptura inde a saec. XII, sic primum *VL*.

Nioba u. *Pasiphaa*.

noctu media 208,9 libri meliores, fort. uere (108,15 *media nocte*).

numquam: *nunquam* non notaui ex *MVL*, decies fere ex *G*, uicies ex *S*, rarius ex reliquis; *ñquam* scribi solet in *R*. item *nonnumquam* semper *M*, *ññquam* saepe *RS*. *umquam* denique cum plus 50[ies] in *M* extet, consequens uisum est ita scribi etiam 37,5 (cum *LP*, *unq-* rel., ut fere ubique *GΠQS*, raro *VLR*). cf. *quamquam*.

oblitero: per unam *t* dedi etiam 260,28. sic 133,3 *MΠS*, 147,26 *MVS*, 167,15 *MGRS* (*-tt-* rel.).

obscaenus, -itas: u. 144,14. praeterea *obscen-* Ω, nisi quod 343,19 *obscęna* est in *M*[1]*L* (item *ę* hic illic in *GLQR*). 305,1 *caeno M*, *cęno GL*, *ceno* rel.

Oedipus (30,24): 243,6 *oedipodem G* (*-den* rel.), 264,14 (*-den ΠS*). similiter in aliis graecis terminatio fluctuat, u. adn. 11,12 92,17 119,25 182,20 197,16 243,5 328,18 352,19 (*-em* Ω). 80,18 *pyladē GΠ*[1]. de *chariclen* (*-m*) u. p. XLVIII.

oportunus, -itas: *opp-* uno loco *M*, 129,12, ubi accedunt *VRT*; ter *p* simplex cum plerisque (*pp RT*).

optumates u. *uictima*.

orior, adorior: u. 140,2 et 208,13. (*adorirentur* Ω 4,30 et 42,6). de *potior* u. 33,4 184,1 254,11 (*potirentur* Ω 309,26).

ostrea: 143,1 *-ia MG* (cf. Ed. Diocl. 5,6 CIL XI 6710,18).

paelex: 93,16 *paelicis M*, *pęl- VL*, *pel-* rel. 25,19 *pel-* Ω.

pallium, palliatus: *palle-*, quod 113,8 codd. praeter *ΠRL*[2]*S* et 209,27 praeter *GΠ*[2]*R* exhibent (*palli-* reliquis locis Ω), non magis admittere debuerunt quam *fascea* similiaque (349,19 *fasceisque* codd. praeter *Πϱ*, cf. 172,9 *fasces* Ω ortum ex *fasceas*). cf. *spongia*.

Pandataria, Pandateria: illud 148,20 (u. adn.), hoc 169,31 Ω.

parco: u. 256,25 (*parciturus* etiam *S* 154,25). de perfecti forma cf. Rhein. Mus. 61 (1906) p. 551.

paropsis: u. 279,15 (trad. *parobs-*, *parabs-*, *paraps-*).

Parrasius: u. 144,1.

Pasiphaa: acc. *-am* dedi (u. adn. 237,24 et 272,12), ut *Niobam* 242,24 (u. adn.).

pauo: forma uulgaris *paonum* 301,5 *MG*.

pedicator: u. 25,17 (Bücheler, Rhein. Mus. 48 p. 320).

Peloponensus: u. 58,20 (*peloponense G*[3]).

percontor: u. 114,15 *percunct- X*.

phalanx u. *clyster*.

phalerae, phaleratus: sic Ω 64,8 et 212,15 (om. *T*); per *f*: u. ad 173,6 et 249,16.

phasiana: per *ph* 175,11 (*pas- Π*[1]), per *f* 301,5 (u. adn.).

pignus: 8,6 *pignoribus* et 123,23 *pignore* Ω, ut nescio an *e* et *o* saepius permutatarum ratione habita etiam 61,14 *pignora* uerius sit quam *pignera* (*MGV*), quamquam potest casuum quoque fuisse diuersitas. in titulis et *pignora* legi et *pignera* (illud ex. gr. Mon. Ancyr. VI 5). cf. 206,18 *pigneratus* 297,24 *pignerauerit*.

pinna, pinnatus: per *e* nusquam *M*, u. 223,12 263,23 339,12 (hic *pinnis MGδ*).

plebs: de gen. et dat. u. 5,32 (15,4, itaque 315,4 *plebi*[*s*] dandum fuit) 120,14 (sed saepius in similibus *plebis* Ω uel compendium *pl.*), 140,10; 41,1 149,8 150,21 338,8 (adde 161,16 *plebique Π*[1]*S*[2]*TL*[3]), ceterum *plebi* Ω.

postridie: 107,13 et 289,11 *posttridie M* cum plerisque, item reliquis locis deteriores fere. cf. 275,7 (ubi scriba fortasse uoluit *posttr-*), 173,8.

potior u. *orior.*

prehendo et *prendo* (composita, simplex non legitur): contractas formas sexies admisi non in *M* tantum sed in aliis quoque traditas, u. 79,7 167,5 186,21 (hic *Ω*, *compreh-* S^2) 225,7 235,1 (*depreh- PST*) 277,12 (*depreh- ΠQST*). pleniores paene tricies leguntur in omnibus libris, si singula excipias qualia sunt 43,24 *apprendit Q* (*appendit V*) et 182,8 *apprendentes S.*

promunturium: 58,19 *promuntoria* (*-nctoria G*) codd. praeter *MVLP*¹.

protinus u. *quatenus.*

proximus u. *uictima.*

Ptolemaeus: Graecorum formam posui refragantibus omnibus libris, qui probant *Ptolome-* uel *Ptolomae-* (sic raro *MV*, 28,17 *ptolomeio M*¹) in archetypo fuisse (*pthol-* passim in deterioribus, etiam *G*; *p* suppressa fere in *Π*¹), quae scriptura in libris mss. tralaticia, in titulis rara est (Bull. comun. di Roma 1906 p. 188 tab. VIII *Ptolomaei*). cf. 196,30.

pulcher: 222,12 *pulcra* Roth cum *MΠT.*

punitor: *poenitor* 34,3 non admisi (u. adn.).

puppis u. *nauis.*

pyrricha: 20,22 *pyrrhicam GV*, *pirricam T* 237,21 *pyrricas* (*pi-*)*Π*¹*RTS* 237,23 falso *ΠRST*. cf. *Tyrrhenicus.*

Pyrrus: u. 119,11.

quadriduum: reposui 125,11 (*quatr- Ω*) propter 112,28.

quadripes, quadruplus: u. 266,12 (179,21 *quadrip- Ω*), 138,26.

quamquam et *quanquam*: ad fidem *M*, in quo longe saepius hoc quam illud, raro concinentibus *VR*. in aliis praeualet *quamquam*. contra *tanquam* nusquam *M*, semper *TS*. cf. *numquam.*

quanto opere u. *magno opere.*

quatenus: 91,19 *quatinus QT*; cf. ad 219,15 et 330,12. contra *protinus Ω*.[1])

quattuor (*-decim*): duplici *t* semper scriptum in *M* (*quartuor* 116,12), simplici semper in *Q* (nota xiiii 268,11 *GLT*); reliqui uariant uel notas exhibent (sic constanter *G*, in quo semel *quatuor* 145,9; cf. adn. 208,22).

querela: u. ad 140,18. 167,14 *querelas Ω.*

qui: *quis* pro *quibus* (semper in formula *in quis*) 73,15 121,11 338,14. cf. adn. 83,16.

quicquam: miro codicum (40ies fere) consensu, *quidquam* in solo *M* repperi 350,2. maiore uarietate *quicquid* et *quidquid*: illud 5ies, hoc 14ies in *M* (*quicq-* rel., paucis locis exceptis *V*).

quinquatrus, -uum: u. 95,12 et 253,8. at *quinquatria* 338,2 (sic passim Gloss., improbat Charis. gramm. I 81,20).

quotannis (14ies): *quodannis* quod in solo *M* extat 71,27 et 107,1 (hic corr. in *quot-*), neglegendum putaui, non ignarus ita legi in titulis iisque bonae indolis.

quotiens: semel *quoties* M^2 (14,26) et quater *G*, reliquis locis *-iens* (item *totiens*, *aliquotiens*, *quotiensque*) *Ω*.

raeda: u. 31,3.

recipero, -ator, -atorius: per *i* 240,19 *Ω* et semper *M*. *recup-*: 99,5 M^2*GXΠQ* 234,22 *GXΠR* 278,24 et 285,16 *X*(L^2)*ΠR* 308,17 *PST* 340,13 *X*(L^2)*R*.

renuo: 43,23 *rennuentique* in archetypo fuit, quod est qui admittere uelit. cf. Heraeus, Sprache des Petron. p. 39.

repperi, reppuli, rettuli: *repperi* plerumque *Ω*, semel 304,6 *reperisset MT* (*repp-* rel., in *G* corr. m. 1). 41,4 *repulerit T*, 225,25 *repulit R*. longe rarius *rettuli* traditur: 15,1 *M* 44,5 *V* 200,22 *M* 224,23 *MQ* 225,13 *M* 339,6 *M*; praeterea per unam *t Ω*. fortasse etiam *reccidi* Suetonio restituendum (7,29 159,17).

1) P. Lejay, Mélanges Boissier (1903) p. 349 sqq.

reuiuisco: 120,6 *-esceret MV*, retinuit Roth. cf. *delitesco*.

rhinoceros, Rhodus, Rhianus: 78,21 *hrinocerotem MV* (*rhin- LS, rin-* rel.). 125,18 *hrodum MGδ* (item 126,20.27 127,10 128,6 137,22 *M* solus; 137,25 *hrodi G*, 218,5 *hrodiisQ*). 158,7 *hrianum MG VΠ*¹*Rδ*, *ybianum* (*ib- ST*) *X*.[1]) etsi Varronis is mos fuit etiam alias obseruatus, tamen admittere nolui.[2]) decies enim *rhod-* in *M* traditur, semper *rhenus* (189,16 *hremum G*), *rhetor-, rhodanus*. de *Rhascuporis* u. adn. 140,20.

saepio, Saepta: raro recte scriptum: 250,6 *circumsęptum M*, 129,23 *saeptis MV*, 174,10 *saepta M*.

salio: de duplici compositorum perfecti forma u. adn. 17,19 33,1 (cf. 244,19 *-luisse Ω*) 35,21 111,2 112,1 195,1 215,21 261,13 265,8 322,7.

Sameramis: 11,12 *sameramin* solus *M*¹ (cf. titulus Caralitanus, Not. d. scavi 1892 p. 434).

(*re*)*sarcio*: u. 204,14 *resarsurum*, quamquam Caper (gramm. VII p. 111,9) *sartum non sarsum* commendat (cf. Explan. in Don. gramm. IV 514,15 sqq.). *sarsor* et *sartor* (hoc Romanensium) in glossis.

scabellum: u. 194,30. in titulis ex. gr. CIL VI 33194 *scabillariorum* et sic semper ni fallor; cf. F. Sommer, Handbuch d. lat. Laut- u. Formenlehre p. 57.

scaena, scaenicus: per *ae* (rarius *ę*) *M* passim, neque admittere debuerunt *sce-* (sic 12^ies^ *M*). item 246,22 *proscęni*(*i*) *MGLR* 237,14 solus *G*.

scalpo, scalptura: u. 82,17 264,7 278,6. 349,6 *scalpit Ω*. cf. Huelsen, Philol. 56 p. 388 sqq.

schola: 126,2 *scolas* codd. praeter *M*.

scurrilis: *scurrul-* 321,6 *MQR*, ut apud Porph. in Hor. serm. I 3,21 et I 8,11 (p. 241,24 273,4 cf. p. 343,18 H.).

sed: *set* cur receperint recentiores ex *M* 171,7 nescio. in eodem *set* scriptum est 31,28 (u. adn.), et falsa adnotat Preud'homme ad 291,23. cf. ad 129,2 et 274,25.

segnitia (*-ies*) u. *duritia*.

sepulcrum: aspirant 117,4 *GQP* 163,19 *GVQS* 42,10 *Ω* praeter *RT*. item *simulachrum* saepe deteriores (etiam *V*, frequentissime *GΠ*), nusquam *M*.

sescenti: *sexc-* non legi in *MR*, at fere in *XΠQ* et bis in *G* (cf. 144,22 173,2 189,7 237,17).

setius: ubique *M* et plerique, *secius* semper *G*. de *sequius* (*setius*) u. adn. 119,10 et 327,7.

Sigambri: u. 61,5 (*sic-* plerique).

simulacrum: u. *sepulcrum*.

sinistrorsus: *-osus M*(*Π*)*R* 273,17, ut CIL VI 29784. similia apud Suet. non offendi.

sollemnis: semper recte *M* (et fere *LS*), nisi quod *sole-* est in *M* 84,19 et 108,15 (hic etiam *G*, et plerisque sic locis *R*); *sollempn-* ubique *V*, passim *GΠ*; *sollenn-* (*solenn-*) semper fere *Q*, rarius *PR*.

spintria: ut 143,6 omnes habent (*sputrias G, spintreas S*), ita 171,1 et 296,19 restituendum uidetur (ita uulg. ante Rothium).

spongia: ut *fascea, palleum* ita *spongea* in archetypo fuisse testantur libri meliores: 97,19 *sphongeas MVLPS*¹ (*spongeas Π*²*RT*, *spongias GΠ*¹, *sphongias Q*, *sphongyas S*²); 103,7 *sphongeam MVLPSQ* (*spongeam GT*, *-iam ΠR*); 174,6 *sphongea MGLP* (*spongea S*¹, *sphongia QR*, *spongia ΠT*, *spongya S*²); 318,23 *spongeis MGX* (*-iis TS*²). in titulis ex. gr. CIL XI 2931 *spongiario*. cf. Charis. gramm. I 109,9.

sponsalia u. *uectigal*.

strena: forma uulgaris *strenua*[3]) bis in archetypo fuit 86,14 et 138,27 (u. adn.). at 138,25 *strenarum* (*sternarum GL*¹*P*, *strenn- T*) et 188,9 *strenas* (*sternas G*, *strenn- T*).

---

1) Ortum ex *rhianum* (*b* et *h* permutatae ex. gr. 122,5 *birti L* 221,2 *barpocran L* 239,19 *rehili S*).

2) Cf. Roth praef. p. XXXVI. Birt, Der Hiat bei Plautus p. 109.

3) Consent. gramm. V 396,26 397,34. in titulis collegiorum saec. II CIL VI 10234 (Dessau 7213). 33885 (Dessau 7214).

suboles: *sob-* codd. praeter *MV* (recte 89,24 etiam *Π¹R*, 110,23 *Π*, hic *M²* mutauit in *sob-*).

succenseo, suscenseo: utraque forma in *M*, u. adn. 163,25 175,23 311,5 (*Ω*) 318,7 (*susc-* solus *L*).

Suebi: 61,5 *seúbos* solus *M* (i. *seubos* corr. in *suebos*), per *u* rel.

(*as-*, *con*)*suesco*: de plusquamperfecti formis contractis uel non contractis u. adn. 24,13 37,13 73,21 92,12 113,18 138,26 192,27 237,28 274,7 284,7 347,12. reliquis locis grauiores discrepantias non inueni.

Sulla: saluo mathematici nomine 196,20 (*si illa PQ*, *illa T*) in dictatoris nomine regnat fere *Sylla* (uel *Silla*); sed probam formam his saltem locis seruarunt 6,6 *M¹* (*silla M²*), 24,19 *MV*, 38,19 *M¹V* (*sillae M²*).

Syria: in dicto Caesaris 11,11 *suria* ad fidem *M¹VL¹PO¹S* retinendum fuit.

taeter: 192,12 *tetrum Ω*.

tamquam u. *quamquam*.

tanto opere u. *magno opere*.

Tarracina: praue *terr-* 273,17 *Ω*, 141,16 *GPST*. item 276,20 *terraconensis MP* (66,2 *terr- ΠRPT*, 279,2 *terr- PS*).

tegumentum: *tegim-* 195,20 *LPT*.

tempora: *timp-* u. 192,7.

tensa: *th-* 39,7 *VL*, 78,24 *GQ²*, 311,29 *LPT*.

Thraex: ubique restitui, ut tituli postulare uidentur, u. 183,24 (*threci MGX*), 194,19 (*thrax MLPQR*, *trhax Π*, *trax GST*), 195,10 (*threces Ω*, sine *h XΠ*, *t traces S²*), 330,3 342,18.

Thrasyllus: traduntur 113,23 *thrasilum* (sine *h MΠ*, *-ilium T*) et 173,17 *thrasilus* (*-ylus GL*); per *ll* 128,8 solus *M* (sine *h*, *-ylum* uel *-ilum* rel.), 154,22 *Ω* (*-illus X'ΠQ*).

Toranius: mangonis nomen 93,18 per *h* scriptum in *MGVT* mutaui ad fidem *X* fortasse iniuria (cf. W. Schulze, Zur Gesch. lat. Eigennamen p. 98). de C. Toranio (66,8 *tor- Ω*) u. CIL VI 1311 (Dessau 47).

totus: dat. *toto* 238,4 suspectus.

tra(*ns*)*duco* sim.: *transd-* 6,31 et 10,16 *Ω*, praterea *trad- Ω*. *translatus* (*-atio*) passim *Ω*, sed *tralaticius* 235,23 (*transl- L¹*) et 252,19 (*transl- ΠQT*); maior discrepantia 54,8 et 268,25 (u. adn.). *transmarinus*: u. 22,12 (302,14 *tram- Π*). *transmitto*, non *tram-*. *transuexit* 31,9, at *trau-* 74,13.14 (u. adn.). semper *traicio*.

tropaeum: legitima scriptura semper seruata in *MV*, bis in *L* (semel *-eum MLP* 44,29). in ceteris (etiam *G*) semper *troph-*.

tubures: 348,26 recte solus *M* (*tuber-* rel.). ita codd. saepius apud Plin. n. h. et Martialem. cf. Consent. gramm. V 364,10 *Poenorum tubur.* Heraeus, Wochenschr. f. klass. Phil. 1907 p. 212.

tumultuosus: 189,17 *tumultos- M*, reliquis locis *-uos-*. cf. *monstrosus*.

turris u. *nauis*.

tus: aspirant 282,10 *Ω*, ut saepe in titulis bonae notae; genuinum exhibent 73,4 *MGV* (*turus V¹*) 113,1 *MV* 158,19 *MVSR*.

tussis u. *nauis*.

Tyrrhenicus: sine *h* 228,14.17 *XΠQ*. cf. *pyrricha*.

uacatio: *uoc-* semel tantum *M* 209,14. u. ad 71,15 et 213,3 (72,8 *uac- Ω*).

ualitudo: semper ita codd. et fortasse ita Suetonius, quamquam dissuadere uidentur tituli (de gr. 2 p. 100,18 et in uita Verg. p. 56 et 64 *ualet-* praetulit Reifferscheid, contra *ualit-* in uita Horati p. 45 et 48). item acquiescendum fuit in formis *beniuolus*, *beniuolentia*, *maliuolus* (*maleu-* in uita Verg. p. 66). *benificium* non notaui.

uectigal: gen. plur. ter *uectigalium*, bis *uectigaliorum* (117,10 et 171,19 [hic *-lium ST*]). item *sponsaliorum* 84,21 (*sponsalia* 207,21).

Vergilius: *uirg-* ubique *Ω*.

uictima Ω praeter 87,16, ubi *uictumae MV* retinui (at *optumates* num Suetonius scripserit 8,25 dubito, sequitur mox *optimatibus*; de *proxumum* u. adn. 348,8; cf. etiam 130,22).

uilicus: *-ll-* codd. praeter *ML¹P* 226,2.

uindico: *uend-* saepius *GST*.

uinulentia: u. 305,4.

Viriatinus: 272,24 *-th-* in archetypo fuit. sine *h* in titulis legi.
uispillo: 350,9 *uisp-* Ω, ut ubique fere (de glossis u. Götz, Thes. gloss. p. 409) optimi libri; cf. praeter alios Boissevain ad Dionem uol. II p. 442.
umeo: aspirant deteriores, u. 222,15 et 319,2. cf. 123,19.
umerus: recte semper *V* et plerumque *M* soli (5,10 etiam S^1). *hum-* 204,6 Ω, 35,17 et 157,6 omnes praeter *V*.
umquam u. *numquam*.
unguo, unguentum, -tatus, -tarius: bene ubique *M*. 98,12 *ungi* M^2HGP^2ST. 101,16 *ungebatur* *GLST*; 184,26 250,11 314,19 *ungent-* *GL*; 34,6 *G*. 50,15 *V*. item 260,30 *langore* $MR^1T\varepsilon$ (sed 159,12 *languorem* Ω et *languere* semper); contra 123,14 *anguore* *Q*, 339,13 *clanguores* Π^1Q. cf. *urgeo*.
Vologaesus: u. 270,10 313,8 335,21.
urgeo: *urgue-* perperam *M* 323,1 et 327,24. raro in aliis, ut 290,14 *urgueretur* Π^1P. cf. adn. 229,7.
utrubique: 58,21 *utrob-* codd. praeter M^1 (cf. CIL VIII 9002).
Xerxes: 173,12 *xersis* in archetypo fuit (*sersis* pauci, om. *G*, *xerx-* Π^2 at *x* prior in rasura). sic passim codices (cf. Georges, Lat. Wortformen p. 742; P. Kretschmer, Kuhns Zeitschrift XXXVII, 1904, p. 142 sqq. aliique).

* * *

Exemplorum typis descriptorum, quorum maior numerus extare uidetur quam manu scriptorum[1]), antiquissima sunt Romana duo (Rom. I. II) anno 1470 emissa, alterum Sextili mense cura Iohannis Antonii Campani[2]), alterum Decembri ex recensione Iohannis Andreae Aleriensis episcopi[3]); quibus tertium accedit editio Veneta (Ven. I) anni 1471.[4]) quae tres editiones principes instar codicum habendae, 'cum ex scriptis codicibus pro se quaeque expressa sit, etsi in multis rebus inter se differunt, cum

1) Plus ducenta inde ab anno 1470 usque ad 1829 prodierunt, quae breuiter composuit Ioh. de Gruber, Jahrb. f. Phil. suppl. III (1834) p. 142—149, praefatus aliqua de nouae Suetoni editionis ratione atque consilio, cuius editionis specimen (Iul. cap. 4—6) dedit in progr. Stralsund. a. 1837. recensum editionum habes etiam in ed. Parisina, quam curauit C. B. Hase, I p. XXII sqq. denique recentiores enumerantur apud Macé, Suétone p. 25 sqq.

2) Editio rara inuentu; quam ubi laudaui, sciant lectores me fere pendere a prioribus, neque enim quod continuo consulerem exemplum mihi praesto erat. duo asseruantur in Museo Britannico, unde mihi aliqua exscripsit H. I. Bell Londiniensis. ipse a. 1894 inspexi exemplar quod est in bibliotheca publica Florentina (quondam Laur. plut. 64,2) 'fra i rari nr. 20', notis instructum Angeli Politiani, qui in calce adscripsit haec: 'Finit die XXI Februarij circa III horam Florentiae 1478'. continet autem uarias lectiones ex aliis codicibus sumptas, praeterea interpretamenta et coniecturas. — huius editionis apographa plura extant, ex. gr. cod. Laur. Medic. Pal. 158.

3) Inde transscriptus ex. gr. cod. Paris. 5754 (cf. Möbius, Philol. I p. 635). — huius ceterarumque plurimarum exemplaria extant in bibliothecis Monacensibus.

4) Insunt in hac multisque aliis uersus Ausonii. in fine haec: 'Hoc ego nicoleos gallus cognomine ienson Impressi: mirae quis neget artis opus? At tibi dum legitur docili suetonius ore: Artificis nomen fac rogo lector ames. M.CCCC.LXXI'.

exempli causa in Veneta editione Graeca uerba ubique (spatiis tamen uacuis relictis) omissa sint, in Romanis capitum descriptio a uulgari discrepet, in uniuersum tamen iudicanti simillimae inter se et recentissimorum pessimorumque librorum, quales sunt Perizonianus et Harlemensis, propago dicendae sunt' (Roth p. XIX). leuiora quaedam menda in illis passim sublata sunt, quo munere uaria fortuna fungi perrexerunt editores qui secuti sunt. examinaui igitur ad indagandas potissimum primarias lectiones e vetustioribus editiones has[1]): ed. anonymam[2]), Mediol. a. 1475 ('impressum per Magistrum Philippum de lauagnia', insunt notulae Calderinii), ed. a. 1480[3]), Bonon. a. 1488 (cum Beroaldi uita Suet.)[4]), Venet. a. 1490 (cum commentario M. A. Sabellici)[5]), Mediol. a. 1491 (cum eodem)[6]), Bonon. a. 1493 cum commentario Philippi Beroaldi (altera ed. a. 1506)[7]), Lugd. a. 1508[8]), Paris. a. 1509, Florent. a. 1510 ('opera et impensa Philippi de Giunta Florentini'), Venet. a. 1510 (cum comment. Sabellici et Beroaldi, 'per Philippum Pincium Mantuanum'), Paris. a. 1512, Florent. a. 1515 (Iuntina), Argent. a. 1515, Venet. a. 1516 ('in aedibus Aldi' cura I. B. Egnatii, cf. ed. a. 1519), Basil. a. 1518 (Desiderii Erasmi), Basil. a. 1533 (huic et alteri Basiliensi a. 1546 repetitionibus Erasmianae Sigismundum Gelenium praefuisse Rothius existimat), Lugd. a. 1534 per Seb. Gryphium (alias Gryphianas inspexi a. 1544. 1547. 1548 etc.), Colon. a. 1539 ('Ioannes Gymnicus excudebat', item a. 1544), Paris. a. 1543 (Roberti Stephani), Basil. a. 1560 (cum adnotationibus Glareani), Antverp. a. 1574 (Suetonii Caesares Theod. Pulmanni opera et studio emendati Antverpiae ex officina Christophori Plantini), Antverp. a. 1578 (c. comm. Laevini Torrentii); agmen uetustiorum claudant Is. Casaubonus (Genavae 1595, Paris. 1610) et Petrus Scriverius (Lugd. Bat. a. 1596). posteriores commemoro editiones Ioh. Georgii Graevii (Traiecti a. 1672. 1691. 1703), Samuelis

1) Copiis fere usus sum Monacensibus.

2) Exemplar Monacense sign. 'Inc. s. a. 1721'. uidetur ea quam Gruber l. l. p. 142 ex Eberti coniectura anno 1472 adsignauit. consimilis autem est editioni Venetae I, paucis locis correctior.

3) Nihil subscriptum nisi 'FINIS MCCCCLXXX'. pendet a prioribus.

4) Vltimo folio 'ad lectorem' praeter alia haec: 'Simon pasqualis Iadertinus accurata id egit emendatione, ut quod impediat legentes iam frustra hic perquiratur. ... Opus hoc exactum et impressum est Bononiae per me Platonem de Benedictis stampatorem eius ciuitatis ciuem' eqs.

5) 'Venetiis per Baptistam de tortis MCCCCLXXX die XV. Februarii'.

6) 'Per Vldericum scinzenzeler'.

7) 'Impressit Benedictus Hectoris Bononiensis'.

8) Similis ed. Bonon. 1488.

Pitisci (Traiecti 1690, Leovardiae 1714), I. Gronovii (Lugd. Bat. 1698), Petri Burmanni (Amst. a. 1736)[1], Ioh. Aug. Ernesti (Lips. 1748. 1775)[2], Francisci Oudendorpi (Lugd. Bat. 1751)[3]; denique quas commentariis utilibus instruxerunt D. C. G. Baumgarten-Crusius (Lips. 1816)[4] et I. H. Bremi (Zürich 1820, ed. II).

Priores longe superasset editio, quam summo studio parauit at non absoluit Ricardus Bentley. qui uir sagacissimus et ipse codices quosdam Anglicos, qui hodieque supersunt[5]), excussit et per alios in suum usum conferendos curauit Parisinos, in his Memmianum. libros eius animaduersionibus doctis coniecturisque partim audacibus partim ingeniosis plerisque tamen utilibus refertos, qui asseruantur in Museo Britannico, post Beckerum[6]) examinaui maximamque partem publici iuris feci a. 1901.[7]) id quod philologo Britannico non contigerat, ut uidelicet criticam Suetonii editionem ad fidem mss. librorum absolueret, perfecit Carolus Ludouicus Roth (Lips. 1858), uir de auctore nostro optime meritus, cuius laudibus nuper quidam obtrectare conati sunt frustra.[8]) nouissimam, quae in lucem prodiit, dum mea typis mandatur, curauit Leo Preud'homme (Groningae 1906) Rothii, ut par est, umeris innixus.[9]) denique selectas uitas commentariis uarii et generis et pretii instructas nuper emiserunt H. T. Peck (Diuus Iul. et Aug., ed. II. New York 1893), H. Smilda (Diuus Claud., Groningae 1896), E. S. Shuckburgh (Diuus Aug., Cam-

---

1) Cum notis integris Egnatii Glareani Torrentii Vrsini Casauboni Gruteri Marcilii Graevii Patini selectisque aliorum. inest index Matthiae Berneggeri.

2) Eius notas plenas exhibet cum Is. Casauboni commentario F. A. Wolfius (Lips. 1802).

3) Cum notis Graevii, I. Gronovii, Dukeri.

4) Vol. tertium (Lips. 1818) indices continet copiosissimos ('Clauis Suetoniana'). eius uiri commentario notas quasdam adiecit C. B. Hase (Paris. 1828).

5) Preud'homme, Première étude p. 299 sqq.

6) Quaest. criticae de C. Suetonii Tranquilli de uita Caesarum libris VIII (Memeli 1862). copiae Beckerianae ubi nunc lateant nescio; certe plane Beckerum olet 'Suetonius Bentleianus' Edmundi Hedickii erroribus plenus (progr. gymnasii Freienwaldensis 1902, in cuius calce legitur 'reliqua seorsim edentur').

7) Sitzungsberichte der Akad. der Wissenschaften zu Berlin 1901 p. 677—695. menda aliqua leuiora inrepserunt, quae facile corriget lector. unum monere uelim in adn. ad Dom. 10 (342,27) mea culpa remansisse '*fabula*' pro '*fibula*'.

8) Cf. Herm. 37 (1902) p. 590 sqq.

9) Praenuntiabant editionem tres dissertationes, 'Première (deuxième, troisième) étude sur l'histoire du texte de Suétone de uita Caesarum' (Bruxelles 1902. 1904, in Actis acad. Bruxellensis), de quibus cf. quae dixi Berlin. phil. Wochenschrift 1902 p. 1354 et 1905 p. 9 sqq. ipsius editionis censuram scripsi ibid. 1906 p. 552 sqq.

bridge 1896), C. Hofstee (Galba Otho Vitellius, Groningae 1898), I. B. Pike (Tib. Cal. Claud. Nero, Boston 1903).

Rothii editione factum est, ut Suetoniana studia, quae commendata olim splendidissimis nominibus (in his Iusti Lipsii Gronouiorumque patris ac filii) nostra aetate paululum refrigescere coeperant, denuo reuiuiscerent. inquisiuerunt igitur plures in Suetonii genus dicendi[1]) operamque dabant uerbis scriptoris emendandis uel interpretandis non pauci, in iis Ioh. Nicolaus Madvig.[2])

Restat ut munere fungens grato gratias agam uiris doctissimis quam plurimis, qui summa comitate assidue impigreque mea causa codices iterum iterumque euoluerunt, ut de lectionibus certiorem me facerent. sunt autem praeter eos, quos iam supra memoraui: R. Peter Berolinensis, Th. Sinko Cracouiensis, H. Rostagno Florentinus, G. Ficker I. Simon W. Suchier quondam Halenses, H. I. Bell I. A. Herbert F. G. Kenyon Londinienses, M. Bonnet Montepessulanus, F. Haverfield Oxoniensis, H. Lebègue H. Omont M. Ray Parisiaci, C. Huelsen Romanus, E. Bormann et R. Beer Vindobonenses, G. Milchsack Wolfenbuttelanus. neque minus gratulor me in eligendis imaginum exemplis consiliarium habuisse Paulum Arndt Monacensem uirum iconographiae peritissimum.

---

1) H. R. Thimm, De usu atque elocutione C. Suet. Tranquilli (Regimonti 1867). P. Bagge, De eloc. C. S. T. (Vpsaliae 1875). Aem. Trachmann, De coniunctionum causalium apud Suet. usu (Halis Sax. 1886). R. Düpow, De Suet. consuetudine sermonis quaestiones (Bergedorf 1895). I. W. Freund, De Suet. usu atque genere dicendi (Vratisl. 1901). L. Dalmasso, La grammatica di C. Svetonio Tr. (Torino 1906). cf. etiam G. M. Lane, Harvard Stud. IX 1898 p. 17 sqq. A. A. Howard ibid. X 1899 p. 23 sqq. totam denique Suetonianam prouinciam amplexus est A. Macé, Essai sur Suétone (Paris 1900); inest librorum conspectus non plenus p. 17—24.

2) Aduersaria crit. I (1871) p. 19, II (1873) p. 570 sqq., III (1884) p. 247 sqq. aliorum alibi mentionem feci. hic addantur: C. F. W. Müller, Rhein. Mus. 20 (1865) p. 155 sqq. Cornelissen, Coniectanea Latina (Daventriae 1870) et Mnemos. VI (1878) p. 313. Henr. Alanus, Codicum Suetonii suorum duorum specimen nec non obseruationes aliquot addidit H. A. (Dublinii et Londinii 1873). V. Jernstedt (de notis eius criticis, quas a. 1876 in ephemeride Rossica edidit, relatum est Rev. des Revues I p. 275; cf. Herm. 24 p. 479). H. I. Polak, Parerga (progr. gymn. Erasmiani Roterodamensis 1882). H. Kraffert, Beiträge zur Kritik und Erklärung lat. Autoren (progr. Aurich. 1882). I. C. G. Boot, Mnemos. XVIII (1890) p. 359. T. Halbertsma, Aduers. crit. (Leidae 1896) p. 168 sqq. P. Thomas, Mélanges Paul Fredericq (Brux. 1904) p. 38.

C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM
AD C. SEPTICIVM CLARVM PRAEF. PRAETORIO
LIBRI VIII

Suidas s. u. Τράγκυλλος, ὁ Σουητώνιος χρηματίσας, γραμματικὸς Ῥωμαῖος, ἔγραψε ... συγγενικὸν Καισάρων ιβ' (*Bernhardy*, καὶ σαρωνϊ *cod. Voss.*), περιέχει δὲ βίους καὶ (κατὰ *Ritschl*) διαδοχὰς αὐτῶν ἀπὸ Ἰουλίου ἕως Δομετιανοῦ βιβλία η'.

Ad amissam libri praefationem pertinet:

Laur. Lyd. de mag. 2, 6 Τράγκυλλος τοίνυν τοὺς τῶν Καισάρων βίους ἐν γράμμασιν ἀποτίνων Σεπτικίῳ (-μιω *cod.*), ὃς ἦν ὕπαρχος τῶν πραιτωριανῶν σπειρῶν ἐπ' αὐτοῦ, πραίφεκτον αὐτὸν τῶν πραιτωριανῶν ταγμάτων καὶ φαλάγγων ἡγεμόνα τυγχάνειν ἐδήλωσεν.

NOTARVM CONSPECTVS

M cod. Paris 6115 (Memmianus) saec. IX; M^2 corrector eius satis antiquus (saec. XI—XII?)

H Heirici excerpta saec. IX, ad fidem cod. Paris. 8818 saec. XI

G cod. Gudianus 268 saec. XI; G^2 corrector antiquus, G^3 corrector recentior codice Monacensi 5977 (*g*), qui a. 1456 ex *G* transscriptus est

V cod. Vatic. 1904 saec. XI—XII deficiens in uitae Calig. cap. 3

X {
- *L* cod. Laur. 68, 7 saec. (XI—)XII; L^2 corr. antiquior, L^3 recens
- *P* cod. Paris. 5801 saec. XII; P^2 corr. antiquus
- *O* cod. Laur. 66, 39 saec. XII; O^2 corrector antiquus (plenius adhibitus in uita Diui Iuli, praeterea raro)
- *S* cod. Montepess. 117 saec. XII
- *T* cod. Berolin. lat. fol. 337 (Hulsianus) saec. XIV

Υ {
- *Π* cod. Paris. 6116 saec. XII; Π^2 corr. antiquus
- *Q* cod. Paris. 5802 saec. XII; Q^2 corr. recens, saec. XV ut uidetur (huic affinis *s* = cod. Suession. 19 saec. XIII, ex quo selectas adposui lectiones laudatas a Preud'hommio)
- *R* cod. Regius mus. Brit. 15 C III saec. XII (ϱ gemellus alter Regius 15 C IV saec. XIII, quem adhibui inde a Domit. cap. 14, ubi deficit *R*)

N excerpta cod. Paris. 17 903 (Notre-Dame 188) saec. XIII

ϛ alii codd. recentiores, unus uel alter aut plures, in his δ, cod. Paris. 5804 saec. XV

Ω lectio archetypi (Fuldensis ut uidetur libri quo Einhardus usus est) siue codicum consensus

V′ consentiens lectio librorum *V* et *X*

Υ′ consentiens lectio librorum *Υ* et *ST*, quibus plerumque accedunt P^2 et *O* (O^2)

unci quadrati [ ] delenda comprehendunt, angulati ⟨ ⟩ supplenda

* unam litteram erasam significant

Einhard. uitam Caroli Magni ab Einhardo conscriptam designat, *Epit.* epitomen quae Iuli Victoris nomine fertur; *Torr. Burm. Oud. B.-Crus. Modd.* coniecturas Torrentii Burmanni Oudendorpii Baumgarten-Crusii Moddermani.



C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM

LIBER I

DIVVS IVLIVS

* * *

Annum agens sextum decimum patrem amisit; sequenti- 1
busque consulibus flamen Dialis destinatus dimissa Cossutia, quae familia equestri sed admodum diues praetextato desponsata fuerat, Corneliam Cinnae quater consulis filiam duxit uxorem, ex qua illi mox Iulia nata est; neque ut repudiaret

Inscriptio primaria periit. in M fol. 1 margine superiore manus altera adscripsit incipit suetonius de uita cesarū. nunc gesta cesarū *reliqui sic (litteris grandibus omnes)*: C. Suetonii Tranquilli de uita Caesarum lib. I incip. diuus Iulius Caesar in primis *G*, G. Suetonii Tranquilli de uita Caesarum liber I *V et similiter SOT qui fere addunt* incipit diuus Iulius, incipit Tranquillinus Suetonius *L*, incipit liber Suetonii Tranquilli de uita et moribus XII Cesarum liber primus *T*, *nulla praescriptio in P*

Ad amissum libri initium non spectat Seru. Aen. VI 798 (u. ad Aug. 94)

1 Annum agens *MVδ*, Iulius Caesar annum agens *L*, Gaius Iulius Caesar annum agens *G*, Annum agens Caesar *rel.* (*post* annum *nonnulla erasa in P*) 3 *an* desponsa ? *cf. Claud. 27* 5 ut] quin *G*

2 compelli a dictatore Sulla ullo modo potuit. quare et sacer-
dotio et uxoris dote et gentilicis hereditatibus multatus diuer-
sarum partium habebatur, ut etiam discedere e medio et quam-
quam morbo quartanae adgrauante prope per singulas noctes
commutare latebras cogeretur seque ab inquisitoribus pecunia
redimeret, donec per uirgines Vestales perque Mamercum
Aemilium et Aurelium Cottam propinquos et adfines suos
3 ueniam impetrauit. satis constat Sullam, cum deprecantibus
amicissimis et ornatissimis uiris aliquamdiu denegasset atque
illi pertinaciter contenderent, expugnatum tandem proclamasse
siue diuinitus siue aliqua coniectura: uincerent ac sibi
haberent, dum modo scirent eum, quem incolumem
tanto opere cuperent, quandoque optimatium parti-
bus, quas secum simul defendissent, exitio futurum;
nam Caesari multos Marios inesse.

2 Stipendia prima in Asia fecit Marci Thermi praetoris
contubernio; a quo ad arcessendam classem in Bithyniam
missus desedit apud Nicomeden, non sine rumore prostratae
regi pudicitiae; quem rumorem auxit intra paucos rursus dies
repetita Bithynia per causam exigendae pecuniae, quae de-
beretur cuidam libertino clienti suo. reliqua militia secundiore
fama fuit et a Thermo in expugnatione Mytilenarum corona
3 ciuica donatus est. meruit et sub Seruilio Isaurico in Cilicia,
sed breui tempore. nam Sullae morte comperta, simul spe
nouae dissensionis, quae per Marcum Lepidum mouebatur,
Romam propere redit et Lepidi quidem societate, quam-
quam magnis condicionibus inuitaretur, abstinuit, cum in-
genio eius diffisus tum occasione, quam minorem opinione
4 offenderat. ceterum composita seditione ciuili Cornelium Do-

16 *cf. Viri ill. 78, 1* contubernalis Thermo in Asiam profectus, cum saepe ad Nicomeden regem Bithyniae commearet, impudicitiae infamatus est. 29 sqq. *ibid. 78, 2 sq.* mox Dolabellam iudicio oppressit. dum studiorum causa Rhodum petit, a piratis captus e⟨s⟩t; redemptus eosdem [et] postea captos puniuit.

3 discere M^1, discederet *GPOST* et *om. G* 8 impetrarit *V*, perpetrauit *X* (ƚ im *ss.* L^2) 11 uicerint M^2 17 accersendam *Ω*, arcess- M^2 18 prostatę M^1V^1 23 est. meruit] emeruit $M^2\delta$ lycia *G* 26 rediit *I ς* (*uulg.*) 27 tum *T'* (*in R corr. ex* cum *ut uid.*) 28 occasioni *Casaub. post alios*

labellam consularem et triumphalem repetundarum postulauit; absolutoque Rhodum secedere statuit, et ad declinandam inuidiam et ut per otium ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam daret. huc dum hibernis iam mensibus traicit, circa Pharmacussam insulam a praedonibus captus est mansitque apud eos non sine summa indignatione prope quadraginta dies cum uno medico et cubicularis duobus. nam comites seruosque ceteros initio sta- 2
tim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. numeratis deinde quinquaginta talentis expositus in litore non distulit quin e uestigio classe deducta persequeretur abeuntis ac redactos in potestatem supplicio, quod saepe illis minatus inter iocum fuerat, adficeret. uastante regiones proximas Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum uideretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transiit in Asiam auxiliisque contractis et praefecto regis prouincia expulso nutantis ac dubias ciuitates retinuit in fide.

Tribunatu militum, qui primus Romam reuerso per suffra- 5
gia populi honor optigit, actores restituendae tribuniciae potestatis, cuius uim Sulla deminuerat, enixissime iuuit. L. etiam Cinnae uxoris fratri, et qui cum eo ciuili discordia Lepidum secuti post necem consulis ad Sertorium confugerant, reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit habuitque et ipse super ea re contionem.

Quaestor Iuliam amitam uxoremque Corneliam defunctas 6
laudauit e more pro rostris. [s]et in amitae quidem laudatione de eius ac patris sui utraque origine sic refert:

Amitae meae Iuliae maternum genus ab regibus ortum, paternum cum diis inmortalibus coniunctum est. nam ab Anco Marcio sunt Marcii Reges, quo nomine fuit mater; a Venere Iulii, cuius gentis fa-

---

1 uirum *post* triumphalem *add.* *T′P²O²* 3 miloni *GΠQ* 5 pharmacausam *G*, pharnacusam *V*, phamarcusam *X* 7 dignatione *Ursinus* 8 ceteros *om.* *T* 13 inter] per *Bentley* 14 dissidere *X′* 18 Tribunatum *TPOT* (m *in O expuncta*), Tribunus ς (*Torr.*) *cf. Vesp.* 2 19 auctoresque *T*, auctores ς, actores auctoresque *Graevius* 20 deminuerat *GVSΠ*, dim- *rel.* (*Ω?*) 26 e] de *uel* ex *Bentley* et *Casaub.*, sed *Ω* 27 origine utraque *X* 28 ab] a *XN* (*in L una litt. post* a *erasa*) 31 cuis *M* († cuius *m. 2 in marg.*)

milia est nostra. est ergo in genere et sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollent, et caerimonia deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.
2 In Corneliae autem locum Pompeiam duxit Quinti Pompei filiam, L. Sullae neptem; cum qua deinde diuortium fecit adulteratam opinatus a Publio Clodio, quem inter publicas caerimonias penetrasse ad eam muliebri ueste tam constans fama erat, ut senatus quaestionem de pollutis sacris decreuerit.

7 Quaestori ulterior Hispania obuenit; ubi cum mandatu
pr(aetoris) iure dicundo conuentus circumiret Gadisque uenisset,
animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine
ingemuit et quasi pertaesus ignauiam suam, quod nihil dum
a se memorabile actum esset in aetate, qua iam Alexander
orbem terrarum subegisset, missionem continuo efflagitauit
ad captandas quam primum maiorum rerum occasiones in
2 urbe. etiam confusum eum somnio proximae noctis — nam
uisus erat per quietem stuprum matri intulisse — coiectores
ad amplissimam spem incitauerunt arbitrium terrarum orbis
portendi interpretantes, quando mater, quam subiectam sibi
uidisset, non alia esset quam terra, quae omnium parens ha-
8 beretur. decedens ergo ante tempus colonias Latinas de pe-
tenda ciuitate agitantes adiit, et ad audendum aliquid con-
citasset, nisi consules conscriptas in Ciliciam legiones pau-
lisper ob id ipsum retinuissent.

9 Nec eo setius maiora mox in urbe molitus est: siquidem ante paucos dies quam aedilitatem iniret, uenit in suspicionem conspirasse cum Marco Crasso consulari, item Publio Sulla et L. Autronio post designationem consulatus ambitus condemnatis, ut principio anni senatum adorirentur, et trucidatis quos placitum esset, dictaturam Crassus inuaderet, ipse ab

---

7 in *post* eam (ea *T*) *add. POT* (*Oud.*) 10 prouenit *G* mandato VL^2T *et multi* ς 11 P·R· *MVQRT*, $\overset{i}{\text{R}}\cdot\overset{i}{\text{R}}\cdot$ *Π*, populi R· (*uel* Romani) *rel. et sic ss.* M^2, *corr. Sigonius* iuri *G*, iura *N* dicendo *X′N* circuiret *GLN* 12 alexandri magni *HN* 13 dum $MVL^1P^1O^1Q$, tum *rel. et N*, *om. H* (nichilum L^2) 14 id aetatis quo *Bentley* 19 arbitrum *GVS* 20 potiundi *POSTN*, potiendi Π^2 23 adiit *om. T* (adiit et *del. Bentley*) 28 Publio] P· *X′*

eo magister equitum diceretur constitutaque ad arbitrium re publica Sullae et Autronio consulatus restitueretur. memi- 2
nerunt huius coniurationis Tanusius Geminus in historia, Marcus Bibulus in edictis, C. Curio pater in orationibus. de hac significare videtur et Cicero in quadam ad Axium epistula ⟨*frg. E XI 5*⟩ referens Caesarem in consulatu confirmasse regnum, de quo aedilis cogitarat. Tanusius adicit Crassum paenitentia uel metu diem caedi destinatum non obisse et idcirco ne Caesarem quidem signum, quod ab eo dari conuenerat, dedisse; conuenisse autem Curio ait, ut togam de umero deiceret. idem Curio sed et M. Actorius Naso auctores sunt con- 3
spirasse eum etiam cum Gnaeo Pisone adulescente, cui ob suspicionem urbanae coniurationis prouincia Hispania ultro extra ordinem data sit; pactumque ut simul foris ille, ipse Romae ad res nouas consurgerent, per †Ambranos et Transpadanos; destitutum utriusque consilium morte Pisonis.

Aedilis praeter comitium ac forum basilicasque etiam **10**
Capitolium ornauit porticibus ad tempus extructis, in quibus abundante rerum copia pars apparatus exponeretur. uenationes autem ludosque et cum collega et separatim edidit, quo factum est, ut communium quoque inpensarum solus gratiam caperet nec dissimularet collega eius Marcus Bibulus, e v e n i s s e s i b i q u o d P o l l u c i: u t e n i m g e m i n i s f r a t r i b u s a e d e s i n f o r o c o n s t i t u t a t a n t u m C a s t o r i s u o c a r e t u r, i t a s u a m C a e s a r i s q u e m u n i f i c e n t i a m u n i u s C a e s a r i s d i c i. adiecit insuper Caesar etiam gladiatorium munus, sed 2
aliquanto paucioribus quam destinauerat paribus; nam cum multiplici undique familia conparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romae liceret.

Conciliato populi fauore temptauit per partem tribuno- **11**
rum, ut sibi Aegyptus prouincia plebi scito daretur, nanctus

---

7 cogitarat $T'L^2P^2O^2$, cogitaret *rel.*, cogitarit *Polak* 8 abisse *Q*, adisse *ΠR* 10 eiceret *T*, reiceret *Burm.* 12 Gnaeo *om.* X' 15 Lambranos *uulg. post Sabellicum*, Ambrones *ed. Bonon. 1488* (*Beroaldus*, Ambronas *C. Barth al.*), Ambarros *Urlichs*, Aruernos *Mommsen*, Campanos *Madvig* 19 munerum *Gujetus* par XQ^2 25 Caesaris *om. V* (*praecedit* umicus) 32 plebissito *V*, plebis scito *GLT*

extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem
suum socium atque amicum a senatu appellatum expulerant
resque uulgo inprobabatur. nec obtinuit aduersante optima-
tium factione: quorum auctoritatem ut quibus posset modis
in uicem deminueret, tropaea Gai Mari de Iugurtha deque
Cimbris atque Teutonis olim a Sulla disiecta restituit atque
in exercenda de sicaris quaestione eos quoque sicariorum
numero habuit, qui proscriptione ob relata ciuium Romano-
rum capita pecunias ex aerario acceperant, quamquam ex-
12 ceptos Cornelis legibus. subornauit etiam qui Gaio Rabirio
perduellionis diem diceret, quo praecipuo adiutore aliquot
ante annos Luci Saturnini seditiosum tribunatum senatus coer-
cuerat, ac sorte iudex in reum ductus tam cupide condemna-
uit, ut ad populum prouocanti nihil aeque ac iudicis acerbi-
13 tas profuerit. deposita prouinciae spe pontificatum maximum
petit non sine profusissima largitione: in qua reputans ma-
gnitudinem aeris alieni, cum mane ad comitia descenderet,
praedixisse matri osculanti fertur *domum se nisi ponti-
ficem non reuersurum*. atque ita potentissimos duos com-
petitores multumque et aetate et dignitate antecedentes su-
perauit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia quam uter-
que in omnibus tulerit.

14 Praetor creatus, detecta coniuratione Catilinae senatu-
que uniuerso in socios facinoris ultimam statuente poenam,
solus municipatim diuidendos custodiendosque publicatis bo-
nis censuit. quin et tantum metum iniecit asperiora suaden-
tibus, identidem ostentans quanta eos in posterum a plebe
Romana maneret inuidia, ut Decimum Silanum consulem de-
signatum non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe
erat, interpretatione lenire, uelut grauius atque ipse sensisset
2 exceptam. obtinuisset adeo transductis iam ad se pluribus et

---

3 quae res *Modd. delens* quod Alexandrini *usque* expulerant improbabatur *T*, improbatur (inp- *M*) *rel.* optimatum *T L² T* 5 diminueret *X Π²* 8 numero — Romanorum *om. T* (*propterea* qui in *post* quoque *add. Π*, condempnauit qui per *pro* quoque *interpolauit ϱ*) 10 sabinio (-no *T*) *G T* 11 aiutore *M¹*, auctore *G X′* 16 petiit *T* non *post* qua *add. G*

in his Cicerone consulis fratre, nisi labantem ordinem con-
firmasset M. Catonis oratio. ac ne sic quidem impedire rem
destitit, quoad manus equitum Romanorum, quae armata prae-
sidii causa circumstabat, inmoderatius perseueranti necem com-
minata est, etiam strictos gladios usque eo intentans, ut se-
dentem una proximi deseruerint, uix pauci complexu togaque
obiecta protexerint. tunc plane deterritus non modo cessit,
sed et in reliquum anni tempus curia abstinuit.

Primo praeturae die Quintum Catulum de refectione Ca- **15**
pitoli ad disquisitionem populi uocauit rogatione promulgata,
qua curationem eam in alium transferebat; uerum impar opti-
matium conspirationi, quos relicto statim nouorum consulum
officio frequentes obstinatosque ad resistendum concucurrisse
cernebat, hanc quidem actionem deposuit. ceterum Cae- **16**
cilio Metello tribuno plebis turbulentissimas leges aduersus
collegarum intercessionem ferenti auctorem propugnatorem-
que se pertinacissime praestitit, donec ambo administratione
rei publicae decreto patrum submouerentur. ac nihilo minus
permanere in magistratu et ius dicere ausus, ut comperit pa-
ratos, qui ui ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus
abiectaque praetexta domum clam refugit pro condicione
temporum quieturus. multitudinem quoque biduo post sponte 2
et ultro confluentem operamque sibi in adserenda dignitate
tumultuosius pollicentem conpescuit. quod cum praeter opi-
nionem euenisset, senatus ob eundem coetum festinato coactus
gratias ei per primores uiros egit accitumque in curiam et
amplissimis uerbis conlaudatum in integrum restituit inducto
priore decreto.

Recidit rursus in discrimen aliud inter socios Catilinae **17**
nominatus et apud Nouium Nigrum quaestorem a Lucio Vet-
tio indice et in senatu a Quinto Curio, cui, quod primus con-

1 ciceronis *XΠR*, ⟨Q.⟩ Cicerone *Halbertsma* 2 ne] nec *XQ* 3 quoadusque *X* 13 con**currisse* *M*, concucurrisse *GΠ* (cur *in marg. add. m. 1 G*), concurrisse *rel.* 17 administratione ς, abministratione $MVLPSO^{1}\Pi R$ (Ω), ab administratione $GO^{2}T\varrho$, ministratione *Q*ε 25 conuenisset $M^{2}\delta$ 27 in *om.* $M^{1}Q^{1}$ 29 Recedit $M^{1}GV$ 30 uettio *solus V*, uetio *MGQ*, uectio *uel* ueccio *rel.* (*item p. 8 l. 6, at p. 8 l. 2 recte etiam MLQ*) 31 Iudice *Lambinus* (iud- *in rec. codd.*) nominatus inter socios *post* Curio *add.* $\Pi P^{2}O^{2}ST$

silia coniuratorum detexerat, constituta erant publice praemia.
Curius e Catilina se cognouisse dicebat, Vettius etiam chiro-
2 graphum eius Catilinae datum pollicebatur. id uero Caesar
nullo modo tolerandum existimans, cum inplorato Ciceronis
testimonio quaedam se de coniuratione ultro ad eum detulisse
docuisset, ne Curio praemia darentur effecit; Vettium pigno-
ribus captis et direpta supellectile male mulcatum ac pro
rostris in contione paene discerptum coiecit in carcerem;
eodem Nouium quaestorem, quod compellari apud se maiorem
potestatem passus esset.

18 Ex praetura ulteriorem sortitus Hispaniam retinentes
creditores interuentu sponsorum remouit ac neque more ne-
que iure, ante quam prouinciae or[di]narentur, profectus est:
incertum metune iudicii, quod priuato parabatur, an quo
maturius sociis inplorantibus subueniret; pacataque prouin-
cia pari festinatione, non expectato successore ad trium-
2 phum simul consulatumque decessit. sed cum edictis iam
comitis ratio eius haberi non posset nisi priuatus introisset
urbem, et ambienti ut legibus solueretur multi contra dice-
rent, coactus est triumphum, ne consulatu excluderetur, di-
19 mittere. e duobus consulatus competitoribus, Lucio Lucceio
Marcoque Bibulo, Lucceium sibi adiunxit pactus ut is, quo-
niam inferior gratia esset pecuniaque polleret, nummos de
suo communi nomine per centurias pronuntiaret. qua cognita
re optimates, quos metus ceperat nihil non ausurum eum in
summo magistratu concordi et consentiente collega, auctores
Bibulo fuerunt tantundem pollicendi, ac plerique pecunias
contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem e
re publica fieri.

---

2 curius *T et sic V in marg. m. 1,* curio *MGV (in textu) X (in M rasura supra* o *et sequ.* e, *fort.* s *erasa, certe* curiose *est in* δ)   e catilina] catilinam *G,* quia per catilinam *X*   6 curioni M^2 7 multatum *X′T*   9 eodem ⟨et⟩ *Casaub.* (ς?)   13 ordinarentur (ordirentur O^1) Ω, *corr. Lambinus*   19 in urbem *GT*   21 consulatus (consol- *M*) *om.* ς, *glossema putant Torr. al.*   luceio *GXR*   22 luceium (-ceum *O*) *GX*   25 optumates *M*ε, *glossam* antiquitus dictum *adscr.* M^2 non nihil *G* (nihil — summo *om. T*)   27 pollicenti (-ceri *T*) *MGX′*   28 quidem *om. V*

Igitur cum Bibulo consul creatur. eandem ob causam 2
opera ab optimatibus data est, ut prouinciae futuris consulibus minimi negotii, id est siluae callesque, decernerentur. qua maxime iniuria instinctus omnibus officiis Gnaeum Pompeium adsectatus est offensum patribus, quod Mithridate rege uicto cunctantius confirmarentur acta sua; Pompeioque Marcum Crassum reconciliauit ueterem inimicum ex consulatu, quem summa discordia simul gesserant; ac societatem cum utroque iniit, ne quid ageretur in re publica, quod displicuisset ulli e tribus. inito honore primus omnium instituit, 20
ut tam senatus quam populi diurna acta confierent et publicarentur. antiquum etiam re⟨t⟩tulit morem, ut quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, lictores pone sequerentur. lege autem agraria promulgata obnuntiantem collegam armis foro expulit ac postero die in senatu conquestum nec quoquam reperto, qui super tali consternatione referre aut censere aliquid auderet, qualia multa saepe in leuioribus turbis decreta erant, in eam coegit desperationem, ut, quoad potestate abiret, domo abditus nihil aliud quam per edicta obnuntiaret.

Vnus ex eo tempore omnia in re publica et ad arbitrium 2
administrauit, ut nonnulli urbanorum, cum quid per iocum testandi gratia signarent, non Caesare et Bibulo, sed Iulio et Caesare consulibus actum scriberent bis eundem praeponentes nomine atque cognomine, utque uulgo mox ferrentur hi uersus ⟨*FPR p. 330*⟩:

1 *cf. Eutrop. VI 17, 1* cum L. Bibulo consul est factus.

1 creatus *G T* 2 ab *om.* ς 3 id est siluae callesque *del. Willems,* siluae callesque id est minimi n. *Halbertsma* 4 instigatus *Bentley* 5 adsecutus M^1, assecutus M^2, assectatus *rel.* 7 Marcum] m. *G X'* 10 primum *Modd.* 11 conficerentur (confit- *S*) $T' P^2 O^2$ 13 consul *ante* accensus *add. Bentley, ante* fasces *Modd.* 14 abnuntiantem $M^2 X$ (re *post* ab *ss.* L^3) 16 quae $M\varepsilon$ 18 turpis Q^1, culpis $\Pi R Q^2 \varrho$ 22 urbaniorum *Bentley* (*cf. Vesp. 20*) per iocum *post* signarent *ponit Torr., del. C. Nägler* 23 testanti $M^1 \delta$, testati $M^2 Q$ (*glossam* testati dicebantur qui testamento signabantur *adscr.* M^2) 23/24 cesare et iulio *O* ς (*Oud.*) 24 bis *usque* cognomine *cum Lipsio damnant multi* proponentes *ed. Torr. a. 1578* 25 nomine atque cognomine *del. Modd.* ut*que (i *erasa*) *M*

non Bibulo quiddam nuper sed Caesare factum est:
nam Bibulo fieri consule nil memini.

3 campum Stellatem maioribus consecratum agrumque Campanum ad subsidia rei publicae uectigalem relictum diuisit extra sortem ad uiginti milibus ciuium, quibus terni pluresue liberi essent. publicanos remissionem petentis tertia mercedum parte releuauit ac, ne in locatione nouorum uectigalium inmoderatius licerentur, propalam monuit. cetera item, quae cuique libuissent, dilargitus est contra dicente nullo ac,
4 si conaretur quis, absterrito. Marcum Catonem interpellantem extrahi curia per lictorem ducique in carcerem iussit. Lucio Lucullo liberius resistenti tantum calumniarum metum iniecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone in iudicio quodam ⟨*de domo 41*⟩ deplorante temporum statum Publium Clodium inimicum eius, frustra iam pridem a patribus ad plebem transire nitentem, eodem die horaque nona transduxit.
5 postremo in uniuersos diuersae factionis ⟨indicem ...⟩ inductum praemiis, ut se de inferenda Pompeio nece sollicitatum a quibusdam profiteretur productusque pro rostris auctores ex conpacto nominaret; sed uno atque altero frustra nec sine suspicione fraudis nominatis desperans tam praecipitis consilii euentum intercepisse ueneno indicem creditur.

21 Sub idem tempus Calpurniam L. Pisonis filiam successuri sibi in consulatu duxit uxorem suamque, Iuliam, Gnaeo Pompeio conlocauit repudiato priore sponso Seruilio Caepione, cuius uel praecipua opera paulo ante Bibulum inpugnauerat. ac post nouam adfinitatem Pompeium primum rogare sententiam coepit, cum Crassum soleret essetque consuetudo, ut quem ordinem interrogandi sententias consul Kal. Ianuariis instituisset, eum toto anno conseruaret.

---

1 quiddam *MGVLST* (*in M* d *prior ss., item in ε*), quicquam *POT*, quidquam ς *et fere edd.* 2 nihil *M* 3 stellatum $T'P^2O^2$ 5 ad *Casaub.*, ac *Ω* 8 ducerentur *X*, uterentur *et ss.* † licitarentur ϱ 9 libuisset *Bentley, Madvig* 10 Marcum] M. *X'* (*non T*) 14 Publium] P. *X'* 17 inductum *Ω*, inductum quendam ς, induxit *Stephanus*, induxit Vettium *Ursinus*, Vettium subornasse (*uel* immisisse) inductum *Oud.*, indicem subornauit Vettium inductum *Roth* 19 productosque *G* 20 sed *del. Torr.* 24 consulatum *X* (*Oud.*), *cf. p. 15, 19* 26 biduum *V* 28 sileret M^2L^1PO (i. taceret uel soleret interrogare primitus crassum *adscr.* M^2, Crassus sileret δ) 29 consul *post* Ianuariis *colloc.* *X'*

Socero igitur generoque suffragantibus ex omni pro- 22
uinciarum copia Gallias potissimum elegit, †cuius emolumento
et oportunitate idonea sit materia triumphorum. et initio
quidem Galliam Cisalpinam Illyrico adiecto lege Vatinia ac-
cepit; mox per senatum Comatam quoque, ueritis patribus
ne, si ipsi negassent, populus et hanc daret. quo gaudio 2
elatus non temperauit, quin paucos post dies frequenti curia
iactaret, inuitis et gementibus aduersaris adeptum se quae
concupisset, proinde ex eo insultaturum omnium capitibus;
ac negante quodam per contumeliam facile hoc ulli femi-
nae fore, responderit quasi adludens: in Suria quoque
regnasse Sameramin magnamque Asiae partem Ama-
zonas tenuisse quondam.

Functus consulatu Gaio Memmio Lucioque Domitio prae- 23
toribus de superioris anni actis referentibus cognitionem
senatui detulit; nec illo suscipiente triduoque per inritas
altercationes absumpto in prouinciam abiit et statim quaestor
eius in praeiudicium aliquot criminibus arreptus est. mox
et ipse a Lucio Antistio tr. pl. postulatus appellato demum
collegio optinuit, cum rei publicae causa abesset reus ne
fieret. ad securitatem ergo posteri temporis in magno ne- 2
gotio habuit obligare semper annuos magistratus et e petito-
ribus non alios adiuuare aut ad honorem pati peruenire,
quam qui sibi recepissent propugnaturos absentiam suam;

---

4 *cf. Eutrop. VI 17, 1* decreta est ei Gallia et Illyricum cum legionibus decem (*cf. p. 15, 27 sq.*). *Oros. VI 7, 1*

---

2 Galliam *Bentley* cuius] quae et *Bentley*, quae sibi *Kiessling apud Behr obs. in Caes. III p. 3* (*de aliis coniecturis u. ad l. 3*) 3 sit] fit *LPOT* (*non S*), sibi esset *uel* fieret *B.-Crus.* *totum locum* (cuius — materia) *uarie temptauerunt*: cuius emolumenta et oportunitates idonea sint materia *Casaub.*, tunc et emolumento et o. idoneas materiae *I. F. Gronov.*, cuiuis emolumento et o. idoneas et (sibi *pro* et *Madvig*) materia *I. Gronov.* (*Madvig*), quouis emolumento et o. idoneas sibi et materiam *Polak*, *aliter alii* 4 uaticinia $L^1 POS$, uaticina *δ* (i. prophetali proprium legis apud romanos *ss.* M^2, *rasura supra* uatinia), *cf. p. 15, 10* 8 frementibus *Halbertsma* 11 respondit *ρ aliique rec.*, responderet *ς* (*Torr.*) syria $M^2 G O^2$, siria $L^2 T$, assyria *T* 12 sameramin M^1, samiramin M^2, samiramim *Vδ*, semiramim (*uel* -em, -en) *rel.* 21 negotio *del. Gujetus* 24 pepigissent *X* (*gloss.* i. promisissent *adscr.* M^2, *inde* promisissent uel recepissent *δ*)

cuius pacti non dubitauit a quibusdam ius iurandum atque
24 etiam syngrapham exigere. sed cum Lucius Domitius consulatus candidatus palam minaretur consulem se effecturum quod praetor nequisset ademptorumque ei exercitus, Crassum Pompeiumque in urbem prouinciae suae Lucam extractos compulit, ut detrudendi Domitii causa consulatum alterum peterent, perfecitque †utrumque, ut in quinquennium sibi im-
2 perium prorogaretur. qua fiducia ad legiones, quas a re publica acceperat, alias priuato sumptu addidit, unam etiam ex Transalpinis conscriptam, uocabulo quoque Gallico — Alauda enim appellabatur —, quam disciplina cultuque Romano in-
3 stitutam et ornatam postea uniuersam ciuitate donauit. nec deinde ulla belli occasione, ⟨ne⟩ iniusti quidem ac periculosi abstinuit, tam foederatis quam infestis ac feris gentibus ultro lacessitis, adeo ut senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreuerit ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. sed prospere [de]cedentibus rebus et saepius et plurium quam quisquam umquam dierum suppli-
25 cationes impetrauit. gessit autem nouem annis, quibus in imperio fuit, haec fere.

Omnem Galliam, quae saltu Pyrenaeo Alpibusque et monte Cebenna, fluminibus Rheno ac Rhodano continetur patetque circuitu ad bis et tricies centum milia passuum,

19 sqq. *Eutrop. VI 17, 3* domuit autem annis nouem fere omnem Galliam, quae inter Alpes, flumen Rhodanum, Rhenum et Oceanum est et circuitu patet ad bis et tricies centena (centum *codd. deter.*) milia passuum.

---

2 syngraphum (sym- *S*, sin- *PO*, ciro- *T*) *X*   consulatu *ΠR*, consularis *X'*   6 peterent *X'ΠQ* ϱ, peteret *MGRδ* (*inde* alter eorum *pro* alterum *Salmasius*, uterque *G. Becker delens quod sequitur* utrumque)   7 perfecitque utrumque ut *MGΠRδ*, perfecitque utrumque (-imque *L*) et ut *X*, et ut *et tum* perfecitque utrumque *post* prorogaretur *V* (*sic corr.* G^3), et ut (*om.* perf. utr.) *Qε* (*sic Wolf aliique*), fecitque per utrumque ut ϱ (*Casaub.*), perfecitque utcumque ut *uel* perfecitque ut *Bentley*, perf. per utrumque ut *Roth*   8 quia *V*   9 alias — addidit *ΥS*, alias — addit *MGV*, aliis — additis *LPOT*   unam] nam *ΠR*, iam *Qε*, quam ϱ   13 ne *suppl. Erasmus*   17 cedentibus ϱ, succedentibus ς, ei cedentibus *Casaub.*, dein c. *Graevius* (*cf. Herm. 36 p. 302*)   19 in *om. MR*, non P^1O^1 21 a saltu *Υ*   22 gebenna (geb- *R*) $M^2ΥP^1OT$ fluminibusque *X* (*non T*)   23 centena *Eutrop.*

praeter socias ac bene meritas ciuitates in prouinciae formam
redegit, eique $\overline{\text{cccc}}$ in singulos annos stipendii nomine inposuit.
Germanos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum 2
ponte fabricato adgressus maximis adfecit cladibus; adgressus
est et Britannos ignotos antea superatisque pecunias et obsides
imperauit; per tot successus ter nec amplius aduersum casum
expertus: in Britannia classe ui tempestatis prope absumpta
et in Gallia ad Gergouiam legione fusa et in Germanorum
finibus Titurio et Aurunculeio legatis per insidias caesis.

Eodem temporis spatio matrem primo, deinde filiam, nec 26
multo post nepotem amisit. inter quae, consternata Publi Clodi
caede re publica, cum senatus unum consulem nominatimque
Gnaeum Pompeium fieri censuisset, egit cum tribunis plebis
collegam se Pompeio destinantibus, id potius ad populum fer-
rent, ut absenti sibi, quandoque imperii tempus expleri coepisset,
petitio secundi consulatus daretur, ne ea causa maturius et
inperfecto adhuc bello decederet. quod ut adeptus est, altiora 2
iam meditans [s]et spei plenus nullum largitionis aut officiorum
in quemquam genus publice priuatimque omisit. forum de ma-
nubiis incohauit, cuius area super sestertium milies constitit.
munus populo epulumque pronuntiauit in filiae memoriam,
quod ante eum nemo. quorum ut quam maxima expectatio

2 *Eutrop. VI 17, 3* Galliae . . . tributi nomine annuum imperauit sestertium (stipendium *Duncker,* stipendium sest. *Rühl*) quadringenties (*ἐπέθηκε . . . φόρον Paeanius*) 3 *ibid.* Germanosque trans Rhenum adgressus immanissimis proeliis uicit. 4 *ibid.* Britannis mox bellum intulit, quibus ante eum ne nomen quidem Romanorum cognitum erat. eosque (eos quoque *et* et eos quoque *al. codd.*) uictos obsidibus acceptis stipendiarios fecit. 6 *ibid.* inter tot successus ter male pugnauit, apud Aruernos semel praesens et absens in Germania bis. nam legati eius duo, Titurius et Aurunculeius, per insidias caesi sunt. 13 *id. VI 19, 2* rediens ex Gallia uictor coepit poscere alterum consulatum atque ita ut sine dubietate aliqua ei deferretur. contradictum est a Marcello consule (*cf. cap. 28*). *Oros. VI 15, 1*

1 socias $X'\Pi^2\varrho$, socios $MG\Upsilon\delta$ 2 *numerum solus seruauit V, rasura 6 fere litterarum in M* (quadringenties *Eutrop.*), eique in *codd. rel. lacuna non indicata* (*cf. Herm. 40 p. 187*) nomina $X\delta$, nomen Υ 5 ante *G* 6 per] inter *Eutrop.* 7 est *post* expertus *ss.* M^2 11 interimque ΠR 15 quandocumque L^2, et quando Π, quando $Q\varepsilon$ 16 nec ea maturius causa *G* 17 ut *om. G* 18 et $Q\varrho\varepsilon$ *aliique* ς, sed *rel.* (Ω) 22 maxima *G*ς, maxime (-ę *L*) *rel.* (Ω), *inde* cum maxime *Bentley*

esset, ea quae ad epulum pertinerent, quamuis macellaris
3 ablocata, etiam domesticatim apparabat. gladiatores notos,
sicubi infestis spectatoribus dimicarent, ui rapiendos reser-
uandosque mandabat. tirones neque in ludo neque per la-
nistas, sed in domibus per equites Romanos atque etiam per
senatores armorum peritos erudiebat, precibus enitens, quod
epistulis eius ostenditur, ut disciplinam singulorum susciperent
ipsique dictata exercentibus darent. legionibus stipendium
in perpetuum duplicauit. frumentum, quotiens copia esset,
etiam sine modo mensuraque praebuit ac singula interdum
27 mancipia e[t] praed[i]a uiritim dedit. ad retinendam autem
Pompei necessitudinem ac uoluntatem Octauiam sororis suae
neptem, quae Gaio Marcello nupta erat, condicionem ei de-
tulit sibique filiam eius in matrimonium petit Fausto Sullae
destinatam. omnibus uero circa eum atque etiam parte magna
senatus gratuito aut leui faenore obstrictis, ex reliquo quo-
que ordinum genere uel inuitatos uel sponte ad se comme-
antis uberrimo congiario prosequebatur, libertos insuper ser-
uulosque cuiusque, prout domino patronoue gratus qui esset.
2 tum reorum aut obaeratorum aut prodigae iuuentutis subsi-
dium unicum ac promptissimum erat, nisi quos grauior cri-
minum uel inopiae luxuriaeue uis urgeret, quam ut subueniri
posset a se; his plane palam bello ciuili opus esse dicebat.
28 nec minore studio reges atque prouincias per terrarum or-
bem adliciebat, aliis captiuorum milia dono offerens, aliis
citra senatus populique auctoritatem, quo uellent et quotiens
uellent, auxilia submittens, superque Italiae Galliarumque et
Hispaniarum, Asiae quoque et Graeciae potentissimas urbes
2 praecipuis operibus exornans; donec, attonitis iam omnibus
et quorsum illa tenderent reputantibus, Marcus Claudius
Marcellus consul edicto praefatus, de summa se re publica

---

1 populum *G* 2 adlocata *T*, oblocata $P^1 O^1$ ς (*uulg.*), at oblocata II^2 *in marg.* (*cf. Vit. 7*) 3 seruandosque *V* 9 copia *om. G* 11 e (ex *Ursin.*) praeda *Roth* (*cf. Caes. b. G. VII 89*), et praedia (prandia *Q*) Ω, et pecora *Burm.* 13 condicionem $M^1 G V L^1$, -ne *rel.* 14 sibi *G* petiit *T* 16 gratuite *G*, gratia *Modd.* aut] ac *Q* quemque *Burm.* 18 prosequebatur $L^2 T$ς, persequebatur *rel.* (Ω) 19 qui M^1, quis $M^2 X' T$, Quiuis *G* 20 tum *T* (*uix recte*), tam *MGX'*, iam ς (*cf. Vit. 14*) 21 nisi ⟨si⟩ *Polak* 22 uel] aut *G* 30 et *om. V*

acturum, rettulit ad senatum, ut ei succederetur ante tempus, quoniam bello confecto pax esset ac dimitti deberet uictor exercitus; et ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebi scito Pompeius postea abrogasset. acciderat autem, ut 3
is legem de iure magistratuum ferens eo capite, quo petitione honorum absentis submouebat, ne Caesarem quidem exciperet per obliuionem, ac mox lege iam in aes incisa et in aerarium condita corrigeret errorem. nec contentus Marcellus prouincias Caesari et priuilegium eripere, re⟨t⟩tulit etiam, ut colonis, quos rogatione Vatinia Nouum Comum deduxisset, ciuitas adimeretur, quod per ambitionem et ultra praescriptum data esset.

Commotus his Caesar ac iudicans, quod saepe ex eo 29
auditum ferunt, difficilius se principem ciuitatis a primo ordine in secundum quam ex secundo in nouissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores tribunos, partim per Seruium Sulpicium alterum consulem. insequenti quoque anno Gaio Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in consulatu successerat, eadem temptante collegam eius Aemilium Paulum Gaiumque Curionem uiolentissimum tribunorum ingenti mercede defensores parauit. sed cum obstinatius omnia agi uideret et designatos etiam consules e parte diuersa, senatum litteris deprecatus est, ne sibi beneficium populi adimeretur, aut ut ceteri quoque imperatores ab exercitibus discederent; confisus, ut putant, facilius se, simul atque libuisset, ueteranos conuocaturum quam Pompeium nouos milites. cum aduersariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus Transalpinaque Gallia duae sibi legiones et Cisalpina prouincia uel etiam una legio cum Illyrico conce-

20 *Schol. Lucan. I 269 W.* Caesar corrupit Curionem pecunia anno, quo fuit tribunus, ut faueret sibi, ut Suetonius dicit, et Curionem uiolentissimum tribunorum sibi ingenti mercede parauit. 27 *u. ad p. 11, 4*

3 nec] *del. Lipsius*, ei *Torr.* (*Mommsen*), et *I. F. Gronov.*, lege *O. Hirschfeld* 4 plebi.cito *Vδ*, plebis scito *GΥPO* obrogasset *edd. cum Stephano* 5 a petitione (app- *Π*[1]) *ΠRP*[2]*O*[2]*ST* 10 uaticinia *LPOSΠ*[1], uaticina *δ*, *cf. p. 11, 4* 14 ferunt *corr. ex* fuerint *M*, *corr. ex* fertur *P*, fertur *Rϱ* 16 per *om. G* 19 consulatum *Tς et sic pro u. l. ss. Π*[2] (*cf. p. 10, 24*) tempestate *V* 22 et *om. M* etiam] iam *G*

30 deretur, quoad consul fieret. uerum neque senatu interueniente et aduersariis negantibus ullam se de re publica facturos pactionem, transiit in citeriorem Galliam, conuentibusque peractis Rauennae substitit, bello uindicaturus si quid de tribunis plebis intercedentibus pro se grauius a senatu constitutum esset.

2 Et praetextum quidem illi ciuilium armorum hoc fuit; causas autem alias fuisse opinantur. Gnaeus Pompeius ita dictitabat, quod neque opera consummare, quae instituerat, neque populi expectationem, quam de aduentu suo fecerat, priuatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere
3 uoluisse. alii timuisse dicunt, ne eorum, quae primo consulatu aduersus auspicia legesque et intercessiones gessisset, rationem reddere cogeretur; cum M. Cato identidem nec sine iure iurando denuntiaret delaturum se nomen eius, simul ac primum exercitum dimisisset; cumque uulgo fore praedicarent, ut si priuatus redisset, Milonis exemplo circumpositis
4 armatis causam apud iudices diceret. quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie caesos profligatosque aduersarios prospicientem haec eum ad uerbum dixisse referens: hoc uoluerunt; tantis rebus gestis Gaius Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.
5 quidam putant captum imperii consuetudine pensitatisque suis et inimicorum uiribus usum occasione rapiendae dominationis, quam aetate prima concupisset. quod existimasse uidebatur et Cicero scribens de Officiis tertio libro ⟨*82*⟩ semper Caesarem in ore habuisse [est in Phoenissis ⟨*524*⟩: *εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι κάλλιστον ἀδίκημα· τὰ δ' ἄλλα εὐσεβεῖν χρεώ⟨ν⟩*] Euripidis uersus, quos sic ipse conuertit:

> nam si uiolandum est ius, ⟨regnandi⟩ gratia
> uiolandum est: aliis rebus pietatem colas.

---

8 alii *post* alias *add.* Q^2, *ante* alias *Burm.* 10 suo *T*, sui *MGX'* (*in T post* fecerat) *haesi an admitterem* 25 ⟨ab⟩ aetate *Duker* 26 uidetur *T* 27 est — *χρεών del. Torr. Casaub., tuetur Graevius legens cum Stephano* eos in Phoenissis Euripidis uersus . . . quos est] quod est *G*, ut est ς, istos *Turnebus damnans* in Phoenissis 28 *κάλλιστον ἀδικεῖν τἄλλα δ' Eurip.* 31 regnandi ς (*in marg. adscr.* Q^2), dominandi (*in marg. post* gratia) S^2, imperii *T*ς, regni *in aliis* ς

Cum ergo sublatam tribunorum intercessionem ipsosque 31
urbe cessisse nuntiatum esset, praemissis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moueretur, et spectaculo publico per dissimulationem interfuit et formam, qua ludum gladiatorium erat aedificaturus, considerauit et ex consuetudine conuiuio
se frequenti dedit. dein post solis occasum mulis e proximo 2
pistrino ad uehiculum iunctis occultissimum iter modico comitatu ingressus est; et cum luminibus extinctis decessisset uia, diu errabundus tandem ad lucem duce reperto per angustissimos tramites pedibus euasit. consecutusque cohortis ad Rubiconem flumen, qui prouinciae eius finis erat, paulum constitit, ac reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos: etiam nunc, inquit, regredi possumus; quod si ponticulum transierimus, omnia armis agenda erunt.
cunctanti ostentum tale factum est. quidam eximia magni- 32
tudine et forma in proximo sedens repente apparuit harundine canens; ad quem audiendum cum praeter pastores plurimi etiam ex stationibus milites concurrissent interque eos et aeneatores, rapta ab uno tuba prosiliuit ad flumen et ingenti spiritu classicum exorsus pertendit ad alteram ripam. tunc Caesar: eatur, inquit, quo deorum ostenta et inimi-
corum iniquitas uocat. iacta alea est, inquit. atque ita 33
traiecto exercitu, adhibitis tribunis plebis, qui pulsi superuenerant, pro contione fidem militum flens ac ueste a pectore discissa inuocauit. existimatur etiam equestres census pollicitus singulis; quod accidit opinione falsa. nam cum in adloquendo adhortandoque saepius digitum laeuae manus ostentans adfirmaret se ad satis faciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque aequo animo detracturum sibi, extrema contio, cui facilius erat ui-

---

2 esset *G*, s. esset *ss.* M^2, est $T'P^2O^2$ (*edd.*), fuisset *δ*, *om.* M^1VLP^1 (*uerba* nuntiatum est — moueretur *in marg. add.* O^2); *cf. Herm. 36 p. 294* 4 gladiatorum *VPOST* 11 paululum M^2ST 12 substitit *POST*, restitit *Q* 17 carens *et ss. m. 2* tuba qua caneret *M* 18 eos *om. V* 19 prosiliuit *MΠT*, -luit *rel.* 22 esto *Erasmus* (*cf. Otto, Sprichwörter p. 12*) inquit *del. Lipsius al.* 25 existimabatur *C. G. Müller* 27 adcohortandoque *T*, ex(h)ortandoque *Πς et fere edd.* 30 detractaturū *et ss.* detracturū *M* (*omnia in ras. m. 1*)

dere contionantem quam audire, pro dicto accepit, quod uisu suspicabatur; promissumque ius anulorum cum milibus quadringenis fama distulit.

34 Ordo et summa rerum, quas deinceps gessit, sic se habent. Picenum Vmbriam Etruriam occupauit et Lucio Domitio, qui per tumultum successor ei nominatus Corfinium praesidio tenebat, in dicionem redacto atque dimisso secundum Superum mare Brundisium tetendit, quo consules Pom-
2 peiusque confugerant quam primum transfretaturi. hos frustra per omnis moras exitu prohibere conatus Romam iter conuertit appellatisque de re publica patribus ualidissimas Pompei copias, quae sub tribus legatis M. Petreio et L. Afranio et M. Varrone in Hispania erant, inuasit, professus ante inter suos: ire se ad exercitum sine duce et inde reuersurum ad ducem sine exercitu. et quanquam obsidione Massiliae, quae sibi in itinere portas clauserat, summaque frumentariae rei penuria retardante breui tamen om-
35 nia subegit. hinc urbe repetita in Macedoniam transgressus Pompeium, per quattuor paene menses maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico proelio fudit et fugientem Alexandriam persecutus, ut occisum deprehendit, cum Ptolemaeo rege, a quo sibi quoque insidias tendi uidebat, bellum sane difficillimum gessit, neque loco neque tempore aequo, sed hieme anni et intra moenia copiosissimi ac sollertissimi hostis, inops ipse omnium rerum atque inparatus. regnum Aegypti uictor Cleopatrae fratrique eius minori permisit ueritus prouinciam facere, ne quandoque uiolentiorem praesidem

10 *Eutrop. VI 20, 1* urbem ingressus dictatorem se fecit. inde Hispanias petiit. ibi Pompei exercitus ualidissimos et fortissimos cum tribus ducibus, L. Afranio M. Petreio M. Varrone, superauit. 18 *id. VI 20, 3* inde regressus (reuersus *pars codd.*) in Graeciam transiit, aduersum Pompeium dimicauit. 20 *id. VI 21, 2* uictusque ad postremum Pompeius . . . fugatus Alexandriam petiit *eqs.* 22 *id. VI 22, 1* ipsi quoque Ptolemaeus parare uoluit insidias *eqs.*

1 quam *om.* M^1 2 quadrigenis M^1V (*recte L*), quadringentis *Gδ*, quadragenis $M^2T'PO$ (*in M praeterea ss. m. 2* ł quadringentis) 7 ditione *Q*, deditionem *GIIR* (*uulg.*) 11 patribus ⟨c.⟩ *Bentley* 16 summa *Q* 17 retardatus *Bentley* 20 et fugientem TT^2, effugientem *MGX'* (eff- *corr. ex* et f- *ut uid. S*) 27 ualentiorem *Polak*

nacta nouarum rerum materia esset. ab Alexandria in Sy- 2
riam et inde Pontum transiit urgentibus de Pharnace nuntiis,
quem Mithridatis Magni filium ac tunc occasione temporum
bellantem iamque multiplici successu praeferocem, intra quin-
tum quam adfuerat diem, quattuor quibus in conspectum
uenit horis, una profligauit acie; crebro commemorans Pom-
pei felicitatem, cui praecipua militiae laus de tam inbelli ge-
nere hostium contigisset. dehinc Scipionem ac Iubam reli-
quias partium in Africa refouentis deuicit, Pompei liberos
in Hispania. omnibus ciuilibus bellis nullam cladem nisi per 36
legatos suos passus est, quorum C. Curio in Africa periit,
C. Antonius in Illyrico in aduersariorum deuenit potestatem,
P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Cal-
uinus in Ponto exercitum amiserunt. ipse prosperrime sem-
per ac ne ancipiti quidem umquam fortuna praeterquam bis
dimicauit: semel ad Dyrrachium, ubi pulsus non instante
Pompeio negauit eum uincere scire, iterum in Hispania ul-
timo proelio, cum desperatis rebus etiam de consciscenda nece
cogitauit.

Confectis bellis quinquiens triumphauit, post deuictum 37
Scipionem quater eodem mense, sed interiectis diebus, et
rursus semel post superatos Pompei liberos. primum et ex-
cellentissimum triumphum egit Gallicum, sequentem Alexan-
drinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouis-
simum Hispaniensem, diuerso quemque apparatu et instru-
mento. Gallici triumphi die Velabrum praeteruehens paene 2

---

1 *Eutrop. VI 22, 3* rediens inde . . . Pharnacen Mithridatis Magni filium, qui Pompeio in auxilium apud Thessaliam fuerat, rebellantem in Ponto et multas populi Romani prouincias occupantem uicit acie. *cf. Viri ill. 78, 7* 8 *cf. Eutrop. VI 23. Viri ill. 78, 8* 16 *Eutrop. VI 20, 3* primo proelio uictus est et fugatus, euasit tamen, quia nocte interueniente Pompeius sequi noluit, dixitque Caesar nec Pompeium scire uincere et illo tantum die se potuisse superari. *VI 24* ultimum (*proelium*) apud Mundam ciuitatem, in quo adeo Caesar paene uictus est, ut fugientibus suis se uoluerit occidere.

---

1 materiesset (a *ss.*) *M*, *inde* materies esset *Salmasius* 3 hac *MVS*² 4 rebellantem *Bentley cum Eutropio recte puto* 7 tam bellicoso *G* 8 ac] et *G* 9 in *om. G* africa (affr-) *Υ′O*², -am *rel.* 10 in *post* omnibus *ss. M*² 20 quinquiens *V*, quinquies quinquenni *M* (*inde* quinquennio *δ*, in biennio *Burm.*, unoque anno *Oud.*), quinquies *rel.*

curru excussus est axe diffracto ascenditque Capitolium ad
lumina quadraginta elephantis dextra sinistraque lychnuc⟨h⟩os
gestantibus. Pontico triumpho inter pompae fercula trium
uerborum praetulit titulum VENI·VIDI·VICI non acta belli
significantem sicut ceteris, sed celeriter confecti notam.
38 ueteranis legionibus praedae nomine in pedites singulos super
bina sestertia, quae initio ciuilis tumultus numerauerat, ui-
cena quaterna milia nummum dedit. adsignauit et agros, sed
non continuos, ne quis possessorum expelleretur. populo
praeter frumenti denos modios ac totidem olei libras tre-
cenos quoque nummos, quos pollicitus olim erat, uiritim di-
2 uisit et hoc amplius centenos pro mora. annuam etiam ha-
bitationem Romae usque ad bina milia nummum, in Italia non
ultra quingenos sestertios remisit. adiecit epulum ac uisce-
rationem et post Hispaniensem uictoriam duo prandia; nam
cum prius parce neque pro liberalitate sua praebitum in-
39 dicaret, quinto post die aliud largissimum praebuit. edidit
spectacula uarii generis: munus gladiatorium, ludos etiam
regionatim urbe tota et quidem per omnium linguarum histri-
ones, item circenses athletas naumachiam. munere in foro
depugnauit Furius Leptinus stirpe praetoria et Q. Calpenus
senator quondam actorque causarum. pyrricham saltauerunt
2 Asiae Bithyniaeque principum liberi. ludis Decimus Laberius
eques Romanus mimum suum egit donatusque quingentis se-
stertiis et anulo aureo sessum in quattuordecim ⟨e⟩ scaena
per orchestram transiit. circensibus spatio circi ab utraque
parte producto et in gyrum euripo addito quadrigas bigasque
et equos desultorios agitauerunt nobilissimi iuuenes. Troiam
3 lusit turma duplex maiorum minorumque puerorum. uena-
tiones editae per dies quinque ac nouissime pugna diuisa in

---

2 limina M^2 XL *GX* dextra sinistraque *G*ς, dextraque sinistra (et s. *T*) *MX'*, dextraque sinistraque O^2, dextra atque sinistra *Υϑ* (*edd.*) lychnos ς 3 fericula *Υ* 5 ceteri ς 7 in equites *ante* uicena *add.* *Υ'*P^2 (*inde* uicena, in equites quadragena *Casaub.*) 8 quaterna (quater O^1, *om.* ς?) *del. I. F. Gronov.* 14 ac] ad *Υ* 18 exspectacula *M* (*inde* et sp. *I. Gronov.*) 21 *Φόλουιος Σεπῖνος Dio 43, 23* 23 principium *M* 24 eques Romanus (-nōs *M*) *del. Kraffert* est *post* donatusque *add.* *ΥT* 25 ⟨e⟩ *Turnebus* 26 per orchestram *om.* *G* 29 minorumque *GΥ'*$P^2$$O^2$, minorum *rel.* puerum *M*

duas acies, quingenis peditibus, elephantis uicenis, tricenis
equitibus hinc et inde commissis. nam quo laxius dimicare-
tur, sublatae metae inque earum locum bina castra exaduer-
sum constituta erant. athletae stadio ad tempus extructo
regione Marti campi certauerunt per triduum. nauali proe- 4
lio in minore Codeta defosso lacu biremes ac triremes qua-
driremesque Tyriae et Aegyptiae classis magno pugnatorum
numero conflixerunt. ad quae omnia spectacula tantum un-
dique confluxit hominum, ut plerique aduenae aut inter uicos
aut inter uias tabernaculis positis manerent, ac saepe prae
turba elisi exanimatique sint plurimi et in his duo senatores.

Conuersus hinc ad ordinandum rei publicae statum fastos **40**
correxit iam pridem uitio pontificum per intercalandi licen-
tiam adeo turbatos, ut neque messium feriae aestate neque
uindemiarum autumno conpeterent; annumque ad cursum so-
lis accommodauit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum
esset et intercalario mense sublato unus dies quarto quoque
anno intercalaretur. quo autem magis in posterum ex Ka- 2
lendis Ianuariis nouis temporum ratio congrueret, inter No-
uembrem ac Decembrem mensem interiecit duos alios; fuit-
que is annus, quo haec constituebantur, quindecim mensium
cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum incide-
rat. senatum suppleuit, patricios adlegit, praetorum aedilium **41**
quaestorum, minorum etiam magistratuum numerum amplia-
uit; nudatos opere censorio aut sententia iudicum de ambitu
condemnatos restituit. comitia cum populo partitus est, ut 2
exceptis consulatus conpetitoribus de cetero numero candi-
datorum pro parte dimidia quos populus uellet pronuntiaren-
tur, pro parte altera quos ipse dedisset. et edebat per li-
bellos circum tribum missos scriptura breui: Caesar dicta-

---

1 trecenis *Bentley* 3 exaduerso *X′Q* 5 in regione *Υ′P²O²* 6 minori *T*, morem *Υ* cocleta *G*, cocleę *Υ* (codeę *Q¹*) 7 triae *M* classes *GXδ* 14 (a)estati *XΠ² et pars edd.* 19 nouis *Ursinus*, nobis *Ω* 20 ac] et *X′ϱ* 25 notatos *G* censorios *Υ′*, censores *O²* senentia *M*, seuitia *POST et sic pro u. l. ss. L²* 26 comitiam *Mδ*, comitium *G* 28 renuntiarentur *Lipsius* 29 edidisset *Stephanus* et *om. M* 30 cuique tribui *edd. Rom. al.*, circum tribus *aliae ueteres (uelut Ven. 1510) et rec.* (tributim circummissos *coni. Bentley*)

tor illi tribui. commendo uobis illum et illum, ut
uestro suffragio suam dignitatem teneant. admisit ad
honores et proscriptorum liberos. iudicia ad duo genera iudi-
cum redegit, equestris ordinis ac senatorii; tribunos aerarios,
quod erat tertium, sustulit.

3 Recensum populi nec more nec loco solito, sed uicatim
per dominos insularum egit atque ex uiginti trecentisque
milibus accipientium frumentum e publico ad centum quin-
quaginta retraxit; ac ne qui noui coetus recensionis causa
moueri quandoque possent, instituit, quotannis in demor-
tuorum locum ex iis, qui recensi non essent, subsortitio a
42 praetore fieret. octoginta autem ciuium milibus in transma-
rinas colonias distributis, ut exhaustae quoque urbis frequen-
tia suppeteret, sanxit, ne quis ciuis maior annis uiginti mi-
norue †decem, qui sacramento non teneretur, plus triennio
continuo Italia abesset, neu qui senatoris filius nisi con-
tubernalis aut comes magistratus peregre proficisceretur; neue
ii, qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum in-
genuorum inter pastores haberent. omnisque medicinam Ro-
mae professos et liberalium artium doctores, quo libentius et
ipsi urbem incolerent et ceteri adpeterent, ciuitate donauit.
2 de pecuniis mutuis disiecta nouarum tabularum expectatione,
quae crebro mouebatur, decreuit tandem, ut debitores credi-
toribus satis facerent per aestimationem possessionum, quanti
quasque ante ciuile bellum comparassent, deducto summae
aeris alieni, si quid usurae nomine numeratum aut per-
scriptum fuisset; qua condicione quarta pars fere crediti de-
3 peribat. cuncta collegia praeter antiquitus constituta distraxit.
poenas facinorum auxit; et cum locupletes eo facilius scelere
se obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas,

1 tribui ⟨s(alutem)⟩ *Boot*   4 redigit *M*, genuit *G*   ac] et *X′*, aut *δ*   7 domos *G*   9 detraxit *Bentley*   10 instituit ⟨ut⟩ *Polak*   11 recensiti HRP^2O^2ST (*uulg.*)   12 tramarinas LP^1OS 13 urbi *Sabellicus*   15 decem (x *GT*) *Ω*, quadraginta *ed. Basil. 1533* (*cod. Tornac. teste Torr.*) *recte ut uidetur*, LX *Casaub.*, L *Oud.*   16 qui *M*, quis *rel.* (*uulg.*)   17 peregre *om. G*   25 deducto summa LP^1, deducta summa $T'P^2O$, deducto a (*uel* de *uel* e) summa *Scriverius* (*Ursin. Oud.*)   27 fere $GT'P^2O^2$ (*in T ante* quarta), fieret $MVLP^1O^1\delta$ 28 detraxit (e *in ras.*) *II*, destruxit *Lipsius*   30 exularent *Lς*

ut Cicero ⟨*frg. inc. I 19*⟩ scribit, bonis omnibus, reliquos
dimidia parte multauit. ius laboriosissime ac seuerissime **43**
dixit. repetundarum conuictos etiam ordine senatorio mouit.
diremit nuptias praetorii uiri, qui digressam a marito post
biduum statim duxerat, quamuis sine probri suspicione. pere-
grinarum mercium portoria instituit. lecticarum usum, item
conchyliatae uestis et margaritarum nisi certis personis et
aetatibus perque certos dies ademit. legem praecipue sum- 2
ptuariam exercuit dispositis circa macellum custodibus, qui
obsonia contra uetitum retinerent deportarentque ad se, sub-
missis nonnumquam lictoribus atque militibus, qui, si qua
custodes fefellissent, iam adposita e triclinio auferrent.

Nam de ornanda instruendaque urbe, item de tuendo **44**
ampliandoque imperio plura ac maiora in dies destinabat:
in primis Martis templum, quantum nusquam esset, extruere
repleto et conplanato lacu, in quo naumachiae spectaculum
ediderat, theatrumque summae magnitudinis Tarpeio monti
accubans; ius ciuile ad certum modum redigere atque ex 2
immensa diffusaque legum copia optima quaeque et neces-
saria in paucissimos conferre libros; bibliothecas Graecas La-
tinasque quas maximas posset publicare data Marco Varroni
cura comparandarum ac digerendarum; siccare Pomptinas pa- 3
ludes; emittere Fucinum lacum; 'uiam munire a mari Supero
per Appennini dorsum ad Tiberim usque; perfodere Isthmum;
Dacos, qui se in Pontum et Thraciam effuderant, coercere;
mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem nec nisi
ante expertos adgredi proelio.

Talia agentem atque meditantem mors praeuenit. de 4

---

13 *Einhard. 18* talem eum in tuendo et ampliando simulque ornando regno fuisse constat. *cf ad Aug. 61* 18 *cf. Isid. orig. V 1, 5* 20 *cf. Isid. orig. VI 5, 1* (*Suet. ed. Reiff. p. 130*)

---

3 remouit *G* 6 item *om.* LP^1O^1 10 ⟨petita⟩ *post* uetitum *add. Polak*, ⟨uendentium⟩ *Bücheler*, ⟨proposita⟩ *ego* (*Herm. 36 p. 294*) 12 adposita e] adposite *M*, apposita *LPOδ* 13 Nam] Iam ς, *del. C. Nägler* 14 in dies *om.* LP^1O 15 Marti *Bentley* 16 qua *M* 19 copia legum *G* 20 Graecam Latinamque *Gruter.* (*Casaub.*) 21 quam *Egnatius*, *uel* quantas *Torr.* (*Erasmus*) 22 promptinas *MGT* (*in G praecedit* Siccinas *pro* siccare), pontinas *T* 23 fulcinum *T* Supero per] super opera *Qε*, super *Xδ* 27 exploratos *Polak* 28 gerentem *G*

qua prius quam dicam, ea quae ad formam et habitum et cul-
tum et mores, nec minus quae ad ciuilia et bellica eius
studia pertineant, non alienum erit summatim exponere.

45 Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus
membris, ore paulo pleniore, nigris uegetisque oculis, uali-
tudine prospera, nisi quod tempore extremo repente animo
linqui atque etiam per somnum exterreri solebat. comitiali
2 quoque morbo bis inter res agendas correptus est. circa
corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter
ac raderetur, sed uelleretur etiam, ut quidam exprobrauerunt,
caluitii uero deformitatem iniquissime ferret saepe obtrecta-
torum iocis obnoxiam expertus. ideoque et deficientem ca-
pillum reuocare a uertice adsueuerat et ex omnibus decretis
sibi a senatu populoque honoribus non aliud aut recepit
aut usurpauit libentius quam ius laureae coronae perpetuo
gestandae.

3 Etiam cultu notabilem ferunt: usum enim lato clauo ad
manus fimbriato nec umquam aliter quam ⟨ut⟩ super eum
cingeretur, et quidem fluxiore cinctura; unde emanasse Sullae
dictum optimates saepius admonentis, ut male praecinctum
46 puerum cauerent. habitauit primo in Subura modicis aedi-
bus, post autem pontificatum maximum in Sacra uia domo
publica. munditiarum lautitiarumque studiosissimum multi
prodiderunt: uillam in Nemorensi a fundamentis incohatam
magnoque sumptu absolutam, quia non tota ad animum ei
responderat, totam diruisse, quanquam tenuem adhuc et ob-
aeratum; in expeditionibus tessellata et sectilia pauimenta
47 circumtulisse; Britanniam petisse spe margaritarum, quarum
amplitudinem conferentem interdum sua manu exegisse pon-

5 *cf. Einhard. 22* (*u. ad Tib. 68 et Claud. 31*)

3 pertinent *G* 9 non solum non *G* diligenter ac raderetur *om. T* 11 ferre *G* S^2 *Π* R^1, ferebat *T N ρ δ*, tulit R^2 13 a *om. G* ad uerticem ς (*saec. XIII*) consueuerat *H P O T N* (ass- *rel. praeter M*) 17 usque ad manus *H*, at minus *Q* ε, ad amussim *et tum* striato *Ernst Schulze* 18 ut *om. M G R X'* (*Ω*), *post* nec *add. Π Q* ε (*edd.*), *ante* nec *Gujetus*, *post* quam *Bentley* 19 manasse *Casaub.*, et manasse *Bentley* 20 puerum male praecinctum *H*, *cf. Macrob. sat. II 3, 9* 24 nemorensiam fund. *M δ* 25 nota *T*, † tota *ss. in R*

dus; gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper
animosissime comparasse; seruitia rectiora politioraque in-
menso pretio, et cuius ipsum etiam puderet, sic ut rationi-
bus uetaret inferri; conuiuatum assidue per prouincias duo- **48**
bus tricliniis, uno quo sagati palliatiue, altero quo togati
cum inlustrioribus prouinciarum discumberent. domesticam
disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo se-
uereque rexit, ut pistorem alium quam sibi panem conuiuis
subicientem compedibus uinxerit, libertum gratissimum ob
adulteratam equitis Romani uxorem, quamuis nullo querente,
capitali poena adfecerit.

Pudicitiae eius famam nihil quidem praeter Nicomedis **49**
contubernium laesit, graui tamen et perenni obprobrio et ad
omnium conuicia exposito. omitto Calui Licini ⟨*FPR p. 322*⟩
notissimos uersus:

> Bithynia quicquid
> et p[r]edicator Caesaris umquam habuit.

praetereo actiones Dolabellae et Curionis patris, in quibus
eum Dolabella p⟨a⟩elicem reginae, spondam interiorem regiae
lecticae, at Curio stabulum Nicomedis et Bithynicum forni-
cem dicunt. missa etiam facio edicta Bibuli, quibus pro-
scripsit collegam suum Bithynicam reginam, eique antea
regem fuisse cordi, nunc esse regnum. quo tempore, ut Mar-
cus Brutus refert, Octauius etiam quidam ualitudine mentis
liberius dicax conuentu maximo, cum Pompeium regem ap-
pellasset, ipsum reginam salutauit. sed C. Memmius etiam
ad cyathum †et ui Nicomedi stetisse obicit, cum reliquis
exoletis, pleno conuiuio, accubantibus nonnullis urbicis negotia-

---

2 rectiora δς *et sic corr. V in marg. m. 1*, retiora $MVLP^1O^1$, recentiora (ret- P^2) $T'P^2O^2$, preciosiora *G*, decentiora *Lipsius*, teretiora *Heinsius*, erectiora *B.-Crus.* (*Madvig*) 3 ipsum TP^2O^2T, ipse *rel., quod defendi liceat* ipse *post* ut *iterat G* 6 prouincialium *Halbertsma* 7 paruis ⟨pariter⟩ *Bentley* 16 bithinię *X* 17 p̄dicator (pre- *S*) *Ω, corr. saec. XV* (*primum legi in ed. anonyma [a. 1472?] et Mediol. a. 1475*) 20 ad *M*, ac *POT* (*Roth*), at aut *ss.* $Π^2$ 22 bithinicam *T* (c *in R ss.*), bithyniam (bythy- *M*, bithi- *GX*) *MGX'*, Bithynam *Bentley fort. rectius* 23 corde M^1 27 et ui $MVL^2δ$, et in L^1, *quattuor litt. erasae in P, om.* $O^1ς$ (*Torr.*), et uina *G*, et uinum $T'O^2$ (*edd.*), eum *Salmasius* (*cf. Herm. 40 p. 187*) cum rel. exoletis *om. G*

3 toribus, quorum refert nomina. Cicero uero non contentus in quibusdam epistulis ⟨*inc. frg. E XVIII 5*⟩ scripsisse a satellitibus eum in cubiculum regium eductum in aureo lecto ueste purpurea decubuisse floremque aetatis a Venere orti in Bithynia contaminatum, quondam etiam in senatu defendenti ei Nysae causam, filiae Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti: remoue, inquit, istaec, oro te, quando notum est, et quid ille tibi et quid illi tute dederis.
4 Gallico denique triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam illud ⟨*FPR p. 330*⟩ uulgatissimum pronuntiauerunt:

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem:
ecce Caesar nunc triumphat qui subegit Gallias,
Nicomedes non triumphat qui subegit Caesarem.

50 pronum et sumptuosum in libidines fuisse constans opinio est, plurimasque et illustres feminas corrupisse, in quibus Postumiam Serui Sulpici[i], Lolliam Auli Gabini, Tertullam Marci Crassi, etiam Cn. Pompei Muciam. nam certe Pompeio et a Curionibus patre et filio et a multis exprobratum est, quod cuius causa post tres liberos exegisset uxorem et quem gemens Aegisthum appellare consuesset, eius postea
2 filiam potentiae cupiditate in matrimonium recepisset. sed ante alias dilexit Marci Bruti matrem Seruiliam, cui et proximo suo consulatu sexagiens sestertium margaritam mercatus est et bello ciuili super alias donationes amplissima praedia ex auctionibus hastae minimo addixit; cum quidem plerisque uilitatem mirantibus facetissime Cicero: quo melius, inquit, emptum sciatis, tertia deducta; existimabatur enim Seruilia etiam filiam suam Tertiam Caesari con-

3 deductum *G* ς 4 ortum *G*, ortę (-e *T*) *X* 13 *habent uersum mihi suspectum* $T'O^2$ ς, *om.* $MHGVLPO^1\delta$ 14 *post hunc uersum* Et quare triumphat cęsar qui subegit gallias nicomedes non triumphat qui subegit cęsarem *add. Q, item* ε *in marg.* 17 postuminam *MVPOS*δ 22 recepisse *M*δ (*sic Bentley delens* quod *l. 20*) 23 repetisset *post* alias *add.* *MG*δ (*u. l. pro* recepisset *in* ε, antequam *pro* ante *interpolauit* δ) et *om.* S^1, in P^2S^2OT 24 primo *Torr.* (*Roth*) sestertium (-cium) Ω (*tuetur omnibus locis Howard, Harvard stud. VII 210 sqq.*), sestertio ς (*I.F.Gronov.*); *cf. Aug. 30. 41 Tib. 48 Cal. 38 Cl. 6 Ner. 27 Vesp. 19* 26 hasta e *Q*δ, hastę e *H*, hastęc *R*, hausta (aucta O^1) e *X* (*corr.* P^2) adduxit *X* (*corr.* P^2) 28 est *post* deducta *add.* $T'P^2O$ (*cf. Macrob. sat. II 2, 5*)

ciliare. ne prouincialibus quidem matrimoniis abstinuisse uel 51
hoc disticho ⟨*FPR p. 330*⟩ apparet iactato aeque a militibus
per Gallicum triumphum:

urbani, seruate uxores: moechum caluom adducimus.
aurum in Gallia effutuisti, hic sumpsisti mutuum.

dilexit et reginas, inter quas Eunoen Mauram Bogudis uxo- 52
rem, cui maritoque eius plurima et immensa tribuit, ut Naso
scripsit; sed maxime Cleopatram, cum qua et conuiuia in
primam lucem saepe protraxit et eadem naue thalamego
paene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit, nisi exercitus
sequi recusasset, quam denique accitam in urbem non nisi
maximis honoribus praemiisque auctam remisit filiumque na-
tum appellare nomine suo passus est. quem quidem nonnulli 2
Graecorum similem quoque Caesari et forma et incessu tra-
diderunt. M. Antonius adgnitum etiam ab eo senatui ad-
firmauit, quae scire C. Matium et C. Oppium reliquosque
Caesaris amicos; quorum Gaius Oppius, quasi plane defen-
sione ac patrocinio res egeret, librum edidit, non esse Cae-
saris filium, quem Cleopatra dicat. Heluius Cinna tr. pl. 3
plerisque confessus est habuisse se scriptam paratamque le-
gem, quam Caesar ferre iussisset cum ipse abesset, uti uxores
liberorum quaerendorum causa quas et quot uellet ducere liceret.
at ne cui dubium omnino sit et impudicitiae et adulteriorum
flagrasse infamia, Curio pater quadam eum oratione omnium
mulierum uirum et omnium uirorum mulierem appellat.

Vini parcissimum ne inimici quidem negauerunt. Marci 53
Catonis est: unum ex omnibus Caesarem ad euerten-

8 *cf. Eutrop. VI 22, 3*

4 caluom *Roth*, caluon *MGV*, caluum *rel.* 5 auro *et tum* stuprum emisti *pro* effutuisti (effudisti L^3 ς) *ΠR* gallia *Υ'*, galliam *rel.*, Galliis *Gujetus* mutuom *Bährens* 7 ut *om. V* Naso ς (*Mancinellus*), uasa *corr. ex* uasu *ut uid. M* (*priores* uasta *exceperant*), uasa *X'Υ*, uasas *G* 9 thalamoque $Υ'P^2O^2L^3$ 12 praemisque *Roth* 13 ⟨e⟩ nomine *Modd.* 16 quae (que *per compend. M et plerique*, quae *QR*) scire] scireque *Glareanus*, ⟨id⟩que scire *Modd.* appium *M* 19 de cleopatra dicant *Υ* 21 ut ⟨e⟩i *Bücheler* 22 quas] quos *LPO*, quas quis *Oud.* uellent *X*, uellet quis *ϱ* 23 at (ad *M*) *Ω*, atque (ς) *uel* ac *fere edd.* eum *post* impudicitiae *add. Υ* 27 Verbum *ante* Marci *add.* $Υ'P^2N$, *post* est O^2 (*cf. Quint. inst. VIII 2, 9*)

dam rem publicam sobrium accessisse. nam circa
uictum Gaius Oppius adeo indifferentem docet, ut quondam
ab hospite conditum oleum pro uiridi adpositum aspernan-
tibus ceteris solum etiam largius appetisse scribat, ne hospi-
tem aut neglegentiae aut rusticitatis uideretur arguere. ab-
stinentiam neque in imperiis neque in magistratibus prae-
54 stitit. ut enim quidam monumentis suis testati sunt, in Hi-
spania pro consule et a sociis pecunias accepit emendicatas in
auxilium aeris alieni et Lusitanorum quaedam oppida, quan-
quam nec imperata detrectarent et aduenienti portas pate-
2 facerent, diripuit hostiliter. in Gallia fana templaque deum
donis referta expilauit, urbes diruit saepius ob praedam quam
ob delictum; unde factum, ut auro abundaret ternisque mili-
bus nummum in libras promercale per Italiam prouinciasque
3 diuenderet. in primo consulatu tria milia pondo auri furatus
e Capitolio tantundem inaurati aeris reposuit. societates ac
regna pretio dedit, ut qui uni Ptolemaeo prope sex milia
talentorum suo Pompeique nomine abstulerit. postea uero
euidentissimis rapinis ac sacrilegis et onera bellorum ciuilium
et triumphorum ac munerum sustinuit impendia.

55 Eloquentia militarique re aut aequauit praestantissimo-
rum gloriam aut excessit. post accusationem Dolabellae haud
dubie principibus patronis adnumeratus est. certe Cicero ad
Brutum ⟨*261*⟩ oratores enumerans negat se uidere, cui de-
beat Caesar cedere, aitque eum elegantem, splendidam quo-
que atque etiam magnificam et generosam quodam modo
rationem dicendi tenere; et ad Cornelium Nepotem ⟨*epist. frg.*
2 *II 4*⟩ de eodem ita scripsit: quid? oratorem quem huic
antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? quis sen-
tentiis aut acutior aut crebrior? quis uerbis aut
ornatior aut elegantior? genus eloquentiae dum taxat

4 dicat appetisse (*om.* scribat) *T* 8 proconsule *V*, proconsul *MGLPO*[1], a (ac ϱ) proconsule *T O*[2] et a] ex *G* 13 milibus militib: *M* 15 diuideret *L* ς 19 onere (ho- *T*) *MGPOT*δ 21 militarique re *Lipsius* (ς?), militari (mirabili *N*) quare (quare *om.* *G* ς) *Ω*, militari quoque re ς, militarique arte *Heinsius* 25 atque *X* (*non T*) 26 quondam moderationem *G* 28 quem *corr. ex* quid *deleto altero* quem *L*[2] oratorum *T L*[2] (*edd.*), Quis orator ē quem *interpolauit* δ 29 qui] quid *M*[1] quis] qui *M*, quid *S*[1], *om.* *Π*[1]

adulescens adhuc Strabonis Caesaris secutus uidetur, cuius
etiam ex oratione, quae inscribitur pro Sardis, ad uerbum
nonnulla transtulit in diuinationem suam. pronuntiasse autem
dicitur uoce acuta, ardenti motu gestuque, non sine uenustate.
orationes aliquas reliquit, inter quas temere quaedam ferun- 3
tur. pro Quinto Metello non immerito Augustus existimat
magis ab actuaris exceptam male subsequentibus uerba di-
centis, quam ab ipso editam; nam in quibusdam exemplari-
bus inuenio ne inscriptam quidem pro Metello, sed quam
scripsit Metello, cum ex persona Caesaris sermo sit Me-
tellum seque aduersus communium obtrectatorum criminatio-
nes purgantis. apud milites quoque in Hispania idem 4
Augustus uix ipsius putat, quae tamen duplex fertur: una
quasi priore habita proelio, altera posteriore, quo Asinius
Pollio ne tempus quidem contionandi habuisse eum dicit
subita hostium incursione. reliquit et rerum suarum com- 56
mentarios Gallici ciuilisque belli Pompeiani. nam Alexandrini
Africique et Hispaniensis incertus auctor est: alii Oppium
putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli nouissimum im-
perfectumque librum suppleuerit. de commentariis Caesaris
Cicero in eodem Bruto ⟨*262*⟩ sic refert: commentarios 2
scripsit ualde quidem probandos: nudi sunt, recti et
uenusti, omni ornatu orationis tamquam ueste de-
tracta; sed dum uoluit alios habere parata, unde su-
merent qui uellent scribere historiam, ineptis gra-
tum fortasse fecit, qui illa uolent calamistris inurere,
sanos quidem homines a scribendo deterruit. de isdem 3
commentariis Hirtius ⟨*bell. Gall. VIII pr.*⟩ ita praedicat: adeo
probantur omnium iudicio, ut praerepta, non prae-
bita facultas scriptoribus uideatur. ⟨cuius tamen rei

---

1 adolescentis *T* (*non* ϱ) 6 quae (*uel* que) *post* metello *add.* $T'P^2$ existimabat Π^1, *et sic coni. C. G. Müller* 7 acturis *G*, actuariis (auct- *ΠR*) *XT* excepta $T'O^2$ 8 edita *T'O* 10 scripsit *om. L* (quam scripsit *suspecta Torrentio*) Metellus *Modd.* 13 uix] orationem esse (*in rasura O*, o. esse uix *T*) $T'P^2O^2$ 18 Oppium putant alii *om. V* 19 nouissimum librum imperfectum *Polak* 20 suppleuit *C. G. Müller* Caesaris *om. T* 23 quasi *G* 30 *lacuna, si modo fuit, expleta ex Hirtio in* ϛ, *in O margini adscripsit m. recens*, ⟨alii enim quam eleganter⟩ ϱ

maior nostra quam reliquorum est admiratio; ceteri enim, quam bene atque emendate,⟩ nos etiam, quam
4 facile atque celeriter eos perscripserit, scimus. Pollio Asinius parum diligenter parumque integra ueritate compositos putat, cum Caesar pleraque et quae per alios erant gesta temere crediderit et quae per se, uel consulto uel etiam memoria lapsus perperam ediderit; existimatque rescripturum
5 et correcturum fuisse. reliquit et de analogia duos libros et Anticatones totidem ac praeterea poema quod inscribitur Iter. quorum librorum primos in transitu Alpium, cum ex citeriore Gallia conuentibus peractis ad exercitum rediret, sequentes sub tempus Mundensis proelii fecit; nouissimum, dum ab urbe in Hispaniam ulteriorem quarto et uicensimo
6 die peruenit. epistulae quoque eius ad senatum extant, quas primum uidetur ad paginas et formam memorialis libelli conuertisse, cum antea consules et duces non nisi transuersa charta scriptas mitterent. extant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus, in quibus, si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, id est sic structo litterarum ordine, ut nullum uerbum effici posset: quae si qui inuestigare et persequi uelit, quartam elementorum litteram,
7 id est D pro A et perinde reliquas commutet. feruntur et †aituero ab adulescentulo quaedam scripta, ut Laudes Herculis, tragoedia Oedipus, item Dicta collectanea: quos omnis libellos uetuit Augustus publicari in epistula, quam breuem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegauerat, misit.

57 Armorum et equitandi peritissimus, laboris ultra fidem

---

3 praescripserit *MGPTδ*, perfecerit *Hirtius* 5 cum] cui *MGδ* 7 perpetrata *G* ediderat *X* (et quae per se *usque* ediderit *om. Q*) 9 Anticatonis *C. G. Müller* 10 iter] inter *M* 13 quarto] septimo *Casaub.* 15 primus *Torr. Ursinus fort. recte*, primus is *Casaub.* 19 proferenda (pre- *T*) *Xδ* stricto *G* 20 qui *MGVL*, quis *rel. et edd.* 21 uelit ϱ (*Ernesti*), uellet Ω, uolet *Stephanus* (*Roth*) 22 et (et *om. δ*) aituero ab *Mδ*, et ait 'vero ab (*et in marg.* 'q̄) *V*, et a puero ab *R*, et a puero et ab *ΠQε et multi* ς (*edd.*), uero ab *LSO*², uero *T*, et ab *G*, ab *PO*¹, uero et ab ς (*Oud.*), ut ait Varro ab (*uel* et ab) *Bentley*, ut ait Q. Tubero ab *Reifferscheid*, et a Q. Tuberone ab *Modd.*, et a puero aut *Iernstedt* (*cf. Herm. 40 p. 188*) 24 oedipi (*uel* -ppi) *XΠR* 28 et *om.* *MVL*¹*P*¹*O*¹ (equitandique *L*³ς), *cf. Tit.* 3

patiens erat. in agmine nonnumquam equo, saepius pedibus
anteibat, capite detecto, seu sol seu imber esset; longissimas
uias incredibili celeritate confecit, expeditus, meritoria raeda,
centena passuum milia in singulos dies; si flumina moraren-
tur, nando traiciens uel innixus inflatis utribus, ut persaepe
nuntios de se praeuenerit. in obeundis expeditionibus du- 58
bium cautior an audentior, exercitum neque per insidiosa
itinera duxit umquam nisi perspeculatus locorum situs, ne-
que in Britanniam transuexit, nisi ante per se portus et
nauigationem et accessum ad insulam explorasset. at idem
obsessione castrorum in Germania nuntiata per stationes ho-
stium Gallico habitu penetrauit ad suos. a Brundisio Dyrra- 2
chium inter oppositas classes hieme transmisit cessantibus-
que copiis, quas subsequi iusserat, cum ad arcessendas fru-
stra saepe misisset, nouissime ipse clam noctu paruulum
nauigium solus obuoluto capite conscendit, neque aut quis
esset ante detexit aut gubernatorem cedere aduersae tem
pestati passus est quam paene obrutus fluctibus. ne religione 59
quidem ulla a quoquam incepto absterritus umquam uel re-
tardatus est. cum immolanti aufugisset hostia, profectionem
aduersus Scipionem et Iubam non distulit. prolapsus etiam
in egressu nauis uerso ad melius omine: teneo te, inquit,
Africa. ad eludendas autem uaticinationes, quibus felix et
inuictum in ea prouincia fataliter Scipionum nomen fere-
batur, despectissimum quendam ex Corneliorum genere, cui
ad opprobrium uitae Saluitoni cognomen erat, in castris se-
cum habuit.

Proelia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat 60
ac saepe ab itinere statim, interdum spurcissimis tempesta-
tibus, cum minime quis moturum putaret; nec nisi tempore

---

3 uelocitate *et* expedib(us) *G* raeda *M* Q^1, rheda (rhe- *L*) *VLΠ*Q^2, reda *rel.* 8 praespeculatus *Q* (*sic uoluerunt Bentley al.*), perspeculatos *XNδ* 9 nisi ⟨ut⟩ *Modd.* per se *del. L. Tross; coniecerunt* praeter, per suos, persaepe, ipse; *audacius* per ⟨Volu⟩se⟨num⟩ portubus et nauigatione et accessu . . . exploratis *Polak* 14 accersendas *Ω* 20 immolati *MV* 26 probrum *G* saluitem L^1, salutioni ς 28 destinatos *V*, ⟨ex⟩ destinato *Burm* set ex *M*, sed $Π^1$ (*Burm.*), sed et *uel* sed ⟨et⟩ ex *Bentley* 30 speraret *Π*ς (*uulg.*)

extremo ad dimicandum cunctatior factus est, quo saepius uicisset, hoc minus experiendos casus opinans nihilque se tantum adquisiturum uictoria, quantum ⟨. . . . .⟩ hostem fudit, quin castris quoque exueret: ita [ut] nullum spatium perterritis dabat. ancipiti proelio equos dimittebat et in primis suum, quo maior permanendi necessitas imponeretur auxilio fugae erepto.
61 utebatur autem equo insigni, pedibus prope humanis et in modum digitorum ungulis fissis, quem natum apud se, cum haruspices imperium orbis terrae significare domino pronuntiassent, magna cura aluit nec patientem sessoris alterius primus ascendit; cuius etiam instar pro aede Veneris Gene-
62 tricis postea dedicauit. inclinatam aciem solus saepe restituit obsistens fugientibus retinensque singulos et contortis faucibus conuertens in hostem et quidem adeo plerumque trepidos, ut aquilifer[o] moranti se cuspide sit comminatus,
63 alius in manu detinentis reliquerit signum. non minor illa constantia eius, maiora etiam indicia fuerint. post aciem Pharsalicam cum praemissis in Asiam copiis per angustias Hellesponti uectoria nauicula traiceret, L. Cassium partis aduersae cum decem rostratis nauibus obuium sibi neque refugit et comminus tendens, ultro ad deditionem hortatus,
64 supplicem ad se recepit. Alexandriae circa oppugnationem pontis eruptione hostium subita conpulsus in scapham pluri-

---

1 cunctantior *V* 3 quantum] quam cum *GT* quantum ⟨auferre calamitas posset. nullum umquam⟩ hostem *uulgo explent cum* ς, quantum hostem perditurum. Sepe postquam hostem fudit non cessabat priusquam castris *temptauit* ϱ 4 fūdiṭ *S* (*m. 1*) quin GTQ^2, qui in *rel.* (*Ω*), quem non ς, qui non *et tum* exueretur *Oud.* 5 ita (adeo ϱ) nullum — dabat *ΠQϱ*, ita ut nullum (nullum ut *R*) — dabat *MX'R*, ita ut nullum — daret *Gδ* 6 dimisit *G* 12 *ascendit (a *corr. ex* e) *M*, scandit *H*, escendit *Graevius* (*cf. Tit.* 4) 15 in hostem conuertens *G* 16 aquilifero *Ω*, *corr. Egnatius* demoranti *Oud.*, remoranti *Bücheler* se *M*, secus $G\Pi RP^2ST\delta$, *om.* VLP^1OQ 17 retinentis *Burm.* minor $MGVLP^1O^1\delta$ (*Ω*), minora $\Upsilon'P^2O^2$ (*edd.*) 18 constantia $MGVLPO^1R\delta$ (*Ω*), constantiae ΠQO^2ST (*edd.*) maiora etiam MVP^1O^1, etiam maiora *G*, quam maiora etiam *L* (quin m. e. *Oud.*), immo maiora etiam $\Upsilon'P^2O^2$ (*edd.*), cuius eciam maiora *δ*, *del. Torr.* fuerunt $G\Upsilon P^2T\delta$ 20 uictoria *P*, uictor *Υ* lucium *G*, Gaium *Xylander*, Longinum *Oud.* 21 rotratis *et* ouium *M*

bus eodem praecipitantibus, cum desilisset in mare, nando per ducentos passus euasit ad proximam nauem, elata laeua, ne libelli quos tenebat madefierent, paludamentum mordicus trahens, ne spolio poteretur hostis.

Militem neque a moribus neque a fortuna probabat, sed 65
tantum a uiribus tractabatque pari seueritate atque indulgentia. non enim ubique ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coercebat: tum maxime exactor grauissimus disciplinae, ut neque itineris neque proelii tempus denuntiaret, sed paratum et intentum momentis omnibus quo uellet subito educeret. quod etiam sine causa plerumque faciebat, praecipue pluuiis et festis diebus. ac subinde obseruandum se admonens repente interdiu uel nocte subtrahebat, augebatque iter, ut serius subsequentis defetigaret. fama uero hostilium co- 66
piarum perterritos non negando minuendoue, sed insuper amplificando ementiendoque confirmabat. itaque cum expectatio aduentus Iubae terribilis esset, conuocatis ad contionem militibus: scitote, inquit, paucissimis his diebus regem adfuturum cum decem legionibus, equitum triginta, leuis armaturae centum milibus, elephantis trecentis. proinde desinant quidam quaerere ultra aut opinari mihique, qui compertum habeo, credant; aut quidem uetustissima naue impositos quocumque uento in quascumque terras iubebo auehi.

8sqq. *Polyaen. VIII 23, 17* τοῖς στρατιώταις ἀεὶ παρεσκευάσθαι προσέτασσεν ὡς καὶ ἐν ἑορτῇ καὶ ἐν ὄμβρῳ καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας μέλλων ἐξάγειν ἄφνω τὴν δύναμιν· καὶ διὰ τοῦτο οὔτε τὸν καιρὸν οὔτε τὴν ἡμέραν προέλεγεν. 13 *id. VIII 23, 18* τὰς ἐξόδους ἐποιεῖτο σὺν πολλῷ δρόμῳ. ἵνα μὴ καταλαμβάνοιτο πρὸς τῶν ὑστεριζόντων. 14sqq. *id. VIII 23, 19* εἰ τεθορυβημένους ἑώρα τοὺς στρατιώτας ὡς προσδοκωμένης τοῖς πολεμίοις μείζονος δυνάμεως, οὐ μόνον ἔξαρνος οὐκ ἦν, ἀλλ᾿ ἔτι καὶ πλείονα ὄγκον προστιθεὶς καὶ μεγαλύνων ἐθάρρυνεν ὡς πρὸς πλείονας χρὴ γενναιότερον ἀγωνίζεσθαι.

---

1 dedisset P^1 *O* (*inde* dedisset se *Oud.*, decidisset *Modd.*), *an* desil⟨u⟩isset? mari *G* 2 nauim *G* eleuata *L*, eleta Q^1 4 poteretur M^1, potir- *rel. et* M^2*N* 5 forṭuna *M* (*puncta m. 2*), forma *Torr.* (*Roth*) 8 exauctor *VΥ* (*corr.* Q^2) 13 nocte ⟨se⟩ *Roth* 14 sequentes *G* defatigaret *LΥ'* 22 equidem *Casaub.*

67 Delicta neque obseruabat omnia neque pro modo exe-
quebatur, sed desertorum ac seditiosorum et inquisitor et
punitor acerrimus coniuebat in ceteris. ac nonnumquam post
magnam pugnam atque uictoriam remisso officiorum munere
licentiam omnem passim lasciuiendi permittebat, iactare solitus
milites suos etiam unguentatos bene pugnare posse.
2 nec milites eos pro contione, sed blandiore nomine commi-
litones appellabat habebatque tam cultos, ut argento et auro
politis armis ornaret, simul et ad speciem et quo tenaciores
eorum in proelio essent metu damni. diligebat quoque usque
adeo, ut audita clade Tituriana barbam capillumque summi-
68 serit nec ante dempserit quam uindicasset. quibus rebus et
deuotissimos sibi et fortissimos reddidit. ingresso ciuile bel-
lum centuriones cuiusque legionis singulos equites e uiatico
suo optulerunt, uniuersi milites gratuitam et sine frumento
stipendioque operam, cum tenuiorum tutelam locupletiores in
se contulissent. neque in tam diuturno spatio quisquam om-
nino desciuit, plerique capti concessam sibi sub condicione
2 uitam, si militare aduersus eum uellent, recusarunt. famem
et ceteras necessitates, non cum obsiderentur modo sed et

1 *Polyaen. VIII 23, 21* τὰ ἁμαρτήματα τῶν στρατιωτῶν οὐ πάντα παρεφύλασσεν, ἀλλ' οὐδὲ τοὺς ἁμαρτάνοντας κατὰ τὴν ἀξίαν ἐτιμωρεῖτο, τὴν συγγνώμην ἀνδρείας ποιητικὴν ἡγούμενος. εἰ μέντοι τις ἐστασίασεν ἢ τὴν τάξιν ἔλιπεν, οὐκ ἂν τοῦτον ἀτιμώρητον παρῆκεν. 7 sqq. *id. VIII 23, 20* τοῖς στρατιώταις παρήγγελλεν ὅπλα ἔχειν ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πεποικιλμένα, μάλιστα μὲν κόσμου χάριν, οὐχ ἥκιστα ⟨δὲ⟩, ὅπως καὶ οἱ στρατιῶται τὰ πολύτιμα περιμάχητα ἡγοῖντο. *VIII 23, 22* τοὺς στρατιώτας ἐκάλει συστρατιώτας τῷ ἰσοτίμῳ τοῦ ὀνόματος προθυμοτέρους ποιῶν ἐς τὰς μάχας. *Epit. 1, 14* milites commilitones nouo blandoque more appellans. 11 sqq. *Polyaen. VIII 23, 23* πυθόμενος ἐν Γαλατίᾳ κατακοπῆναι φάλαγγας στρατιωτῶν ὤμοσε μὴ πρότερον ⟨ἂν⟩ ἀποκείρασθαι, πρὶν ἐπεξελθὼν τιμωρῆσαι τοῖς ἀνῃρημένοις. τούτῳ πλείστην εὔνοιαν αὐτῷ παρὰ πάντων ἐπεσπάσατο. 19 sqq. *id. VIII 23, 24* ἐν λιμῷ τοῖς στρατιώταις ἄρτους διέδωκε σκευάσας ἐκ βοτάνης. Πομπήϊος δὲ πολεμῶν πρὸς αὐτὸν ἕνα ἄρτον προσενεχθέντα τοιοῦτον ἀπέκρυψεν οὐ βουλόμενος τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις ἐπιδεῖξαι τὴν τῶν πολεμίων ἐγκράτειαν. *Schol. Lucan. VI 112 W.* Celsus (*i. Caes. b. c. III 47*) et Suetonius dicit quod Caesar habuit fidos milites et patientissimos incommodorum.

3 punitor *corr. ex* poenitor *M (m. 1)*, poenitor *V*, pęnitor *G* coniuebat *ΠR*, conibebat *MV*, cohibebat *GQXNδ* 4 pugnam *om V* 9 litis *Bentley* 12 et *post* uindicasset *add. M* 15 et *del. uel scribendum* id est *censet C. G. Müller*

si ipsi alios obsiderent, tanto opere tolerabant, ut Dyrrachina munitione Pompeius uiso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit amouerique ocius nec cuiquam ostendi iusserit, ne patientia et pertinacia hostis animi suorum frangerentur.

3 Quanta fortitudine dimicarint, testimonio est quod aduerso semel apud Dyrrachium proelio poenam in se ultro depoposcerunt, ut consolandos eos magis imperator quam puniendos habuerit. ceteris proeliis innumeras aduersariorum copias multis partibus ipsi pauciores facile superarunt. denique una sextae legionis cohors praeposita castello quattuor Pompei legiones per aliquot horas sustinuit paene omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum centum ac triginta milia intra uallum reperta sunt. 4 nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, uel Cassi Scaeuae centurionis uel Gai Acili militis, ne de pluribus referam. Scaeua excusso oculo, transfixus femore et umero, centum et uiginti ictibus scuto perforato, custodiam portae commissi castelli retinuit. Acilius nauali ad Massiliam proelio iniecta in puppem hostium dextera et abscisa memorabile illud apud Graecos Cynegiri exemplum imitatus transiluit in nauem umbone obuios agens.

---

unde Pompeius uiso genere panis, quo hic Caesariani utebantur, dixit se pugnare cum feris, et noluit quod milites illum uiderent, ne desperarent et timerent similiter. 6 sqq. *Polyaen. VIII 23, 26 οἱ Καίσαρος στρατιῶται περὶ Δυρράχιον ἡττηθέντες ἑαυτοὺς δεκατευθησομένους* (*cf. Appian. b. ciu. II 63*) *παρέδωκαν. Καῖσαρ οὐχ ὡς περὶ τιμωρίας αὐτῶν ἐβουλεύετο, ἀλλὰ καὶ παραμυθησόμενος ἀναμαχέσασθαι τὴν ἧτταν αὐτοὺς προέτρεψεν· οἱ δὲ ἐν ταῖς λοιπαῖς μάχαις ἀεὶ παραταξάμενοι πολὺ πλείοσιν ἐκράτησαν.* 11 *Schol. Lucan. VI 134* Iulius (*cf. Caes. b. c. III 53*) dixit quod una cohors Caesaris, quae fuit sextae legionis, quasi per totam diem sustinuit impetum omnium legionum Pompei et inuenta sunt in uallo proiecta contra istos XXX milia sagittarum praeter eas, quae fixae erant in corporibus hominum. 19 *id. III 624* dicit Valerius (*III 2, 22*), Suetonius et Florus(?), quod Attilius miles Caesaris in bello Massiliensi iniecit manum in nauim Massiliensem et illa amputata iniecit aliam et tam diu nauim tenuit, donec submergeretur, secutus Cynegirum militem Atheniensem in bello contra Persas secundum Iustinum (*II 9, 16*).

---

1 si *om.* $VR^1P^1O^1T$ (*in RP ss., m. 1 ut uid.*) 3 nec] ne *MPO* 13 milia sagittarum circiter xxx *Caes. b. c. III 53* 16 Gai] G· *Υ* excuso *M* 17 transfixis *Bentley* 19 puppim *G* 20 dextra *G* 21 transiluit *MLS*[1], -liit *G*, -liuit *rel. et N* nauim *G*

69 Seditionem per decem annos Gallicis bellis nullam omnino mouerunt, ciuilibus aliquas, sed ut celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis quam auctoritate. non enim cessit umquam tumultuantibus atque etiam obuiam semper iit; et nonam quidem legionem apud Placentiam, quanquam in armis adhuc Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit aegreque post multas et supplicis preces, nec

70 nisi exacta de sontibus poena, restituit; decimanos autem Romae cum ingentibus minis summoque etiam urbis periculo missionem et praemia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quanquam deterrentibus amicis, neque dimittere; sed una uoce, qua Quirites eos pro militibus appellarat, tam facile circumegit et flexit, ut ei milites esse confestim responderint et quamuis recusantem ultro in Africam sint secuti; ac sic quoque seditiosissimum quemque et praedae et agri destinati tertia parte multauit.

71 Studium et fides erga clientis ne iuueni quidem defuerunt. Masintham nobilem iuuenem, cum aduersus Hiempsalem regem tam enixe defendisset, ut Iubae regis filio in altercatione barbam inuaserit, stipendiarium quoque pronuntiatum et abstrahentibus statim eripuit occultauitque apud se diu et mox ex praetura proficiscens in Hispaniam inter officia prosequentium fascesque lictorum lectica sua auexit.

72 Amicos tanta semper facilitate indulgentiaque tractauit, ut Gaio Oppio comitanti se per siluestre iter correptoque subita ualitudine deuersoriolo[co], quod unum erat, cesserit et ipse humi ac sub diuo cubuerit. iam autem rerum potens

5 *cf. Schol. Lucan. V 310* secundum Iul. Celsum ista seditio non fuit generalis, sed tantum in nona legione, quia si fuisset generalis, non sic fuisset usus audacia. et fuit Placentiae, ubi conuocatis multis ex aliis XI legionibus, quas secum conducebat, fecit ex aliquibus iustitiam et sedauit tumultum illum.

3 redirent *X* 6 esset pompeius *X* Domitius *C. G. Müller* 10 in *del. Burm.* 11 detorrentibus *M, inde* dehortantibus *Bentley* 12 sed] et *Bentley* 13 esse se ς, se esse *Bentley* 17 ne] neni *M* (*inde* in iuuene *Bentley*), nec *PO* 18 masinthiam (mess- *O*) *X* iuuenem nobilem *G* 19 obnixe *G* 20 stipendiarum *MV*[1], -dium *Q* 22 praefectura *G*ς 26 deuersoriolo *Casaub.*, deuersorio loco *Ω* (di- *codd. praeter M*, in di- *Υ*, diuerso *N*), deuersoriolo eo *Politianus* (*Heinsius*), deuersorio cubiculo *Graevius* 27 et *del. Bentley* accubuerit *Υ* (*in Q praecedit* diu)

quosdam etiam infimi generis ad amplissimos honores pro-
uexit, cum ob id culparetur, professus palam, si grassato-
rum et sicariorum ope in tuenda sua dignitate usus
esset, talibus quoque se parem gratiam relaturum.
Simultates contra nullas tam graues excepit umquam, ut 73
non occasione oblata libens deponeret. Gai Memmi, cuius
asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat,
etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit. Gaio
Caluo post famosa epigrammata de reconciliatione per ami-
cos agenti ultro ac prior scripsit. Valerium Catullum, a quo
sibi uersiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non
dissimulauerat, satis facientem eadem die adhibuit cenae
hospitioque patris eius, sicut consuerat, uti perseuerauit.
sed et in ulciscendo natura lenissimus piratas, a quibus 74
captus est, cum in dicionem redegisset, quoniam suffixurum
se cruci ante iurauerat, iugulari prius iussit, deinde suffigi;
Cornelio Phagitae, cuius quondam nocturnas insidias aeger
ac latens, ne perduceretur ad Sullam, uix praemio dato eua-
serat, numquam nocere sustinuit; Philemonem a manu ser-
uum, qui necem suam per uenenum inimicis promiserat, non
grauius quam simplici morte puniit; in Publium Clodium 2
Pompeiae uxoris suae adulterum atque eadem de causa pollu-
tarum caerimoniarum reum testis citatus negauit se quicquam
comperisse, quamuis et mater Aurelia et soror Iulia apud
eosdem iudices omnia ex fide re⟨t⟩tulissent; interrogatusque,
cur igitur repudiasset uxorem: quoniam, inquit, meos tam
suspicione quam crimine iudico carere oportere. mo- 75
derationem uero clementiamque cum in administratione tum
in uictoria belli ciuilis admirabilem exhibuit. denuntiante

29 *Polyaen. VIII 23, 27* Καῖσαρ Πομπηΐου κηρύξαντος ἔχθραν καὶ τοῖς μηδετέρῳ προστιθεμένοις ἀντεκήρυξε καὶ φίλους ἡγήσεσθαι κατ' ἴσον τοῖς ἑαυτῷ συμμαχήσασιν.

2 est *post* professus *add.* TP^2O^2TN (*uulg.*), *post* palam *G*   5 nullos *GXTN*   nunquam (n *prior ss.*) *G* (*unquam *g*)   11 sibi *om. V*   13 sic *G*   consuerat (-sueuerat *POT*) *X'*, perseuerat M^1G, persuerat M^2, persueuerat *QR*, perseuerauerat *Π*, prius sueuerat *Bentley*   14 et *om* M^1G 15 dicione *M*, deditionem *GΠR*   18 ne — Sullam *del. Polak*   19 seruum *del. Torr. al*   23 testificatum *G*   26 meos *om. V*   28 cum] tum $Π^1QSTN$

Pompeio pro hostibus se habiturum qui rei publicae defuis-
sent, ipse medios et neutrius partis suorum sibi numero futu-
ros pronuntiauit. quibus autem ex commendatione Pompei
ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit.
2 motis apud Ilerdam deditionis condicionibus, cum, assiduo
inter utrasque partes usu atque commercio, Afranius et Pe-
treius deprehensos intra castra Iulianos subita paenitentia
interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari.
acie Pharsalica proclamauit, ut ciuibus parceretur, deinceps-
que nemini non suorum quem uellet unum partis aduersae
3 seruare concessit. nec ulli perisse nisi in proelio reperien-
tur, exceptis dum taxat Afranio et Fausto et Lucio Caesare
iuuene; ac ne hos quidem uoluntate ipsius interemptos pu-
tant, quorum tamen et priores post impetratam ueniam re-
bellauerant et Caesar libertis seruisque eius ferro et igni
crudelem in modum enectis bestias quoque ad munus populi
4 comparatas contrucidauerat. denique tempore extremo etiam
quibus nondum ignouerat cunctis in Italiam redire permisit
magistratusque et imperia capere; sed et statuas Luci Sullae
atque Pompei a plebe disiectas reposuit; ac si qua posthac
aut cogitarentur grauius aduersus se aut dicerentur, inhibere
5 maluit quam uindicare. itaque et detectas coniurationes con-
uentusque nocturnos non ultra arguit, quam ut edicto osten-
deret esse sibi notas, et acerbe loquentibus satis habuit pro
contione denuntiare ne perseuerarent, Aulique Caecinae cri-
minosissimo libro et Pitholai carminibus maledicentissimis
laceratam existimationem suam ciuili animo tulit.

76 Praegrauant tamen cetera facta dictaque eius, ut et ab-

5—11 *Polyaen. VIII 23, 28—30* (*§ 29 ἀνέκραγε 'φείδεσθε τῶν πολιτῶν', cod. F φείδεσθαι τῶν πολεμίων*). 12 *cf. Vir. ill. 78, 9* 19 *Polyaen. VIII 23, 31 τοὺς ἀνδριάντας Πομπηΐου καὶ Σύλλα τῶν ἐχθρῶν καταβληθέντας ὑπὸ τοῦ πλήθους αὐτὸς ἀνέστησε.*

3 quibus *om. MVLPO*, *add.* $L^3 P^2 O^2$ autem *om. S* 4 ad eum *om. V* 11 reperirentur M^2, reperiuntur *Υ'* 14 rebellauerant *Stephanus* (*ϛ?*), rebellauerunt *Ω* 15 caesari *Mδ*, c(a)esaris *ΠRO²T* 16 populo *Oud.*, publicum *Lipsius*, *del. Bentley* 17 contrucidauerant (etruc- *Π*) *ΠRP*(*P²?*)*ST* 18 permisit *Nϱϛ*, permiserat (permiss- *M*) *Ω* 21 aduersum *GN* 24 nota *VIIR* acerbo *M*

usus dominatione et iure caesus existimetur. non enim honores modo nimios recepit: continuum consulatum, perpetuam dictaturam praefecturamque morum, insuper praenomen Imperatoris, cognomen Patris patriae, statuam inter reges, suggestum in orchestra; sed et ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia et pro tribunali, tensam et ferculum circensi pompa, templa, aras, simulacra iuxta deos, puluinar, flaminem, lupercos, appellationem mensis e suo nomine; ac nullos non honores ad libidinem cepit et dedit. tertium et quartum consulatum 2 titulo tenus gessit contentus dictaturae potestate decretae cum consulatibus simul atque utroque anno binos consules substituit sibi in ternos nouissimos menses, ita ut medio tempore comitia nulla habuerit praeter tribunorum et aedilium plebis praefectosque pro praetoribus constituerit, qui apsente se res urbanas administrarent. pridie autem Kalendas Ianuarias repentina consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. eadem licentia spreto patrio 3 more magistratus in pluris annos ordinauit, decem praetoris uiris consularia ornamenta tribuit, ciuitate donatos et quosdam e semibarbaris Gallorum recepit in curiam. praeterea monetae publicisque uectigalibus peculiares seruos praeposuit. trium legionum, quas Alexandreae relinquebat, curam et imperium Rufioni liberti sui filio exoleto suo demandauit. nec 77 minoris inpotentiae uoces propalam edebat, ut Titus Amp[r]ius scribit: n i h i l e s s e r e m p u b l i c a m, a p p e l l a t i o n e m m o d o s i n e c o r p o r e a c s p e c i e. S u l l a m n e s c i s s e l i t t e r a s, q u i

---

1. 18 et p. 40, 8 *cf. Eutrop. VI 25* agere insolentius coepit et contra consuetudinem Romanae libertatis. cum ergo et honores ex sua uoluntate praestaret ... nec senatui ad se uenienti adsurgeret aliaque regia ac paene tyrannica faceret *eqs.* (*u. ad p. 41, 29 sqq.*)

---

1 census *Υ, corr. Q²*   5 suggestrum *Υ* (*corr. Q²*), -stium *V*   7 fericulum *G Υ*   9 non nullos *Υ' O²*, non nullos non *P¹*, nullos *P²*   12 in utroque *POST*   15 quiapsente *M* (*sic m. 1 ut uid.*), quia psente *G*, qui psente *X' Υ δ*, *corr. Torr.*   19 pretoris *MV* (s *in M expuncta*), -iis *rel.*   24 rusioni *Υ*, rufini *M* (*Roth*)   exsoleto *M G Q* (*in G* ti *supra secundam* e *scr. m. 1, item in g*)   25 amprius (-plius *Q Υ*) *Ω*, *corr. Pulman. Torr.* (ς?)   27 speciem *Salmasius* (ac sine corpore speciem *Graevius*)

dictaturam deposuerit. debere homines consideratius iam loqui secum ac pro legibus habere quae dicat. eoque arrogantiae progressus est, ut haruspice tristia et sine corde exta quondam nuntiante futura diceret laetiora, cum uellet: nec pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.

78 Verum praecipuam et exitiabilem sibi inuidiam hinc maxime mouit. adeuntis se cum plurimis honorificentissimisque decretis uniuersos patres conscriptos sedens pro aede Veneris Genetricis excepit. quidam putant retentum a Cornelio Balbo, cum conaretur assurgere; alii, ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem Gaium Trebatium ut assurgeret minus
2 familiari uultu respexisse. idque factum eius tanto intolerabilius est uisum, quod ipse triumphanti et subsellia tribunicia praeteruehenti sibi unum e collegio Pontium Aquilam non assurrexisse adeo indignatus sit, ut proclamauerit: repete ergo a me Aquila rem publicam tribunus! et nec destiterit per continuos dies quicquam cuiquam nisi sub exceptione polliceri: si tamen per Pontium Aquilam li-
79 cuerit. adiecit ad tam insignem despecti senatus contumeliam multo arrogantius factum. nam cum in sacrificio Latinarum reuertente eo inter inmodicas ac nouas populi acclamationes quidam e turba statuae eius coronam lauream candida fascia praeligata inposuisset et tribuni plebis Epidius Marullus Caesetiusque Flauus coronae fasciam detrahi hominemque duci in uincula iussissent, dolens seu parum prospere motam regni mentionem siue, ut ferebat, ereptam sibi gloriam recusandi, tribunos grauiter increpitos potestate pri-
2 uauit. neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis

3 *Polyaen. VIII 23, 32 Καῖσαρ τοῦ θύτου λέγοντος 'ἀπαίσια τὰ ἱερὰ' καὶ μὴν ἀμείνω ἔφη γενήσεσθαι, ἐπειδὰν αὐτὸς ἐθελήσῃ.* 5 *id. VIII 23, 33 Καῖσαρ ἀκαρδίου θύματος εὑρεθέντος 'καὶ τί παράδοξον', ἔφη, 'εἰ ἄλογον ζῷον καρδίαν οὐκ ἔχει;'*

3 tristitia *VQ¹T* 4 exta *MVL*, exacta *GP¹O¹*, exacta sacra *Υ'P²O²* 5 cor pecudi *G* 6 inexpiabilem *Υ* 8 sedens] sede *G* 9 escepit *M¹*, suscepit *M²G* 11 ut assurgeret *del. Polak* 15 repetet *et tum del.* tribunus *Boot* 16 et nec] nec *Bentley al.*, et ⟨...⟩ nec *Bücheler proclamantis uerba non plena esse ratus* 17 cuiquam] cui *V* 21 immodicas (ĩmod- *IIR*) *Υ*, modicas *MGX'* 23 praeligata *M*, -tam *rel., fort. rectius* 24 flauius *MG* 26 ut referebat *Υ*

discutere ualuit, quanquam et plebei regem se salutanti Caesarem se, non regem esse responderit et Lupercalibus pro rostris a consule Antonio admotum saepius capiti suo diadema reppulerit atque in Capitolium Ioui Optimo Maximo miserit. quin etiam uaria fama percrebruit migraturum 3 Alexandream uel Ilium, translatis simul opibus imperii exhaustaque Italia dilectibus et procuratione urbis amicis permissa, proximo autem senatu Lucium Cottam quindecimuirum sententiam dicturum, ut, quoniam fatalibus libris contineretur Parthos nisi a rege non posse uinci, Caesar rex appellaretur. quae causa coniuratis maturandi fuit destinata nego- **80** tia, ne assentiri necesse esset.

Consilia igitur dispersim antea habita et quae saepe bini terniue ceperant, in unum omnes contulerunt, ne populo quidem iam praesenti statu laeto, sed clam palamque detrectante dominationem atque assertores flagitante. peregrinis in sena- 2 tum allectis libellus propositus est: Bonum factum: ne quis senatori nouo curiam monstrare uelit! et illa uulgo canebantur ⟨*FPR p. 330*⟩:

Gallos Caesar in triumphum ducit, idem in curiam:
Galli bracas deposuerunt, latum clauum sumpserunt.

Quinto Maximo suffecto trimenstrique consule theatrum introeunte, cum lictor animaduerti ex more iussisset, ab uniuersis conclamatum est non esse eum consulem. post re- 3 motos Caesetium et Marullum tribunos reperta sunt proximis comitiis complura suffragia consules eos declarantium. subscripsere quidam Luci Bruti statuae: utinam uiueres! item ipsius Caesaris ⟨*FPR p. 330*⟩:

Brutus, quia reges eiecit, consul primus factus est:
hic, quia consules eiecit, rex postremo factus est.

---

2 *cf. Viri ill. 85, 1* 29 sqq. *Eutrop. VI 25* coniuratum est in eum a sexaginta uel amplius senatoribus equitibusque Romanis. prae-

---

1 ualuit ς, uoluit Ω plebi *X*, plebeio (-eo *Q*) *G T* 4 reppulit *X*δ 5 ualida ς (*Casaub.*) 8 Lucium] L· *X′* 9 fatalibus libris *scripsi* (*cf. Herm. 36 p 295*), libris fatalibus *Y′P²O²*, fatalibus (fact- *V*) *rel.* continetur *G T*, detineretur *M V* 10 non *om. G* 11 negotii *G*, *uox suspecta Casaubono* 20 curia *G* 21 clauom *Bährens* 23 mouere *M V* (ue *exp. in M*) 25 maurullum *M*[1] 26 declaratum *V* 28 Caesaris *del. Polak* 29 *et* 30 qui *Faernus* 30 postremus *edd. aliquot saec. XVI*

4 conspiratum est in eum a sexaginta amplius, Gaio Cassio Marcoque et Decimo Bruto principibus conspirationis. qui primum cunctati utrumne in Campo per comitia tribus ad suffragia uocantem partibus diuisis e ponte deicerent atque exceptum trucidarent, an in Sacra uia uel in aditu theatri adorirentur, postquam senatus Idibus Martiis in Pompei curiam edictus est, facile tempus et locum praetulerunt.

81 Sed Caesari futura caedes euidentibus prodigiis denuntiata est. paucos ante menses, cum in colonia Capua deducti lege Iulia coloni ad extruendas uillas uetustissima sepulcra dis[s]icerent idque eo studiosius facerent, quod aliquantum uasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant, tabula aenea in monimento, in quo dicebatur Capys conditor Capuae sepultus, inuenta est conscripta litteris uerbisque Graecis hac sententia: quandoque ossa Capyis detecta essent, fore ut illo prognatus manu consanguineorum necaretur magnisque mox Italiae cladibus uindi-
2 caretur. cuius rei, ne quis fabulosam aut commenticiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Caesaris. proximis diebus equorum greges, quos in traiciendo Rubiconi flumini consecrarat ac uagos et sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere ubertimque flere. et immolantem haruspex Spurinna monuit, caueret periculum,

cipui fuerunt inter coniuratos duo Bruti ex eo genere Bruti, qui primus Romae consul fuerat et reges expulerat, et C. Cassius et Seruilius Casca. *cf. Oros. VI 17, 2* in qua coniuratione fuisse amplius sexaginta conscios ferunt. *Vir. ill. 78, 10* Cassio et Bruto caedis auctoribus.

1 uel amplius *Eutr.* 2 decio M^2HR Brutis *Graevius* 3 illum *post* utrumne *add.* *T* tribuis *M* 4 uocante $MP^1T\delta$, uocantes *G* 6 martis *G T* 7 facilitatem et locum *G* 8 caesaris *G* 9 colonia ad destruendas *H R* ϱ (*in H* ad *ss. m. 1*), colonia destruendas *Q reliquis omissis* 11 disicerent H^1, disciscerent *S*, disgicerent *T*, destruerent *H* 12 ·O·eris *M* 13 capus $Q\delta$, capiens M^1, capians *V*, capis *rel. et* M^2HN 15 quandocumque $M^2N\varsigma$, quando *O T* capus $M^1VQ\delta$, capis *rel. et* M^2HN (capius *M*) 16 illo *Turnebus* (*Bentley*), ilio *M H G T*, iulo $LO^2SN\delta$ (*edd.*), iulio VPO^1 (*sic in R ss. m. rec.*), iulius $T\varsigma$ 18 cuius rei (regi *V*)] quam rem H^2R putet aut commenticiam *G* 19 auctor] testis *G* 20 rubiconi (rudi- *M*, rubu- δ) flumini $MGV\delta$ (*Turnebus*), rubicone (rud- *Q*) flumine *rel. et edd.* 22 et *om.* *G* 23 monuit ut *G*

quod non ultra Martias Idus proferretur. pridie autem 3
easdem Idus auem regaliolum cum laureo ramulo Pompeianae curiae se inferentem uolucres uarii generis ex proximo nemore persecutae ibidem discerpserunt. ea uero nocte, cui inluxit dies caedis, et ipse sibi uisus est per quietem interdum supra nubes uolitare, alias cum Ioue dextram iungere; et Calpurnia uxor imaginata est conlabi fastigium domus maritumque in gremio suo confodi; ac subito cubiculi fores sponte patuerunt.

Ob haec simul et ob infirmam ualitudinem diu cunctatus 4
an se contineret et quae apud senatum proposuerat agere differret, tandem Decimo Bruto adhortante, ne frequentis ac iam dudum opperientis destitueret, quinta fere hora progressus est libellumque insidiarum indicem ab obuio quodam porrectum libellis ceteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus commiscuit. dein pluribus hostiis caesis, cum litare non posset, introiit curiam spreta religione Spurinnamque irridens et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus Martiae adessent: quanquam is uenisse quidem eas diceret, sed non praeterisse. assidentem conspirati 82
specie officii circumsteterunt, ilicoque Cimber Tillius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus propius accessit renuentique et gestu[m] in aliud tempus differenti ab utroque umero togam adprehendit; deinde clamantem: ista quidem uis est! alter e Cascis auersum uulnerat paulum infra iugulum. Caesar Cascae brachium arreptum graphio 2
traiecit conatusque prosilire alio uulnere tardatus est; utque animaduertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet etiam inferiore corporis parte uelata.

---

2 aureo $GVL^1P^1O^1$ 3 e *G*   6 dexteram *XII*   8 sponte *om. G*   11 ageret M^1V 13 distitueret e *M*   14 indicem insidiarum *X'* (indicem *om.* δ)   ouio *MVO*δ, *corr. in marg. V*   20 comparati *Υ* (*corr. in Π, in R ss.* ɫ conspirati)   21 circumstiterunt M^1V Tillius *Manutius*, tullius Ω (tullus δ)   23 rennuentique *MGVLPO*δ   gestu *Q*εϛ   24 clamanti *G*   25 e Cascis *Beroaldus*, e cassiis *M*δ, e cassii *V*, casias *G*, cassius *XΥ*   aduersum $GVO^1ΠR$ 26 gulam *G*   cascae (-ce) *Υ* (etiam casche δ), casiae *G*, cassii *MX'*   arrepto *X*   30 reuelata *V*

atque ita tribus et uiginti plagis confossus est uno modo ad primum ictum gemitu sine uoce edito, etsi tradiderunt qui-
3 dam Marco Bruto irruenti dixisse: *καὶ σὺ τέκνον*; exanimis diffugientibus cunctis aliquamdiu iacuit, donec lecticae impositum, dependente brachio, tres seruoli domum rettulerunt. nec in tot uulneribus, ut Antistius medicus existimabat, letale ullum repertum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat.

4 Fuerat animus coniuratis corpus occisi in Tiberim trahere, bona publicare, acta rescindere, sed metu Marci An-
83 toni consulis et magistri equitum Lepidi destiterunt. postulante ergo Lucio Pisone socero testamentum eius aperitur recitaturque in Antoni domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lauicano suo fecerat demandaueratque uirgini Vestali maximae. Quintus Tubero tradit heredem ab eo scribi solitum ex consulatu ipsius primo usque ad initium ciuilis belli Cn. Pompeium, idque militibus pro contione
2 recitatum. sed nouissimo testamento tres instituit heredes sororum nepotes, Gaium Octauium ex dodrante, et Lucium Pinarium et Quintum Pedium ex quadrante reliquo[s]; in ima cera Gaium Octauium etiam in familiam nomenque adoptauit; plerosque percussorum in tutoribus fili, si qui sibi nasceretur, nominauit, Decimum Brutum etiam in secundis heredibus. populo hortos circa Tiberim publice et uiritim trecenos sestertios legauit.

84 Funere indicto rogus extructus est in Martio campo iuxta Iuliae tumulum et pro rostris aurata aedes ad simulacrum templi Veneris Genetricis collocata; intraque lectus eburneus auro ac purpura stratus et ad caput tropaeum cum ueste, in qua fuerat occisus. praeferentibus munera, quia suffecturus

---

1 *Eutrop. VI 25* cum senatus die inter ceteros uenisset ad curiam, tribus et uiginti uulneribus confossus est. *cf. Oros. VI 17,1. Vir. ill. 78, 10* 18—21 *u. ad Aug. 7 p. 52, 1*

2 et sic *LSQ*, et sič *Π*, uel et sicut tradiderunt *M² in marg.* 6 medicus *om. G* 11 ⟨M⟩ Lepidi *Polak* 15 maximo aequintus (equintus *δ*) *MVδ* (ae *emendatio litterae praecedentis*), Maxime ut quintus *G*, Maxime quintus *T* 19 Nepost *M*, neq. nepotē post *V*, nepotem *δ* et *del. Torr.* 20 reliquo *T* (*Lipsius*) 22 qui *MGδ*, quis *rel.*

dies non uidebatur, praeceptum, ut omisso ordine, quibus
quisque uellet itineribus urbis, portaret in Campum. inter 2
ludos cantata sunt quaedam ad miserationem et inuidiam cae-
dis eius accommodata, ex Pacuui Armorum iudicio ⟨*frg. XV*⟩:

men seruasse, ut essent qui me perderent?

et ex Electra Acili ad similem sententiam. laudationis loco
consul Antonius per praeconem pronuntiauit senatus consul-
tum, quo omnia simul ei diuina atque humana decreuerat,
item ius iurandum, quo se cuncti pro salute unius astrinxe-
rant; quibus perpauca a se uerba addidit. lectum pro rostris 3
in forum magistratus et honoribus functi detulerunt. quem
cum pars in Capitolini Iouis cella cremare pars in curia
Pompei destinaret, repente duo quidam gladiis succincti ac
bina iacula gestantes ardentibus cereis succenderunt con-
festimque circumstantium turba uirgulta arida et cum sub-
selliis tribunalia, quicquid praeterea ad donum aderat, con-
gessit. deinde tibicines et scaenici artifices uestem, quam ex 4
triumphorum instrumento ad praesentem usum induerant, de-
tractam sibi atque discissam iniecere flammae et ueteranorum
militum legionarii arma sua, quibus exculti funus celebrabant;
matronae etiam pleraeque ornamenta sua, quae gerebant, et
liberorum bullas atque praetextas.

In summo publico luctu exterarum gentium multitudo 5
circulatim suo quaeque more lamentata est praecipueque
Iudaei, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt.
plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassi[i] cum faci- 85
bus tetendit atque aegre repulsa obuium sibi Heluium Cin-
nam per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem
grauiter pridie contionatum de Caesare requirebat, occidit
caputque eius praefixum hastae circumtulit. postea solidam

8 *cf. Vir. ill. 85, 1*

1 ut] est ut L^3 ς (*uulg.*) 4 pacuuianorum (pacuma- L^1 *ut uid.*) *X* 6 ex *om. G* acili (-ii *G* Γ) Ω, attilii ς (Atilii *Cic. fin. I 5, at* acilii *cod. Palat. 1525*) 7 praenuntiauit *M* 16 ad manum *Beroaldus*, idoneum *Heinsius*, ad munus *Fähse*, odorum *Oud.*, ad adolendum *Bücheler* 18 induerent *M* 26 cum f. tetendit *om. G* 27 pulsa *V* ouium M^1 heuilum *MVQ*, heiulum *GH*, heuil- *uel* heiul- *legi potest in LR*, eiulum *POS*, elicium *T*, *corr. Egnatius* 29 inquirebat *X* (in *corr. ex* re *L*)

columnam prope uiginti pedum lapidis Numidici in foro
statuit ⟨in⟩scripsitque PARENTI PATRIAE. apud eam longo
tempore sacrificare, uota suscipere, controuersias quasdam in-
terposito per Caesarem iure iurando distrahere perseuerauit.

86 Suspicionem Caesar quibusdam suorum reliquit neque
uoluisse se diutius uiuere neque curasse quod ualitudine
minus prospera uteretur, ideoque et quae religiones mone-
rent et quae renuntiarent amici neglexisse. sunt qui putent,
confisum eum nouissimo illo senatus consulto ac iure iurando
etiam custodias Hispanorum cum gladiis †adinspectantium se
2 remouisse. alii e diuerso opinantur insidias undique immi-
nentis subire semel quam cauere ⟨. . . . .⟩ solitum ferunt:
non tam sua quam rei publicae interesse, uti saluus
esset: se iam pridem potentiae gloriaeque abunde
adeptum; rem publicam, si quid sibi eueniret, neque
quietam fore et aliquanto deteriore condicione ciui-
87 lia bella subituram. illud plane inter omnes fere constitit,
talem ei mortem paene ex sententia obtigisse. nam et quon-
dam, cum apud Xenophontem ⟨*Cyrop. VIII 7*⟩ legisset Cyrum
ultima ualitudine mandasse quaedam de funere suo, aspernatus
tam lentum mortis genus subitam sibi celeremque optauerat,
et pridie quam occideretur, in sermone nato super cenam
apud Marcum Lepidum, quisnam esset finis uitae commo-
dissimus, repentinum inopinatumque praetulerat.

88 Periit sexto et quinquagensimo aetatis anno atque in
deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium,
sed et persuasione uolgi. siquidem ludis, quos primo⟨s⟩ con-

25 *cf. Schol. Lucan. VI 809* translatus est in numerum deorum.

1 xx. *VTLPT*, LXX. *G* 2 inscripsitque *Bentley* eandem *X* 3 sacrificare u. suscipere *om. V* quadam M^1, quaedam M^2 8 amice M^1 putant *G* 9 eum *om. G* 10 adinspectantium *MGT*, inspectantium *X'*, ad id sectantium *Lipsius*, sectantium *Casaub.* (nudis s. *Polak*), stipantium *Heinsius* (nudis st. *Bentley*), *an* adsectantium? 11 alia M^1 (*scil. ex* ali ae diu-) 12 *lacunam* ⟨diu maluisse. dicere⟩ *explet ϱ*, ⟨sollicitum maluisse. quidam dicere etiam⟩ *Roth, qui addere debebat* semper (sollicitum *praeiuerat Bentley*): *minus commode priores* solitum nec tam (*om.* ferunt) *G* 18 quandam *M*, quodam *V* 22 in *del. Bentley* 27 primos consecrato *ed. Basil. 1546* (primos consecratos *Stephanus*, primo consecrato *ed. Basil. 1533*), primo consecratos (-tis $L^1\delta$) *Ω*, primos (*om.* consecrato) $G^1 g$ (s *in G erasa m. 2*)

secrato[s] ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem continuos dies fulsit exoriens circa undecimam horam, creditumque est animam esse Caesaris in caelum recepti; et hac de causa simulacro eius in uertice additur stella.

Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit Idusque Martias Parricidium nominari, ac ne umquam eo die senatus ageretur. percussorum autem fere neque triennio quisquam 89
amplius superuixit neque sua morte defunctus est. damnati omnes alius alio casu periit, pars naufragio, pars proelio; nonnulli semet eodem illo pugione, quo Caesarem uiolauerant, interemerunt.

---

7 *cf. Capitol. Gord.* 33, 4 quod de C. Caesare memoriae traditum est, hoc etiam de Gordiano Cordus euenisse perscribit. nam omnes, quicumque illum gladio adpetiuerunt, qui nouem fuisse dicuntur, postea †interemptis a Philippis (interempti sunt a Philippis aut *Madvig*) sua manu suisque gladiis et isdem, quibus illum percusserant, interemisse <se> (interisse *uulg.*) dicuntur.

---

3 et *om.* *X'* (*add.* *S²*)   8 est *om.* *V*
subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesar̃ liber primus expl. incipit diuus augustus liber secundus feliciter *M et item fere V qui add.* amen, *sim.* *POT* (feliciter *om.* *OT*, octauius *pro* diuus augustus *O*) iulius cęsar explicit. incipit diuus augustus *G*   explicit liber primus. incipit de diuo (de diuo *om.* *ST*) liber secundus (de octauiano *add.* *T*) *LST*





C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM

LIBER II

DIVVS AVGVSTVS

1 Gentem Octauiam Velitris praecipuam olim fuisse multa
declarant. nam et uicus celeberrima parte oppidi iam pri-
dem Octauius uocabatur et ostendebatur ara Octauio conse-
crata, qui bello dux finitimo, cum forte Marti rem diuinam
faceret, nuntiata repente hostis incursione semicruda exta
rapta foco prosecuit atque ita proelium ingressus uictor redit.
decretum etiam publicum extabat, quo cauebatur, ut in poste-
rum quoque simili modo exta Marti redderentur reliquiaeque
2 ad Octauios referrentur. ea gens a Tarquinio Prisco rege
inter minores gentis adlecta in senatum, mox a Seru[il]io

1 uelitriis (*litt. grandibus*) *MGV*, -tri *Q*, -trisq; *S* 2 et uicus] ex huius *G* 3 ora *G*, ara ⟨ab⟩ *Gujetus* 4 cum *om. V* forti *V* 6 foro *Π*, *an* ⟨e⟩ foco? *cf. Vit. 13* rediit *GYT* 10 inter minores ς (*Sabellicus*), interminos *MVQ*, interminis *X*, inter romanos $\Pi^1 R$, inter romanas Π^2 *et* ς *plurimi*, inter primas *G*, inter conterminas *uel* Veliternas *Bentley* gentis *QX*, gentes (g̃s *ΠR*) *MGVΠR*, gentium ς, *om.* ϱ seruilio *Ω*, *corr.* ς (*ed. Rom. II*)

Tullio in patricias traducta, procedente tempore ad plebem
se contulit ac rursus magno interuallo per Diuum Iulium in
patriciatum redit. primus ex hac magistratum populi suffra-
gio cepit C. Rufus. is quaestorius Cn. et C. procreauit, a 2
quibus duplex Octauiorum familia defluxit condicione diuersa,
siquidem Gnaeus et deinceps ab eo reliqui omnes functi
sunt honoribus summis; at C. eiusque posteri, seu fortuna
seu uoluntate, in equestri ordine constiterunt usque ad
Augusti patrem. proauus Augusti secundo Punico bello sti-
pendia in Sicilia tribunus militum fecit Aemilio Papo im-
peratore. auus municipalibus magisteriis contentus abundante
patrimonio tranquillissime senuit. sed haec alii; ipse Augustus 3
nihil amplius quam equestri familia ortum se scribit uetere
ac locuplete, et in qua primus senator pater suus fuerit.
M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat, restionem e
pago Thurino, auum argentarium. nec quicquam ultra de
paternis Augusti maioribus repperi.

C. Octauius pater a principio aetatis et re et existima- **3**
tione magna fuit, ut equidem mirer hunc quoque a nonnullis
argentarium atque etiam inter diuisores operasque campe-
stres proditum; amplis enim innutritus opibus honores et
adeptus est facile et egregie administrauit. ex praetura
Macedoniam sortitus fugitiuos, residuam Spartaci et Catilinae
manum, Thurin[g]um agrum tenentis in itinere deleuit, ne-
gotio sibi in senatu extra ordinem dato. prouinciae prae- 2
fuit non minore iustitia quam fortitudine; namque Bessis ac

---

16 *cf. Ps. Cic. epist. ad Oct. 9* cuius auus fuerit argentarius.

---

1 patrias *et* ci *ss. M*, patricios ς   2 magno interuallo per ς *multi et sic in V m. rec.*, magno interuallo *VLO*[1], magno inter *M*(*P*[1]*?*), magna ui per *TP*[2]*O*[2]*T* (magno *P*[1], ui per *m. 2 in ras.*), magno interuallo ante *et ss.* (*m. 1?*) uel magna ui per *S*, magnanimiter per *G* (nimit̃ p *in ras. m. 1, item* diuũ iu)   3 rediit *GTT*   4 quaestorios gneum et gaium *G*   10 papo (pappo *G*) *GVT*, paulo *X et sic in marg. V m. 1*, **paulo** *M* (*binae uel ternae litt. erasae*), paulo *uel* papo *pro u. l. adscr. in multis* ς   18 Gaii octauii *G*   21 amplius *V*[1], amplissimis *G*   22 est] est et *M*   23 thuringum (tur- *S*, tirung- *T*) Ω, *corr. ed. Bonon. 1488*   25 in] a *Mommsen* (*P. Thomas*)

Thracibus magno proelio fusis ita socios tractauit, ut epistulae M. Ciceronis extent, quibus Quintum fratrem ⟨*I 1, 21. 2, 7*⟩ eodem tempore parum secunda fama proconsulatum Asiae administrantem hortatur et monet, imitetur in prome-
4 rendis sociis uicinum suum Octauium. decedens Macedonia, prius quam profiteri se candidatum consulatus posset, mortem obiit repentinam, superstitibus liberis Octauia maiore, quam ex Ancharia, et Octauia minore item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo et Iulia, sorore C. Caesaris, genita est. Balbus, paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis imaginibus, a matre Magnum Pompeium artissimo contingebat gradu functusque honore praeturae inter uiginti-
2 uiros agrum Campanum plebi Iulia lege diuisit. uerum idem Antonius, despiciens etiam maternam Augusti originem, proauum eius Afri generis fuisse et modo unguentariam tabernam modo pistrinum Ariciae exercuisse obicit. Cassius quidem Parmensis quadam epistula non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummulari nepotem sic taxat Augustum: materna tibi farina est ex crudissimo Ariciae pistrino: hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius.

5 Natus est Augustus M. Tullio Cicerone C. Antonio
a. 63 a. C. conss. VIIII. Kal. Octob. paulo ante solis exortum, regione Palati ad Capita bubula, ubi nunc sacrarium habet, aliquanto post quam excessit constitutum. nam ut senatus actis continetur, cum C. Laetorius, adulescens patricii generis, in deprecanda grauiore adulterii poena praeter aetatem atque

2 in quibus *G* 6 profiteri *ϱς* (*Stephanus*), confiteri *Ω*, coram prof. *temptauit Oud.* se | ex se *G* mortem (morte *GΥ*) obiit repentinam (-na *GΥ*) *MGVΥ*, mortem repentinam obiit LP^1, morte repentina obiit P^2ST 7 octauio *X'* quem M^1X' 8 hancharia (hancch- *V*) *MGVPO* octaui *V*, octauio *X* acia *Υ* 9 atiam atio *M*, acia matio *Υ*, atia atio *V*, Etiam atia *G*, At atia *X* iuua *M* 16 quidam *Υ* 17 parmensis *ΠRς*, carmensis *rel.* (*Ω*) 18 Augustum *del. Bentley* 19 farina ē *MV*, farina si *LPT* (*inde* farinast *Politianus, Roth*), farina ē si *S*, farinę (farie *Qε*) si *Υ*, farina *G* 22 c. antonio *MG*, antonio $VLPS^1$, antonioque S^2, et antonio (et cint- *Q*) *TΥδ* 24 bibula $Π^1QX$ (*at in L* bubula *primitus fuit*, i *ss. m. 1*) habetur *Υ*

natales hoc quoque patribus conscriptis allegaret, esse possessorem ac uelut aedituum soli, quod primum Diuus Augustus nascens attigisset, peteretque donari quasi proprio suo ac peculiari deo, decretum est ut ea pars domus consecraretur.
nutrimentorum eius ostenditur adhuc locus in auito suburbano 6
iuxta Velitras permodicus et cellae penuariae instar, tenetque uicinitatem opinio tamquam et natus ibi sit. huc introire nisi necessario et caste religio est, concepta opinione ueteri, quasi temere adeuntibus horror quidam et metus obiciatur, sed et mox confirmata. nam cum possessor uillae nouus seu forte seu temptandi causa cubitum se eo contulisset, euenit ut post paucissimas noctis horas exturbatus inde subita ui et incerta paene semianimis cum strato simul ante fores inueniretur.

Infanti cognomen Thurino inditum est, in memoriam 7
maiorum originis, uel quod regione Thurina recens eo nato pater Octauius aduersus fugitiuos rem prospere gesserat. Thurinum cognominatum satis certa probatione tradiderim nactus puerilem imagunculam eius aeream ueterem ferreis et paene iam exolescentibus litteris hoc nomine inscriptam, quae dono a me principi data inter cubicu⟨li⟩ Lares colitur. sed et a M. Antonio in epistulis per contumeliam saepe Thurinus appellatur et ipse nihil amplius quam mirari se rescribit pro obprobrio sibi prius nomen obici. postea 2

15 sqq. *inde talia finxit Seru. Aen. I 292* adulans populus R. Octauiano tria obtulit nomina, utrum uellet Quirinus an Caesar an Augustus uocari. ille ne unum eligendo partem laederet, quae aliud offerre cupiebat, diuerso tempore omnibus usus est et primo Quirinus dictus est, inde Caesar, postea, quod et obtinuit, Augustus, sicut Suetonius probat et in georgicis ostendit Vergilius. *Georg. III 27* ut etiam in primo Aeneidis diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, quodam tempore tres partes populi consentiente senatu

1 esse se *XT* (se *in P ss. m. 2*) 5 locus *om. G* 6 penuariae *M*, paenuariae *corr. ex* paemariae *L*, pẹnuriae *et in margine* penuar- *V*, penuriae (*uel* -rie) *rel.* 8 nonnisi *X* 10 confirmata est *ΠRδ* (*uulg.*) 15 in memoria *Qε*, ob memoriam *PS¹T*, uel memoria *Bentley delens* originis 16 uel *om. LPS* (quod uel *T*) in regione *TP²T* 20 et] sed *Bentley* scriptam *G* 21 cubiculares *Ω*, *corr. Lipsius* 23 ipsi *MG*

Gai Caesaris et deinde Augusti cognomen assumpsit, alterum testamento maioris auunculi, alterum Munati Planci sententia, cum quibusdam censentibus Romulum appellari oportere quasi et ipsum conditorem urbis, praeualuisset, ut Augustus potius uocaretur, non tantum nouo sed etiam ampliore cognomine, quod loca quoque religiosa et in quibus augurato quid consecratur augusta dicantur, ab auctu uel ab auium gestu gustuue, sicut etiam Ennius ⟨*ann. 502 V.*[2]⟩ docet scribens:

Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.

8 Quadrimus patrem amisit. duodecimum annum agens auiam Iuliam defunctam pro contione laudauit. quadriennio post uirili toga sumpta militaribus donis triumpho Caesaris Africano donatus est, quanquam expers belli propter aetatem. profectum mox auunculum in Hispanias aduersus Cn. Pompei liberos uixdum firmus a graui ualitudine per infestas hostibus

---

obtulisse ei tria nomina, Quirini (Cyrini *pars codd.*), Augusti, Caesaris. ille, ne unum eligendo alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus, inde Caesar, post in nomine permansit Augusti. *cf. Lyd. de mens. 4, 72 (p. 150 W.) καὶ οὗτος δὲ ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ, υἱὸς Ὀκταβίου, Ὀκταβιανὸς πρότερον ἐκαλεῖτο . . . μετὰ ⟨δὲ⟩ τὰ πολλὰ καὶ μεγάλα ἐκείνου τρόπαια πολλοῖς ὀνόμασιν ἐτιμᾶτο· οἱ μὲν γὰρ αὐτὸν ὠνόμαζον Κυρῖνον οἱονεὶ Ῥωμύλον, ἄλλοι Καίσαρα, ψήφῳ δὲ κοινῇ τῶν ἀρχιερέων καὶ τῆς βουλῆς Αὔγουστος ἐπεκλήθη.* 1 *Victor Caes. 1, 1* Octauianus patre Octauio atque adoptione magni auunculi Caesaris ac mox procerum consulto ob uictoriam partium placide exercitam Augusti cognomento dictus. *Epit. 1, 2* adoptione . . . C. Caesaris maioris auunculi Gaius Caesar dictus, deinde ob uictoriam Augustus cognominatus est. *Eutrop. VII 1* Octauianus . . . Caesaris nepos, quem ille testamento heredem reliquerat et nomen suum ferre iusserat (*cf. Iul. 83*). hic est qui postea Augustus est dictus et rerum potitus (*cf. Oros. VI 18, 1*). *Auson. 262, 1* Octauius, idem Caesar et Augusti nomine nobilior. 4 *Epit. 1,1* uel sanctiori nomine Augusto appellato. *Lyd. de mens. 4, 72 (p. 151 W.) Αὔγουστον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι κατὰ τὴν πάτριον σημασίαν καλοῦσι τὸν κατ' οἰωνὸν καὶ θεῶν μαρτυρίαν προαγόμενον εἰς βασιλείαν. cf. Isid. orig. IX 3, 16*

---

1 Gai *del. Casaub.* Caesaris ⟨nomen⟩ *Bentley* 4 praeualuisset *LP*[1]*SQ*, -luisse *rel. et P*[2] 5 tantum ς (*Erasmus*), eū *MQ*, cū *GΠR*, enī *V*, autem *X*, solum *e cod. Cuiac. affertur, om. δ* 6 quod loca — Roma est *del. Cannegieter* (*Oud.*, *Roth*) 7 ab auctu — gustuue *del. Gujetus* actu *QRε* 9 augirio *M* incluta *V* (induta *δ*), inclyta *M*, inclita (ind- *Q*) *rel.* 10 duodecim *M*[1], decimum *Valesius* (*cf. Quint. inst. XII 6, 1*) 13 expers *om. G* 15 uix tum *ΠR*

uias paucissimis comitibus naufragio etiam facto subsecutus,
magno opere demeruit, approbata cito etiam morum indole
super itineris industriam.

Caesare post receptas Hispanias expeditionem in Dacos 2
et inde in Parthos destinante praemissus Apolloniam studiis
uacauit. utque primum occisum eum heredemque se com-
perit, diu cunctatus an proximas legiones imploraret, id qui-
dem consilium ut praeceps inmaturumque omisit. ceterum urbe
repetita hereditatem adiit, dubitante matre, uitrico uero Mar-
cio Philippo consulari multum dissuadente. atque ab eo 3
tempore exercitibus comparatis primum cum M. Antonio M.
que Lepido, deinde tantum cum Antonio per duodecim fere
annos, nouissime per quattuor et quadraginta solus rem p.
tenuit.

Proposita uitae eius uelut summa parte⟨s⟩ singillatim 9
neque per tempora sed per species exequar, quo distinctius
demonstrari cognoscique possint.

Bella ciuilia quinque gessit: Mutinense, Philippense,
Perusinum, Siculum, Actiacum; e quibus primum ac nouis-
simum aduersus M. Antonium, secundum aduersus Brutum et
Cassium, tertium aduersus L. Antonium triumuiri fratrem,
quartum aduersus Sextum Pompeium Cn. f(ilium). omnium 10
bellorum initium et causam hinc sumpsit: nihil conuenientius
ducens quam necem auunculi uindicare tuerique acta, con-
festim ut Apollonia rediit, Brutum Cassiumque et ui necopi-

---

10 *Eutrop. VII 8, 2* ex eo rem publicam per quadraginta et quattuor annos solus obtinuit. ante enim duodecim annis cum Antonio et Lepido tenuerat (*cf. VII 8, 3*). *VII 8, 4* quadraginta et quattuor annis, quibus solus gessit imperium. *Epit. 1, 30* imperauit annis quinquaginta et sex, duodecim cum Antonio, quadraginta uero et quattuor solus (*cf. Vict. Caes. 1, 2*). *Auson. 258, 2* Augustus post lustra decem sex prorogat annos. 15 *cf. ad cap. 61* 18 *Oros. VI 18, 2* bella ciuilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum. e quibus duo, hoc est primum ac nouissimum, aduersus M. Antonium, secundum aduersus Brutum et Cassium, tertium aduersus L. Antonium, quartum aduersus Sex. Pompeium Cn. Pompei filium confecit.

---

3 industria *X'* 5 in *om. M, fort. recte* (*cf. p. 19, 2*) 6 utqui *M* eum *om. G* se *om. GΠ*[1] 12 deinde *M*, dein *rel., rectius puto* 15 parte *Ω, corr. ed. Rom. II* (ς?) 17 possit *X* 21 triumuiri *ΥT*, trium uirum *rel.* 22 filium *GΥPT* 25 et uim *GΥS*, per uim *Bentley*

nantis et, quia prouisum periculum subterfugerant, legibus adgredi reosque caedis absentis deferre statuit. ludos autem uictoriae Caesaris non audentibus facere quibus optigerat id
2 munus, ipse edidit. et quo constantius cetera quoque exequeretur, in locum tr. pl. forte demortui candidatum se ostendit, quanquam patricius necdum senator. sed aduersante conatibus suis M. Antonio consule, quem uel praecipuum adiutorem sperauerat, ac ne publicum quidem et translatiuum ius ulla in re sibi sine pactione grauissimae mercedis impertiente, ad optimates se contulit, quibus eum inuisum sentiebat, maxime quod D. Brutum obsessum Mutinae prouincia a Caesare data et per senatum confirmata expellere armis
3 niteretur. hortantibus itaque nonnullis percussores ei subornauit, ac fraude deprehensa periculum in uicem metuens ueteranos simul in suum ac rei p. auxilium quanta potuit largitione contraxit; iussusque comparato exercitui pro praetore praeesse et cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum susceperant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense
4 confecit duobus proeliis. priore Antonius fugisse eum scribit ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse, sequenti satis constat non modo ducis, sed etiam militis functum munere atque in media dimicatione, aquilifero legionis suae grauiter saucio, aquilam umeris subisse diuque
11 portasse. hoc bello cum Hirtius in acie, Pansa paulo post ex uulnere perissent, rumor increbruit ambos opera eius

11 *Oros. VI 18, 3* Antonius a senatu hostis pronuntiatus D. Brutum apud Mutinam obsidione concluserat. 16 *Eutrop. VII 1* missi ad eum persequendum duo consules, Pansa et Hirtius, et Octauianus. *Oros. VI 18, 3* consules Hirtius et Pansa et cum his Caesar ad liberandum Brutum expugnandumque Antonium missi. 24 *Eutrop. VII 1* euenit . . . ut uictores consules ambo morerentur. quare tres exercitus uni Caesari Augusto paruerunt (*paullo fusius Oros. VI 18, 4. 5*).

1 et] sed *Bentley* 5 petitorem *post* candidatum *add. ΠR*, *post* tr. pl. *P²T* (*glossa* i. petitorem *adser. in ς*) 8 translaticium (tral-) ius ulla *e cod. Tornacensi affert Glareanus* (*sic primum ed. R. Stephanus*), translatiuum in sulla *M*, tralaticium in sulla (sylla *G*, sula *δ*) *GΥδ*, tralaticium (translaticum *Υ*) ulla *X′*, tralaticium munus *Madvig*. 9 in re] nire *Υ* 10 eum] cum *MG* 14 hac *X′* 15 ac *X′*, aut *MGΥδ*, *fort.* atque 16 exercitu *G* 24 et pansa *G*, pansaque (pens- *Q*) *Υ*

occisos, ut Antonio fugato, re p. consulibus orbata solus uictores exercitus occuparet. Pansae quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi uenenum uulneri indidisset. adicit his Aquilius Niger alterum e consulibus Hirtium in pugnae tumultu ab ipso interemptum.
sed ut cognouit Antonium post fugam a M. Lepido receptum 12
ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus, causam optimatium sine cunctatione deseruit, ad praetextum mutatae uoluntatis dicta factaque quorundam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ⟨*Cic. epist. XI 20, 1*⟩ ornandum tollendumque iactassent, ne aut sibi aut ueteranis par gratia referretur. et quo magis paenitentiam prioris sectae approbaret, Nursinos grandi pecunia et quam pendere nequirent multatos extorres oppido egit, quod Mutinensi acie interemptorum ciuium tumulo publice extructo ascripserant pro libertate eos occubuisse.

Inita cum Antonio et Lepido societate Philippense quo- 13
que bellum, quamquam inualidus atque aeger, duplici proelio transegit, quorum priore castris exutus uix ad Antoni cornu fuga euaserat. nec successum uictoriae moderatus est, sed capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris subiceretur, in splendidissimum quemque captiuum non sine uerborum contumelia saeuiit; ut quidem uni suppliciter sepultu- 2
ram precanti respondisse dicitur iam istam uolucrum fore potestatem; alios, patrem et filium, pro uita rogantis sortiri uel micare iussisse, ut alterutri concederetur, ac spectasse utrumque morientem, cum patre, quia se optulerat, occiso filius quoque uoluntariam occubuisset necem. quare ceteri, in his M. Fauonius ille Catonis aemulus, cum catenati producerentur, imperatore Antonio honorifice salutato, hunc foedissimo conuicio coram prosciderunt.

---

2 uictor *T*, uictor tres ς (*cf. Eutrop.*) equidem *X*, quoque *Π* (pansa ęquidem *et tum* adeos *V*, pansa equidem *Q*) 3 uenenum *om. V* 6 recepto *M* 7 et *om. G* partibus ς (*Beroald.*), patribus (fratr- *V*) *Ω* 11 ne] neque *Torr.*, nec *Bentley* 19 cornū M^2V successu *X'* 20 obiceretur *Bentley* 21 in *om.* $M^1GX'\delta$, *add.* M^2P^2 captiuorum *Bentley, recte puto* 22 seuiit *MT*, sęuiuit *G*, seu *V*, secuit *X*, extinxit δ ut] et *Bentley*, si *Iernstedt* 23 praedicanti M^1 dicitur *MV*, dicatur *rel. et edd.* in *post* istam *add. LPS*, ista in *Bentley* 25 micari Π^1, dimicare GL^2PT 27 uoluntaria — nece *X*

3 Partitis post uictoriam officiis cum Antonius Orientem
ordinandum, ipse ueteranos in Italiam reducendos et munici-
palibus agris collocandos recepisset, neque ueteranorum ne-
que possessorum gratiam tenuit, alteris pelli se, alteris non
14 pro spe meritorum tractari querentibus. quo tempore L. An-
tonium fiducia consulatus, quem gerebat, ac fraternae poten-
tiae res nouas molientem confugere Perusiam coegit et ad
deditionem fame conpulit, non tamen sine magnis suis et
ante bellum et in bello discriminibus. nam cum spectaculo
ludorum gregarium militem in quattuordecim ordinibus se-
dentem excitari per apparitorem iussisset, rumore ab ob-
trectatoribus dilato quasi eundem mox et discruciatum necas-
set, minimum afuit quin periret concursu et indignatione
turbae militaris. saluti fuit, quod qui desiderabatur repente
comparuit incolumis ac sine iniuria. circa Perusinum autem
murum sacrificans paene interceptus est a manu gladiatorum,
15 quae oppido eruperat. Perusia capta in plurimos animaduertit,
orare ueniam uel excusare se conantibus una uoce occurrens
m o r i e n d u m e s s e. scribunt quidam trecentos ex dediticiis
electos utriusque ordinis ad aram Diuo Iulio extructam Idi-
bus Martiis hostiarum more mactatos. extiterunt qui tra-
derent con[s]pecto eum ad arma isse, ut occulti aduersarii et
quos metus magis quam uoluntas contineret, facultate L. An-
toni ducis praebita, detegerentur deuictisque is et confiscatis
promissa ueteranis praemia soluerentur.
16 Siculum bellum incohauit in primis, sed diu traxit inter-
missum saepius, modo reparandarum classium causa, quas
tempestatibus duplici naufragio et quidem per aestatem ami-
serat, modo pace facta, flagitante populo ob interclusos com-

1 *cf. Eutrop. VII 3, 3* sic inter eos diuisa est res publica, ut Augustus Hispanias Gallias Italiam teneret, Antonius Asiam Pontum Orientem. 5 *Schol. Lucan. I 41* Antonium Perusiae obsedit et fame compulit ad deditionem.

5 meritoue *Bentley* 10 militem *om. G* 12 delato *GPST* 17 erumpebat *T* 21 martis *GQε* more remactandos *G* 22 conspecto (-tu *Q*) *Ω*, uel consulto *ss. P²* (*item in cod. Dunelmensi*), *corr. Lipsius* 24 is *MS¹*, iis *VL*, his (hiis *T*) *rel. et S²* 25 persoluerentur *pars edd.* (*Roth*) *cum ed. Rom. pr. II*

meatus famemque ingrauescentem; donec nauibus ex integro fabricatis ac uiginti seruorum milibus manumissis et ad remum datis portum Iulium apud Baias inmisso in Lucrinum et Auernum lacum mari effecit. in quo cum hieme tota copias exercuisset, Pompeium inter Mylas et Naulochum superauit, sub horam pugnae tam arto repente somno deuinctus, ut ad
dandum signum ab amicis excitaretur. unde praebitam An- 2
tonio materiam putem exprobrandi: ne rectis quidem oculis eum aspicere potuisse instructam aciem, uerum supinum, caelum intuentem, stupidum cubuisse nec prius surrexisse ac militibus in conspectum uenisse quam a M. Agrippa fugatae sint hostium naues. alii dictum factumque eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamauerit etiam inuito Neptuno uictoriam se adepturum, ac die circensium proximo sollemni pompae
simulacrum dei detraxerit. nec temere plura ac maiora peri- 3
cula ullo alio bello adiit. traiecto in Siciliam exercitu, cum partem reliquam copiarum continenti repeteret, oppressus ex inprouiso a Demochare et Apollophane praefectis Pompei uno demum nauigio aegerrime effugit. iterum cum praeter Locros Regium pedibus iret et prospectis biremibus Pompeianis terram legentibus suas ratus descendisset ad litus, paene exceptus est. tunc etiam per deuios tramites refugientem seruus Aemili Pauli comitis eius, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paulum et quasi occasione ultionis oblata, interficere conatus est.

Post Pompei fugam collegarum alterum M. Lepidum, 4
quem ex Africa in auxilium euocarat, superbientem uiginti

---

27 sqq. *cf. Oros. VI 18, 28* ibique (*in Sicilia*) Lepidum ex Africa aduentantem obuium habuit, summas sibi partes terrore, minis ac superbia uindicantem. *VI 18, 30* Lepidus magna uiginti legionum insolentia tumens *VI 18, 32* Lepidus ... supplex Caesari factus uitam et bona impetrauit, perpetuo quidem amendatus exilio.

---

5 milas (-ias *P¹T*) *GX″Υ*, ĩmopyt milas *M*, milites δ 6 hora *T* e tam arto *M*, etamarte *G* (etiam pugne arto δ) deuictus *X″Υ* 7 ei *post* unde *add. PST* (*in P uerba* ut ad dandum *usque* Antonio *in margine addita sunt*) 10 stupendum *V* 11 fuisse *LP¹S¹* 16 deindetraxerit *MG*, die detraxerit *V* (dei *in R ss.*) 18 ⟨e⟩ continenti *Polak* 25 Paulum *del. Polak legens antea* dolentis

legionum fiducia summasque sibi partes terrore et minis uindicantem spoliauit exercitu supplicemque concessa uita Cerceios in perpetuum relegauit.

17 M. Antoni[i] societatem semper dubiam et incertam reconciliationibusque uariis male focilatam abrupit tandem, et quo magis degenerasse eum a ciuili more approbaret, testamentum, quod is Romae etiam de Cleopatra liberis inter heredes nuncupatis reliquerat, aperiundum recitandumque pro
2 contione curauit. remisit tamen hosti iudicato necessitudines amicosque omnes atque inter alios C. Sosium et T. Domitium tunc adhuc consules. Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis. nec multo post nauali proelio apud Actium uicit in serum dimicatione pro-
3 tracta, ut in naue uictor pernoctauerit. ab Actio cum Samum in hiberna se recepisset, turbatus nuntiis de seditione praemia et missionem poscentium, quos ex omni numero confecta uictoria Brundisium praemiserat, repetit⟨a It⟩alia tempestate in traiectu bis conflictatus, primo inter promunturia Peloponensi atque Aetoliae, rursus circa montes Ceraunios utrubique parte liburnicarum demersa, simul eius, in qua uehebatur, fusis armamentis et gubernaculo diffracto; nec amplius quam septem et uiginti dies, donec †ad desideria militum ordinarentur, Brundisii commoratus, Asiae Syriaeque circuitu Aegyptum petit obsessaque Alexandrea, quo Antonius

13 *Eutrop. VII 7* uictus est (*Antonius*) ab Augusto nauali pugna clara et inlustri apud Actium. 25 *Oros. VI 19, 19* Alexandria . . . uictor potitus est.

---

2 cercios *V*, cerocios *L*[1], Circeios *fere edd.* (*cf. Tib.72*) 7 quo *V* etiam *GHRδ*, etiam et *MQX'* de cleopatra *MVTδ*, de cleopatrę (de *om. P*) *GX*, de Cleopatra et de Cleopatrae *Casaub.*, Cleopatra eiusque *Modd.*; *fort.* e *pro* de *legendum* 9 indicato *Ω*, *corr.* *L*[2] (*uel* *L*[3]) ς necessitudinis *MLPS*[1] (*in V* -nes *corr. ex* -nē *ut uid.*) 10 T.] *oportuit* Cn., *quod fort. reponendum est* 15 naui *GT* 17 petentium *G* 18 repetita Italia ϱ (*Scheffer*), repetit italiam ς 20 pelopenensi *M*, peloponense *G* 21 utrobique *M*[2]*GX'T* luburnicarum *M* 23 ad *M*, et *GX'δ*, *om.* *T*, ea *Oud.*, ac *Modd. statuens lacunam post* donec, *puto* omnia *excidisse post* militum (*cf. Herm. 40 p. 188*) 25 petiit *V*

cum Cleopatra confugerat, breui potitus est. et Antonium 4
quidem seras condiciones pacis temptantem ad mortem adegit uiditque mortuum. Cleopatrae, quam seruatam triumpho magno opere cupiebat, etiam psyllos admouit, qui uenenum ac uirus exugerent, quod perisse morsu aspidis putabatur. ambobus communem sepulturae honorem tribuit ac tumulum ab ipsis incohatum perfici iussit. Antonium iuuenem, ma- 5
iorem de duobus Fuluia genitis, simulacro Diui Iuli, ad quod post multas et irritas preces confugerat, abreptum interemit. item Caesarionem, quem ex Caesare patre Cleopatra concepisse praedicabat, retractum e fuga supplicio adfecit. reliquos Antoni[i] reginaeque communes liberos non secus ac necessitudine iunctos sibi et conseruauit et mox pro condicione cuiusque sustinuit ac fouit. per idem tempus conditorium et **18**
corpus Magni Alexandri, cum prolatum e penetrali subiecisset oculis, corona aurea imposita ac floribus aspersis ueneratus est consultusque, num et Ptolemaeum inspicere uellet, regem se uoluisse ait uidere, non mortuos. Aegyptum 2
in prouinciae formam redactam ut feraciorem habilioremque annonae urbicae redderet, fossas omnis, in quas Nilus exaestuat, oblimatas longa uetustate militari opere detersit. quoque Actiacae uictoriae memoria celebratior et in posterum esset, urbem Nicopolim apud Actium condidit ludosque illic quinquennales constituit et ampliato uetere Apollinis templo

---

3 *Oros. VI 19, 18* Cleopatra postquam se ad triumphum seruari intellexit, uoluntariam mortem petens serpentis, ut putatur, morsu in sinistro tacta brachio exanimis inuenta est, frustra Caesare etiam psyllos admouente, qui uenena serpentum e uulneribus hominum haustu reuocare atque exsugere solent. *cf. Eutrop. VII 7 Seru. Aen. VIII 697* 10 *cf. Schol. Lucan. X 76* 18 *Epit. 1, 4* regionem Aegypti inundatione Nili accessu difficilem inuiamque paludibus in prouinciae formam redegit. *1, 5* quam ut annonae urbis copiosam efficeret, fossas incuria uetustatis limo clausas labore militum patefecit. *cf. Eutrop. VII 7. 9*

---

3 mortem *G* 4 admonuit $G^1P^1R^1$ 8 de $T'P^2$, *om.* $MGVLP^1$, *malim* e *uel* ex 9 abreptum *GR*, arr- *rel.* (*Ω?*) 10 patre (partȩ *V*) *om. T* 15 subiecissent *Modd.* 16 aspersis HL^2 (*uel* L^3), aspersus *MX'*, aspersū (asperū *Q*, asperu H^1) *GT*, asperis *N* 17 Ptolemaeeum *Bernegger, Bentley* 20 omnes fossas *G*

locum castrorum, quibus fuerat usus, exornatum naualibus spoliis Neptuno ac Marti consecrauit.

19 Tumultus posthac et rerum nouarum initia coniurationesque complures, prius quam inualescerent indicio detectas, compressit alias alio tempore: Lepidi iuuenis, deinde Varronis Murenae et Fanni Caepionis, mox M. Egnati, exin Plauti Rufi Lucique Pauli progeneri sui, ac praeter has L. Audasi falsarum tabularum rei ac neque aetate neque corpore integri, item Asini Epicadi ex gente Parthina ibridae, ad extremum Telephi, mulieris serui nomenculatoris. nam ne ultimae quidem sortis hominum conspiratione et periculo caruit.
2 Audasius atque Epicadus Iuliam filiam et Agrippam nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exercitus, Telephus quasi debita sibi fato dominatione et ipsum et senatum adgredi destinarant. quin etiam quondam iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu, ianitoribus deceptis, noctu deprehensus est cultro uenatorio cinctus, imposne mentis an simulata dementia incertum; nihil enim exprimi quaestione potuit.

20 Externa bella duo omnino per se gessit, Delmaticum adulescens adhuc et Antonio deuicto Cantabricum. Delmatico etiam uulnera excepit, una acie dextrum genu lapide ictus, altera et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus. reliqua per legatos administrauit, ut tamen quibusdam Pannonicis atque Germanicis aut interueniret aut non longe abesset, Rauennam uel Mediolanium uel Aquileiam
21 usque ab urbe progrediens. domuit autem partim ductu

20. 24 *Oros. VI 21, 22* multa per se multaque per duces et legatos bella gessit. *cf. Einhard. 7. 12 13*

3 posthęc *GX* 4 prius inualescentem *V* 5 alias *VLP*^{1}, italias *M*, et alias *GΥ'P*^{2}*O*, at alias *δ* 6 genaiti *M*, gena *V*, genati *rel.*, *corr.* *ς* (*ed. Bonon. 1488*) exim *δ* 7 ac *om. V* 8 corpori *M*^{1}, corporis *M*^{2}, corporum *δ* integri item asini (-nii *G*) *GL*^{2}*ς*, integrite masini *M*^{1}, integritate masini *M*^{2} (integritate strenui masini *δ*), integri temasini (them- *Π*) *X'T* (a *in ras. L*) 9 parthyna *M*, parthica *X'* ybridae (hybr- *P*, hibr- *ΠR*) *Ω* 12 epicadius *X'* 13 ad exercitus] adorti *V*, ad extremum *ΥP*^{2}*OT* (*cf. l. 9*) 15 destinarat *V* 17 inopsne *L*^{2}*ς* 26 mediolaneum *MV*, -num *rel.* 27 ad urbem *MT*

partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam, Pannoniam, Delmatiam cum Illyrico omni, item Raetiam et Vindelicos ac Salassos, gentes Inalpinas. coercuit et Dacorum incursiones tribus eorum ducibus cum magna copia caesis, Germanosque ultra Albim fluuium summouit, ex quibus Suebos et Sigambros dedentis se traduxit in Galliam atque in proximis Rheno agris conlocauit. alias item nationes male quietas ad obse-
quium redegit. nec ulli genti sine iustis et necessariis cau- 2
sis bellum intulit tantumque afuit a cupiditate quoquo modo imperium uel bellicam gloriam augendi, ut quorundam barbarorum principes in aede Martis Vltoris iurare coegerit mansuros se in fide ac pace quam peterent, a quibusdam uero nouum genus obsidum, feminas, exigere temptauerit, quod neglegere marum pignera sentiebat; et tamen potestatem semper omnibus fecit, quotiens uellent obsides recipiendi. neque aut crebrius aut perfidiosius rebellantis grauiore umquam ultus est poena, quam ut captiuos sub lege uenundaret, ne in uicina regione seruirent neue intra tricen-
simum annum liberarentur. qua uirtutis moderationisque 3
fama Indos etiam ac Scythas auditu modo cognitos pellexit

---

1 *Eutrop. VII 9* Romano adiecit imperio Aegyptum (*u. p. 59, 18*), Cantabriam, Dalmatiam, saepe ante uictam sed penitus tunc subactam, Pannoniam, Aquitaniam, Illyricum, Raetiam, Vindelicos et Salassos in Alpibus ... uicit autem ⟨multis⟩ proeliis Dacos, Germanorum ingentes copias cecidit, ipsos quoque trans Albim fluuium summouit, qui in barbarico longe ultra Rhenum est *eqs.* (*u. ad Tib. 9*). *Epit. 1, 7* Cantabros et Aquitanos, Raetos, Vindelicos, Dalmatas numero prouinciarum populo Romano coniunxit. Sueuos Cattosque deleuit, Sigambros in Galliam transtulit. Pannonios stipendiarios adiecit. *cf. Victor Caes. 1, 2*
8 *Epit. 1, 10* adeo ... turbas, bella, simultates exsecratus est, ut nisi iustis de causis numquam genti cuiquam bellum indixerit.
20 *Eutrop. VII 10, 1* Scythae et Indi, quibus antea Romanorum nomen incognitum fuit, munera et legatos ad eum miserunt. *Victor Caes. 1, 7* ut Indi, Scythae, Garamantes ac Bactri legatos mitterent orando foederi. *Epit. 1, 9* ad hunc Indi, Scythae, Garamantes, Aethio-

---

3 cisalpinas *P*, alpinas *T* 5 albim *ΠQ*, abim *MG*, abin *VL*(*P*[1]*?*), albini (*potius quam* albim *R*) *RPS* (*in P m. 2 in ras.*), albinum *T* seubos *M*, sueuo *V*, sueuos *rel.* (*quarta litt. in ras. R*), Vbios *Kossinna cum Pithoeo* sigambros *MVLε*, sic- *GΠRPST*, sac- *Q*, *fort.* Sugscripsit Suetonius 14 neglerem arum *M*[1] (marium *LSQ*) pignora *XT*
7 multatus *T*

ad amicitiam suam populique Rom. ultro per legatos petendam. Parthi quoque et Armeniam uindicanti facile cesserunt et signa militaria, quae M. Crasso et M. Antonio ademerant, reposcenti reddiderunt obsidesque insuper optulerunt, denique pluribus quondam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum probauerunt.

22 Ianum Quirinum semel atque iterum a condita urbe ante memoriam suam clausum in multo breuiore temporis spatio terra marique pace parta ter clusit. bis ouans ingressus est urbem, post Philippense et rursus post Siculum bellum. curulis triumphos tris egit, Delmaticum, Actiacum, Alexandrinum, continuo triduo omnes.

23 Graues ignominias cladesque duas omnino nec alibi quam in Germania accepit, Lollianam et Varianam, sed Lollianam maioris infamiae quam detrimenti, Varianam paene exitiabilem tribus legionibus cum duce legatisque et auxiliis omnibus caesis. hac nuntiata excubias per urbem indixit, ne quis tumultus existeret, et praesidibus prouinciarum propagauit imperium, ut a peritis et assuetis socii continerentur.
2 uouit et magnos ludos Ioui Optimo Maximo, si res p. in meliorem statum uertisset: quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat. adeo denique consternatum ferunt, ut per conti-

---

pes legatos cum donis miserunt. *cf. Oros. VI 21, 19. 20 Vir. ill. 79, 5 Einhard. 16* 2 *Eutrop. VII 9* Armeniam a Parthis recepit. obsides, quod nulli antea, Persae ei dederunt. reddiderunt etiam signa Romana, quae Crasso uicto ademerant. *Epit. 1, 8* huic Persae obsides obtulerunt creandique reges arbitrium permiserunt. *Oros. VI 21, 29* Parthi ... ultro signa, quae Crasso interfecto abstulerant, ad Caesarem remiserunt regiisque obsidibus traditis firmum foedus fideli supplicatione meruerunt. *cf. Vir. ill. 79, 4* 7 *Vict. Caes. 1, 3* tertius post Numam uicto Antonio Ianum clauserit. *Oros. VI 22, 1* Iani portas tertio ipse tunc clausit. *cf. Vir. ill. 79, 6* 22 *Epit. 1, 13* quod in tantum accidisse perdoluit, ut cerebri ualido incursu parietem pulsaret ueste capilloque ac reliquis lugentium indiciis deformis. *Oros. VI 21, 27* quam rei publicae cladem ... adeo grauiter tulit, ut saepe per uim doloris caput parieti conlidens clamaret: Quintili Vare, redde legiones.

---

2 armenii (-ni *T*) *G T* 3 ademerunt *X* (*non T*) 5 ipso] eo *X* 7 a *om. MGVL¹P¹* (*add. L²P²*), *neque addi necesse uidetur* 9 clausit *ΠRP²ST* (*cf. Mon. Ancyr. II 42 sqq.*) 13 quam *et tum* Lollianam *usque* sed *om. V* 14 sed *om. Π¹Q* 18 prorogauit ς 20 rem p. *T*, r. p. *T*

nuos menses barba capilloque summisso caput interdum foribus illideret uociferans: Quintili Vare, legiones redde! diemque cladis quotannis maestum habuerit ac lugubrem.

In re militari et commutauit multa et instituit atque 24 etiam ad antiquum morem nonnulla reuocauit. disciplinam seuerissime rexit. ne legatorum quidem cuiquam, nisi grauate hibernisque demum mensibus, permisit uxorem interuisere. equitem R., quod duobus filiis adulescentibus causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque subiecit hastae; quem tamen, quod inminere emptioni publicanos uidebat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sineret. decimam legionem contumacius parentem cum 2 ignominia totam dimisit, item alias immodeste missionem postulantes citra commoda emeritorum praemiorum exauctorauit. cohortes, si quae cessissent loco, decimatas hordeo pauit. centuriones statione deserta, itidem ut manipulares, capitali animaduersione puniit, pro cetero delictorum genere uariis ignominis adfecit, ut stare per totum diem iuberet ante praetorium, interdum tunicatos discinctosque, nonnumquam cum decempedis, uel etiam c⟨a⟩espitem portantes. neque 25 post bella ciuilia aut in contione aut per edictum ullos militum commilitones appellabat, sed milites, ac ne a filiis quidem aut priuignis suis imperio praeditis aliter appellari passus est, ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris aut temporum quies aut sua domusque suae maiestas

---

15 *Polyaen. VIII 24, 1. 2 Σεβαστὸς τοὺς ἐν ταῖς μάχαις καθυφιεμένους οὐκ ἀνῄρει πάντας, ἀλλ᾽ ἐδεκάτευεν. Σεβαστὸς τοῖς διὰ δειλίαν ἀπολιπομένοις κριθὰς ἀντὶ πυρῶν ἐκέλευε μετρεῖσθαι.* 18 *id. VIII 24, 3 τοὺς ἐπὶ στρατοπέδου τι ἁμαρτόντας (διαμαρτόντας uulg.) ἐκέλευσε πρὸ τοῦ στρατηγείου λυσιζώνους ἑστάναι. ἔστι δὲ ὅτε καὶ πλινθοφορεῖν δι᾽ ὅλης ἡμέρας.* 20 sqq. *Epit. 1, 14* auunculi quoque inuentum uehementer arguebat, qui milites commilitones ... appellans (*Suet. Iul. 67*), dum affectat carior fieri, auctoritatem principis emolliuerat.

---

6 quidem *om.* M^1 grauato *GT* 7 domum *M* 10 inmi^{u}nire (u *m. 2*) *M* (*uox iuncta sequenti*), imminere (*uel* ĭm-) *rel.* emptione *MVLP*S^1 12 cum *om. MGVLP* (*add.* L^3P^2, *habet N*), *audacius fuerit* ignominia notatam, ignominie tutam *temptauit corrector* δ (*cf. Cal. 44*) 14 praemiorum *om. Q* (*Torr.*) 17 delictorum *om. T* 22 appellabat *ΠR*P^2*ST*, appellat *MGVL*P^1*Q*δ, appellauit *Salmas.* 23 alter M^1, *om.* $Π^1$*Q*

2 postularet. libertino milite, praeterquam Romae incendiorum causa et si tumultus in grauiore annona metueretur, bis usus est: semel ad praesidium coloniarum Illyricum contingentium, iterum ad tutelam ripae Rheni fluminis; eosque, seruos adhuc uiris feminisque pecuniosioribus indictos ac sine mora manumissos, sub priore uexillo habuit, neque aut commixtos cum ingenuis aut eodem modo armatos.

3 Dona militaria aliquanto facilius phaleras et torques, quicquid auro argentoque constaret, quam uallares ac murales coronas, quae honore praecellerent, dabat; has quam parcissime et sine ambitione ac saepe etiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia post naualem uictoriam c⟨a⟩eruleo uexillo donauit. solos triumphales, quamquam et socios expeditionum et participes uictoriarum suarum, numquam donis impertiendos putauit, quod ipsi quoque ius habuissent tri-
4 buendi ea quibus uellent. nihil autem minus [in]perfecto duci quam festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur. crebro itaque illa iactabat: *σπεῦδε βραδέως!*

ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης

---

8 sq. *Polyaen. VIII 24, 5 τοῖς ἀνδραγαθοῦσιν ἀργυρίου καὶ χρυσίου μεγάλας ἐδίδου δωρεάς.* 16 *id. VIII 24, 4 Σεβαστὸς τοῖς ἑαυτοῦ στρατηγοῖς παρήγγελλεν ἀσφαλείας πεφροντικέναι μάλιστα καὶ συνεχῶς ἐπέλεγε τὸ 'σπεῦδε βραδέως' καὶ τὸ ⟨Eurip. Phoen. 599⟩ 'ἀσφαλὴς γάρ ἐστ' ἀμείνων ἢ θρασὺς στρατηλάτης'. Epit. 1, 11* neque imperatori bono quidquam minus quam temeritatem congruere.

---

2 bis] urbis *MGVL*P^1*T* 3 calumniarum *G* 5 et feminis *G* 6 proprio *Torr.*, primore *Casaub.*, priuo *Burm.* (*Mommsen*), peiore *O. Hirschfeld* 8 et torques] torques et ς (*edd. Rom.*) 9 quam *post* coronas *ponit Lipsius* 12 sicilia *T*ς, cicilia *Q*, cilicia (-tia *S*) *GΠRN*, ciliciam *MVLP* 16 perfecto duci *Bentley* (*Roth*), inperfecto (imp- *P*S^1) duci *MG*V^1*LPS*, in perfecto duce *Υ*V^2*TN* (*cf. testim. supra*) 17 uenire *Υ* (*in Q praecedit* quā *pro* que) 18 CΠЄYΔЄ BΓΔΔЄωC *MG et fere rel.* (Γ *notaui ex omnibus*), accelera tarde *ss. in V*, acelera *in S* 19 ΔCΦΔΔHC TΔPЄCTΔMЄINωN HOPΔCYC CYPΔTHΛΔTHC *M*, ΔCΦΔΛHCTΔPЄCTΔMЄINωN HOPΔCIC CYPΔTHΛΔTHC *G*, ΔΦΔΔE·CTΔΔPЄCTΔ·MЄINωNTΔ·OPΔCYC·CTPΔTHΛΔTHC *et ss.* sciens obtime manentia in pugna bellatoris *V*, *corruptius reliqui* (TΔP *pro* ΓΔP *omnes praeter S*, O *pro* Θ *notaui ex omnibus*, CYP- *pro* CTP- *etiam ΥP*)

et: sat celeriter fieri quidquid fiat satis bene. proelium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum maior emolumenti spes quam damni metus ostenderetur. nam minima commoda non minimo sectantis discrimine similes aiebat esse aureo hamo piscantibus, cuius abrupti damnum nulla captura pensari posset.

Magistratus atque honores et ante tempus et quosdam 26
noui generis perpetuosque cepit. consulatum uicesimo aetatis
anno inuasit admotis hostiliter ad urbem legionibus missisque qui sibi nomine exercitus deposcerent; cum quidem
cunctante senatu Cornelius centurio, princeps legationis, reiecto sagulo ostendens gladii capulum non dubitasset in curia
dicere: hic faciet, si uos non feceritis. secundum con- 2
sulatum post nouem annos, tertium anno interiecto gessit,
sequentis usque ad undecimum continuauit, multisque mox,
cum deferrentur, recusatis duodecimum magno, id est septemdecim annorum, interuallo et rursus tertium decimum biennio
post ultro petit, ut C. et Lucium filios amplissimo praeditus magistratu suo quemque tirocinio deduceret in forum.
quinque medios consulatus a sexto ad decimum annuos gessit, 3
ceteros aut nouem aut sex aut quattuor aut tribus mensibus,
secundum uero paucissimis horis. nam die Kal. Ian. cum
mane pro aede Capitolini Iouis paululum curuli sella praesedisset, honore abiit suffecto alio in locum suum. nec omnes

---

1 *Epit. 1, 11* satis celeriter fieri, quidquid commode gereretur (*cf. Ribbeck com. frg.*[3] *p. 150. Otto, Sprichw. p. 79*). 1 sqq. *Epit. 1, 12* armaque nisi maioris emolumenti spe nequaquam mouenda esse, ne compendio tenui, iactura graui petita uictoria similis sit hamo aureo piscantibus, cuius abrupti amissique detrimentum nullo capturae lucro pensari potest. *Polyaen. VIII 24, 6* Σεβαστὸς τοὺς ἄνευ λυσιτελείας ῥιψοκινδύνους ἔλεγε μηδὲν διαφέρειν τῶν χρυσοῖς ἀγκίστροις ἁλιευομένων (*cf. Otto, Sprichw. p. 158*). 8 *Eutrop. VII 2, 1* Romam cum exercitu profectus extorsit, ut sibi uicesimo anno consulatus daretur. 17 *cf. Auson. grat. act. 6, 25* Augusti tredecim consulatus.

---

1 et *expunctum in G* (*non in g*) fiat et *G* (et *ss. m. 1*) 3 maiore $M^1V^1Q^1\varepsilon^1$ (*corr. m. 2*) emolumentis *M* 5 hamo aureo *G Epit.* 6 possit *X* 7 sed ante *MGT* 8 generis noui *G* 10 poscerent G^1g 18 petiit *T'P* (*edd.*) C.] brutum *X* praeditos *G* 20 undecimum (xi. *Rϱ*) *T*

Romae, sed quartum consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octauum et nonum Tarracone init.

27 Triumuiratum rei p. constituendae per decem annos administrauit; in quo restitit quidem aliquamdiu collegis ne qua fieret proscriptio, sed inceptam utroque acerbius exercuit. namque illis in multorum saepe personam per gratiam et preces exorabilibus solus magno opere contendit ne cui parceretur, proscripsitque etiam C. Toranium tutorem suum,
2 eundem collegam patris sui Octaui in aedilitate. Iulius Saturninus hoc amplius tradit, cum peracta proscriptione M. Lepidus in senatu excusasset praeterita et spem clementiae in posterum fecisset, quoniam satis poenarum exactum esset, hunc e diuerso professum, ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera. in cuius tamen pertinaciae paenitentiam postea T. Vinium Philopoemenem, quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri
3 dignitate honorauit. in eadem hac potestate multiplici flagrauit inuidia. nam et Pinarium equitem R., cum contionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quaedam animaduertisset, curiosum ac speculatorem ratus coram confodi imperauit; et Tedium Afrum consulem designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset,
4 tantis conterruit minis, ut is se praecipitauerit; et Quintum Gallium praetorem, in officio salutationis tabellas duplices ueste tectas tenentem, suspicatus gladium occulere, nec quicquam statim, ne aliud inueniretur, ausus inquirere, paulo post per centuriones et milites raptum e tribunali seruilem in modum torsit ac fatentem nihil iussit occidi prius oculis eius sua manu effossis; quem tamen scribit conloquio petito insidiatum sibi coniectumque a se in custodiam, deinde urbe

---

2 init *V*, mit *M*, iniit *rel.* (*uulg.*) 4 ne qua *om. V* 6 persona *Madvig* 9 eundemque *ΠS²* (*uulg.*) patri *et* aedulitate *M* iulius *MVδ*, iunius *rel.* (*edd.*) 15 iunium *X′Υ* 18 ⟨T.⟩ Pinarium *Casaub.* quem *Fähse* 19 quendam *G*, quae *V* 21 *eundem* Vttiedium Afrum *tituli CIL XIV 3615 esse coni. Borghesius* 22 carpisse *M*, capsisset *V* 23 uti se *G*, utisset *V* 25 gladio *V* nec] ne *GV* 27 e] et *M*, ex *G* 28 ac *om. G* oculos-effusos (effossos *δ*) *Mδ*, *inde* effusis *Heinsius* (effosis *habet Τ*) 30 in *om. VS*

interdicta dimissum naufragio uel latronum insidiis perisse.
tribuniciam potestatem perpetuam recepit, in qua semel at- 5
que iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit. re-
cepit et morum legumque regimen aeque perpetuum, quo
iure, quamquam sine censurae honore, censum tamen populi
ter egit, primum ac tertium cum collega, medium solus.

De reddenda re p. bis cogitauit: primum post oppressum 28
statim Antonium, memor obiectum sibi ab eo saepius, quasi
per ipsum staret ne redderetur; ac rursus taedio diuturnae
ualitudinis, cum etiam magistratibus ac senatu domum acci-
tis rationarium imperii tradidit. sed reputans et se priuatum
non sine periculo fore et illam plurium arbitrio temere com-
mitti, in retinenda perseuerauit, dubium euentu meliore an
uoluntate. quam uoluntatem, cum prae se identidem ferret, 2
quodam etiam edicto his uerbis testatus est: ita mihi sal-
uam ac sospitem rem p. sistere in sua sede liceat at-
que eius rei fructum percipere, quem peto, ut optimi
status auctor dicar et moriens ut feram mecum spem,
mansura in uestigio suo fundamenta rei p. quae ie-
cero. fecitque ipse se compotem uoti nisus omni modo, ne
quem noui status paeniteret.

Vrbem neque pro maiestate imperii ornatam et inunda- 3
tionibus incendiisque obnoxiam excoluit adeo, ut iure sit glo-
riatus marmoream se relinquere, quam latericiam ac-
cepisset. tutam uero, quantum prouideri humana ratione po-

---

2 *Victor Caes. 1, 6* tribunicia potestate perpetuo habitus. *Epit. 1, 3* tribuniciam potestatem per se exercuit. *Oros. VI 18, 34* ut in perpetuum tribuniciae potestatis esset, a senatu decretum est. 22 *Epit. 1, 19* auxit ornauitque Romam aedificiis multis, isto glorians dicto: urbem latericiam repperi, relinquo marmoream. *Oros. VII 7, 7* urbis, quam se Augustus ex latericia marmoream reddidisse iactauerat.

---

1 admissum *T* 3 *lacunam post* iterum *statuunt supplentque* ⟨per decennium, ter⟩ *Bergk*, ⟨M. Agrippam, ter Tiberium⟩ *Mommsen* coaptauit (coact- *T*) *XT* 7 primum *M*, primo *rel. fort. rectius* 10 ac] e ς (*edd. Rom., Torr.*) 11 priuatim *MGVLP*¹ 14 p̄sident idem *MV*, p̄sidenti dein *G*, p̄sidens (pres- *S*) identidem *P²OST* (*recte LP*¹), p̄sidens idem *Υδ* 15 quondam *Bentley* 17 optimo *M*¹ 19 mensura *M*¹, mansuram *Q* 21 peniterent *M*¹ 22 namque *ΥT*, *om. N*

29 tuit, etiam in posterum praestitit. publica opera plurima extruxit, e quibus uel praecipua: forum cum aede Martis Vltoris, templum Apollinis in Palatio, aedem Tonantis Iouis in Capitolio. fori extruendi causa fuit hominum et iudiciorum multitudo, quae uidebatur non sufficientibus duobus etiam tertio indigere; itaque festinatius necdum perfecta Martis aede publicatum est cautumque, ut separatim in eo publica iudicia et sortitio-
2 nes iudicum fierent. aedem Martis bello Philippensi pro ultione paterna suscepto uouerat; sanxit ergo, ut de bellis triumphisque hic consuleretur senatus, prouincias cum imperio petituri hinc deducerentur, quique uictores redissent,
3 huc insignia triumphorum conferrent. templum Apollinis in ea parte Palatinae domus excitauit, quam fulmine ictam desiderari a deo haruspices pronuntiarant; addidit porticus cum bibliotheca Latina Graecaque, quo loco iam senior saepe etiam senatum habuit decuriasque iudicum recognouit. Tonanti Ioui aedem consecrauit liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur
4 praestrinxisset seruumque praelucentem exanimasset. quaedam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet et uxoris sororisque fecit, ut porticum basilicamque Gai et Luci, item porticus Liuiae et Octauiae theatrumque Marcelli. sed et ceteros principes uiros saepe hortatus est, ut pro facultate quisque monimentis uel nouis uel refectis et excultis urbem
5 adornarent. multaque a multis tunc extructa sunt, sicut a Marcio Philippo aedes Herculis Musarum, a L. Cornificio aedes Dianae, ab Asinio Pollione atrium Libertatis, a Munatio Planco aedes Saturni, a Cornelio Balbo theatrum, a Statilio Tauro amphitheatrum, a M. uero Agrippa complura et egregia.

---

1 *Einhard. 17* opera ... plurima ... inchoauit ... inter quae praecipua *eqs.* (*cf. 12*)

---

6 perfectā martis aeduplicatū *V* 8 marti *X* ultione ϱς, uisione *Ω* (*G. Becker*), religione *Iernstedt* 14 pronuntiarant *Stephanus*, pronuntiarent *Ω* (-runt *T*, *Bentley*) 16 decurias *V* 19 seruumque *usque* exanimasset *om. V* pr(a)educentem *X* 19 quaedam] quae *V* 21 sororisque *T*, et sororis *G*, ac sororis *X*, sororis *MV*(*Ω?*), ac sororis ⟨generique⟩ *Modd.* 23 ortatus *MVS*[1], adhortatus *R* (*Bentley*)

Spatium urbis in regiones uicosque diuisit instituitque, **30**
ut illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri e
plebe cuiusque uiciniae lecti. aduersus incendia excubias
nocturnas uigilesque commentus est; ad coercendas inundatio-
nes alueum Tiberis laxauit ac repurgauit completum olim
ruderibus et aedificiorum prolationibus coartatum. quo autem
facilius undique urbs adiretur, desumpta sibi Flaminia uia
Arimino tenus munienda reliquas triumphalibus uiris ex ma-
nubiali pecunia sternendas distribuit.

Aedes sacras uetustate conlapsas aut incendio absumptas 2
refecit easque et ceteras opulentissimis donis adornauit, ut
qui in cellam Capitolini Iouis sedecim milia pondo auri gem-
masque ac margaritas quingenties sestertium una donatione
contulerit. postquam uero pontificatum maximum, quem **31**
numquam uiuo Lepido auferre sustinuerat, mortuo demum
suscepit, quidquid fatidicorum librorum Graeci Latinique ge-
neris nullis uel parum idoneis auctoribus uulgo ferebatur,
supra duo milia contracta undique cremauit ac solos retinuit
Sibyllinos, hos quoque dilectu habito; condiditque duobus
forulis auratis sub Palatini Apollinis basi. annum a Diuo 2
Iulio ordinatum, sed postea neglegentia conturbatum atque
confusum, rursus ad pristinam rationem redegit; in cuius
ordinatione Sextilem mensem e suo cognomine nuncupauit
magis quam Septembrem quo erat natus, quod hoc sibi et
primus consulatus et insignes uictoriae optigissent. sacer- 3
dotum et numerum et dignitatem sed et commoda auxit, prae-
cipue Vestalium uirginum. cumque in demortuae locum aliam
capi oporteret ambirentque multi ne filias in sortem darent,
adiurauit, si cuiusquam neptium suarum competeret aetas,
oblaturum se fuisse eam. nonnulla etiam ex antiquis caeri- 4

10 *Einhard. 17* aedes sacras ... uetustate conlapsas.

3 uiciniae lecti *X'* (uicinę lecti *P*¹, uicini electi *T*), uicinia (-na *Q*) electi *M T*, uicinię electi *G*, uici quaterni electi *Modd.* 5 repugnauit *VII*, purgauit *R*¹ 6 prolapsionibus *T P*²*O T*, prolax- *S*² 11 easque *om. G* ut] utpote *T* 13 sestertii *I. F. Gronov.* (*cf. ad Iul. 50 p. 26, 24*) 19 delectu *ΠR* condidit *V* 20 annum diuo *M G δ*, annō duo (*sic m. 1*) *V*, annua diuo *Q*, anno a diuo *P*¹ 23 ordinatione *G T*, -nem *rel.* (*Ω*) 28 ne *om. G* daret *T ς*

monis paulatim abolita restituit, ut Salutis augurium, Diale flamonium, sacrum Lupercale, ludos Saeculares et Compitalicios. Lupercalibus uetuit currere inberbes, item Saecularibus ludis iuuenes utriusque sexus prohibuit ullum nocturnum spectaculum frequentare nisi cum aliquo maiore natu propinquorum. Compitales Lares ornari bis anno instituit uernis floribus et aestiuis.

5 Proximum a dis immortalibus honorem memoriae ducum praestitit, qui imperium p. R. ex minimo maximum reddidissent. itaque et opera cuiusque manentibus titulis restituit et statuas omnium triumphali effigie in utraque fori sui porticu dedicauit, professus e[s]t edicto: *commentum id se, ut ad illorum ⟨...⟩ uelut ad exemplar et ipse, dum uiueret, et insequentium aetatium principes exigerentur a ciuibus.* Pompei quoque statuam contra theatri eius regiam marmoreo Iano superposuit translatam e curia, in qua C. Caesar fuerat occisus.

32 Pleraque pessimi exempli in perniciem publicam aut ex consuetudine licentiaque bellorum ciuilium durauerant aut per pacem etiam extiterant. nam et grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa, et rapti per agros uiatores sine discrimine liberi seruique ergastulis possessorum supprimebantur, et plurimae factiones titulo collegi noui ad nullius non facinoris societatem coibant. igitur grassaturas dispositis per oportuna loca stationibus inhibuit,

---

10 *Lampr. Alex. Seuer. 28, 6* statuas ... in foro diui Neruae ... locauit omnibus cum titulis et columnis aereis, quae gestorum ordinem continerent, exemplo Augusti, qui summorum uirorum statuas in foro suo e marmore conlocauit additis gestis. 25 *Einhard. 9* dispositis per congrua confiniorum loca praesidiis. *17* stationibus ... dispositis.

---

2 flaminium *T* (*edd.*) 8 diis *GXTN* (addis *M*) 11 particu *M in fine uersus, m. 2 adscr.* la ⳨ o 12 et *Bentley*, est *Ω* (*ss. in S m. 1*), *om. Nς* (*Oud.*, *Roth*) ad illorum uelut ad *MX'ΠR* (uelut *in M corr. ex* uilut), ad illorum uelut (uelud *N*) *GQNς* (*Roth*), illorum uelut ad *ed. Rom. II* (*uulg.*), ad illos uelut ad (*Casaub.*); ⟨normam⟩ *suppl. Oud.* ⟨uitam⟩ *Bücheler* 14 aetatium $M^1L^1O^1$, -tuum P^1, -tum *rel. et N* 18 correxit (-repsit *O*) quae *post* exempli *add.* $T'P^2O$ 19 aut *usque* extiterant *om. V* 23 factionis *M* colligi *M*, collegii *rel.* 25 grassaturas *V* (*cf. Tib. 37*), grassatur ad *M*, grassaturã *G* (*Madvig*), grassatores *XT*

ergastula recognouit, collegia praeter antiqua et legitima
dissoluit. tabulas ueterum aerarí debitorum, uel praecipuam 2
calumniandi materiam, ex[c]ussit; loca in urbe publica iuris
ambigui possessoribus adiudicauit; diuturnorum reorum et ex
quorum sordibus nihil aliud quam uoluptas inimicis quaereretur nomina aboleuit condicione proposita, ut si quem
quis repetere uellet, par periculum poenae subiret. ne quod
autem maleficium negotiumue inpunitate uel mora elaberetur,
triginta amplius dies, qui honoraris ludis occupabantur, actui
rerum accommodauit. ad tris iudicum decurias quartam ad- 3
didit ex inferiore censu, quae ducenariorum uocaretur iudicaretque de leuioribus summis. iudices a tricensimo aetatis
anno adlegit, id est quinquennio maturius quam solebant.
ac plerisque iudicandi munus detractantibus uix concessit,
ut singulis decuriis per uices annua uacatio esset et ut solitae agi Nouembri ac Decembri mense res omitterentur. ipse **33**
ius dixit assidue et in noctem nonnumquam, si parum corpore ualeret, lectica pro tribunali collocata uel etiam domi
cubans. dixit autem ius non diligentia modo summa sed et
lenitate, siquidem manifesti parricidii reum, ne culleo insueretur, quod non nisi confessi adficiuntur hac poena, ita fertur
interrogasse: c e r t e p a t r e m t u u m n o n o c c i d i s t i ? et cum 2
de falso testamento ageretur omnesque signatores lege Cornelia tenerentur, non tantum duas tabellas, damnatoriam et
absolutoriam, simul cognoscentibus dedit, sed tertiam quoque,
qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum uel errore
inductos constitisset. appellationes quotannis urbanorum qui- 3

---

2 aerario *G*, -ii *T*, *om.* *X* uel⟨ut⟩ *G. Becker* 3 exussit *Beroald.* (ἔκαυσε *Dio 53, 2*) 5 inimici *V* 6 conditio *V* 8 more laberetur *MVL¹PS*, mora lab- *L²T* 9 honoratis *T*, -riis *M²GX* 10 addidit *Stephanus*, addixit *Ω* 11 ex] et *V* 12 a] ac *M* tricensimo *M*, tricesimo (trig- *GQ*) *rel.*, uicesimo *Cuiacius* (*Roth*), xxv. *Shuckburgh* 13 id est — solebant *glossema putat Oud.* 14 at ς (*pars edd. et Handius*) detrectantibus *GXT* (detræc- *L*) 15 uocatio *T* (*corr. Π²*) 18 uideret lecticā *V* 20 manifesti *GT'*, -sta *M*, -stū *VLP*, -sto *Bentley* 21 haec (e *exp. m. 2*) paena *M.*, *om.* *T qui ante praebet* quo . . . adiciuntur 22 interpellasse *Bentley* 23 de *om.* *G* signatores *Beroaldus* (ς), senatores *Ω* (segnatores *affertur ex cod. Harlem.*) 24 tabulas *MX'*

dem litigatorum praetori delegabat urbano, at prouincialium consularibus uiris, quos singulos cuiusque prouinciae negotiis praeposuisset.

34 Leges retractauit et quasdam ex integro sanxit, ut sumptuariam et de adulteriis et de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. hanc cum aliquanto seuerius quam ceteras emendasset, prae tumultu recusantium perferre non potuit nisi adempta demum lenitaue parte poenarum et uaca-
2 tione trienni data auctisque praemiis. sic quoque abolitionem eius publico spectaculo pertinaciter postulante equite, accitos Germanici liberos receptosque partim ad se partim in patris gremium ostentauit, manu uultuque significans ne grauarentur imitari iuuenis exemplum. cumque etiam inmaturitate sponsarum et matrimoniorum crebra mutatione uim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coartauit, diuortiis modum imposuit.

35 Senatorum affluentem numerum deformi et incondita turba — erant enim super mille, et quidam indignissimi et post necem Caesaris per gratiam et praemium adlecti, quos orciuos uulgus uocabat — ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus: prima ipsorum arbitratu, quo uir uirum legit, secunda suo et Agrippae; quo tempore existimatur lorica sub ueste munitus ferroque cinctus praesedisse decem ualentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam cir-
2 cumstantibus. Cordus Cremutius scribit ne admissum quidem tunc quemquam senatorum nisi solum et praetemptato sinu. quosdam ad excusandi se uerecundiam compulit seruauitque

---

4 *Epit. 1, 18* leges alias nouas, alias correctas protulit suo nomine. *Oros. VI 22, 3* rem publicam ... pace enutrire atque amplificare studens leges plurimas statuit, per quas humanum genus libera reuerentia disciplinae morem gereret.

---

1 praefecto ... urbis *Lipsius* delegebat *M* at] ad M^1V (*sic etiam δ interpolans* ad pr. etiam curam cons. uiris ... preposuisset delegauit), a M^2Q, ac ε *aliique* ς (*Roth*), *in* ε *ss.* † ad 3 proposuisset *M* 5 *prius* et *del. Torr.* (*'ut in uetusto codice'*) 8 adepta *et tum om.* demum *M* 13 iuuenes *G* 17 ⟨a⟩ deformi *Madvig* 18 supra *Bentley* et post] ut post *Toup.*, post *Bentley* 19 pretium *Madvig* 20 orciuos *MGVT*, abortiuos *X* (*edd. saec. XV et pleraeque saec. XVI*), orcinos ς (*edd. fere post Casaub.*, *in margine iam ed. Basil. 1518*)

etiam excusantibus insigne uestis et spectandi in orchestra
epulandique publice ius. quo autem lecti probatique et re- 3
ligiosius et minore molestia senatoria munera fungerentur,
sanxit, ut prius quam consideret quisque ture ac mero sup-
plicaret apud aram eius dei, in cuius templo coiretur, et ne
plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur, Kalen-
dis et Idibus, neue Septembri Octobriue mense ullos adesse
alios necesse esset quam sorte ductos, per quorum numerum
decreta confici possent; sibique instituit consilia sortiri se-
menstria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum
referendis ante tractaret. sententias de maiore negotio non 4
more atque ordine sed prout libuisset perrogabat, ut perinde
quisque animum intenderet ac si censendum magis quam ad-
sentiendum esset.

Auctor et aliarum rerum fuit, in quis: ne acta senatus 36
publicarentur, ne magistratus deposito honore statim in pro-
uincias mitterentur, ut proconsulibus ad mulos et tabernacula,
quae publice locari solebant, certa pecunia constitueretur, ut
cura aerari a quaestoribus urbanis ad praetorios praetoresue
transiret, ut centumuiralem hastam quam quaesturam functi
consuerant cogere decemuiri cogerent. quoque plures partem 37
administrandae rei p. caperent, noua officia excogitauit: cu-
ram operum publicorum, uiarum, aquarum, aluei Tiberis, fru-
menti populo diuidundi, praefecturam urbis, triumuiratum
legendi senatus et alterum recognoscendi turmas equitum,
quotiensque opus esset. censores creari desitos longo inter-
uallo creauit. numerum praetorum auxit. exegit etiam, ut
quotiens consulatus sibi daretur, binos pro singulis collegas

23 *cf. Lyd. de mag. 1, 34 (Suet. rel. ed. Reiff. frg. 200)*

1 etiam *om. VS* excusantibus *uulg. (edd. Rom. Ven. I)*, excusantis *MGVLPS*, excusantes *T*, excusatis *Tς (Grut. Roth)* 4 thure *XT* 6 in *del. Bentley* 9 semenstres *G* 12 ⟨uetere⟩ more *Polak* p̄rogabat *G* 16 deposito *ς (edd. Rom. Ven. I)*, disposito *Ω* 17 ut *om. M* (proconsulibus ad mulos *in ras. m. 1*) 20 quaestura *uulg. (ed. Rom.), hoc loco rectius opinor* 21 consueuerant *VRT* 23 uariarū (*in ras.*) *post* uiarum *add. M, tuetur Mommsen* 24 diuidundo *M (sicut antea* frumento), diuidendi *X′T* 26 quotienscumque *uulg. (ed. Rom.), cf. Cal. 7* 27 reuocauit *Halbertsma*

haberet, nec optinuit, reclamantibus cunctis satis maiestatem
eius imminui, quod honorem eum non solus sed cum altero
38 gereret. nec parcior in bellica uirtute honoranda, super tri-
ginta ducibus iustos triumphos et aliquanto pluribus trium-
phalia ornamenta decernenda curauit.

2 Liberis senatorum, quo celerius rei p. assuescerent, protinus ⟨a⟩ uirili toga latum clauum induere et curiae interesse permisit militiamque auspicantibus non tribunatum modo legionum, sed et praefecturas alarum dedit; ac ne qui expers castrorum esset, binos plerumque laticlauios praeposuit singulis alis.

3 Equitum turmas frequenter recognouit, post longam in-
tercapedinem reducto more trauectionis. sed neque detrahi
quemquam in trauehendo ab accusatore passus est, quod
fieri solebat, et senio uel aliqua corporis labe insignibus per-
misit, praemisso in ordine equo, ad respondendum quotiens
citarentur pedibus uenire; mox reddendi equi gratiam fecit
eis, qui maiores annorum quinque et triginta retinere eum
39 nollent; impetratisque a senatu decem adiutoribus unum
quemque equitum rationem uitae reddere coegit atque in
exprobratis alios poena, alios ignominia notauit, plures ad-
monitione, sed uaria. lenissimum genus admonitionis fuit
traditio coram pugillarium, quos taciti et ibidem statim
legerent; notauitque aliquos, quod pecunias leuioribus usuris
40 mutuati grauiore faenore collocassent. ac comitiis tribuniciis
si deessent candidati senatores, ex equitibus R. creauit, ita
ut potestate transacta in utro uellent ordine manerent. cum
autem plerique equitum attrito bellis ciuilibus patrimonio

---

1 nec] ne *M* 6 R·P· *T* 7 a uirili toga *quidam apud Torr.*, uirili toga *MGVQ* (*fort. recte*), uirili togae *ΠR* (die uirilis togae ϱ), uirilem togam *X*; *an excidit* sumpta? (*cf. Herm. 40 p. 188*) 8 tribunatus *Halbertsma* 9 sed et *GT*, sed *MX'*, sed ut *δ* quis L^2ς (*uulg.*) 11 aliis *MQ* 13 tra*uectionis *M*, transu- *Xδ* 14 transuehendo *Xδ* (in tr. *om. T*) 15 alia *Q* 17 retinendi *Casaub.* 19 uellent L^1ς, mallent *Mommsen* 20 in exprobratis *Ω* (*in M posterior* r *ss., m. 1 ut uid.*), ex improbatis ς *et edd.*, in probatione *Modd.* 22 sed] et *Modd.* uarię *V* 23 tradito *Q*ς (tradito coram pugillari quod *cod. Torr.*) 24 legerent *Υ*L^1*T*, legerint *MGV*L^2*S*, leger̃ *P* 25 ac *ex* at *corr. Q*, a *XΠ*[1], *an scrib.* at? (*cf. Herm. 40 p. 184 sq.*) 26 ex quib; decreuit *G*

spectare ludos e quattuordecim non auderent metu poenae
theatralis, pronuntiauit non teneri ea, quibus ipsis parenti-
busue equester census umquam fuisset.

Populi recensum uicatim egit, ac ne plebs frumentatio- 2
num causa frequentius ab negotiis auocaretur, ter in annum
quaternum mensium tesseras dare destinauit; sed desideranti
consuetudinem ueterem concessit rursus, ut sui cuiusque men-
sis acciperet. comitiorum quoque pristinum ius reduxit ac
multiplici poena coercito ambitu, Fabianis et Scapt⟨i⟩ensibus
tribu⟨li⟩bus suis die comitiorum, ne quid a quoquam candi-
dato desiderarent, singula milia nummum a se diuidebat.

Magni praeterea existimans sincerum atque ab omni col- 3
luuione peregrini ac seruilis sanguinis incorruptum seruare
populum, et ciuitates Romanas parcissime dedit et manu-
mittendi modum terminauit. Tiberio pro cliente Graeco pe-
tenti rescripsit, non aliter se daturum, quam si praesens sibi
persuasisset, quam iustas petendi causas haberet; et Liuiae
pro quodam tributario Gallo roganti ciuitatem negauit, im-
munitatem optulit affirmans facilius se passurum fisco detrahi
aliquid, quam ciuitatis Romanae uulgari honorem. seruos non 4
contentus multis difficultatibus a libertate et multo pluribus
a libertate iusta remouisse, cum et de numero et de condi-
cione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cauis-
set, hoc quoque adiecit, ne uinctus umquam tortusue quis
ullo libertatis genere ciuitatem adipisceretur.

Etiam habitum uestitumque pristinum reducere studuit, 5

---

26 sqq. *Lyd. de mag. 1, 12 οὐδὲ γὰρ ἐξῆν Ῥωμαίοις βαρβαρικὴν στολὴν περιθέσθαι· καὶ τοῦτο Τράγκυλος ἐν τοῖς περὶ Αὐγούστου διαμέμνηται. ἰδόντα γάρ φησι τὸν Αὔγουστον ἐν τῷ ἱπποδρομίῳ τινὰς τῶν Ῥωμαίων ἐπὶ τὸ βαρβαρικὸν ἐσταλμένους ἀγανακτῆσαι, ὡς ἐν ἀκαρεῖ τοὺς καταγνωσθέντας ἀποβαλόντας τὸ βάρβαρον μόγις ἐπιγνωσθῆναι τῷ Καίσαρι.*

---

2 theatralis ⟨legis⟩ *Casaub.* 4 recensum *Υ*, r. (*uel* R., rom̄. *P*) censum *MGX′*, rom̄. recensum P^{2} 5 ab] ac *R*, a *T* uocaretur *MGΥ* 6 quaternum (quatt- *V*) *GVL*(P^{1})*Sδ*, -nuum *Mε*, -nium *Q*, -norum *ΠR*P^{2}, -nas *I* mensuum *Mε* (*fort. ita Suet., cf. Aug. 65*), mensum *Roth* 7 sui quisque *Egnatius*, suam (suas *Bentley*) cuiusque *Duker* 9 scaptensibus tribubus *Ω*, *corr. Beroaldus* 11 asse *X* (ẹsse with a above *L*) 12 ab *om. G* 14 et *om. G* ciuitatem Romanam ς *et fere edd.* (*cf. Galb. 14*) dedit et] dedit *MGVL*P^{1}

ac uisa quondam pro contione pullatorum turba indignabundus et clamitans: en ⟨*Verg. Aen. I 282*⟩

Romanos, rerum dominos, gentemque togatam!

negotium aedilibus dedit, ne quem posthac paterentur in foro circaue nisi positis lacernis togatum consistere.

41 Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. nam et inuecta urbi Alexandrino triumpho regia gaza tantam copiam nummariae rei effecit, ut faenore deminuto plurimum agrorum pretiis accesserit, et postea, quotiens ex damnatorum bonis pecunia superflueret, usum eius gratuitum iis, qui cauere in duplum possent, ad certum tempus indulsit. senatorum censum ampliauit ac pro octingentorum milium summa duodecies sestertium taxauit suppleuit-
2 que non habentibus. congiaria populo frequenter dedit, sed diuersae fere summae: modo quadringenos, modo trecenos, nonnumquam ducenos quinquagenosque nummos; ac ne minores quidem pueros praeteriit, quamuis non nisi ab undecimo aetatis anno accipere consuessent. frumentum quoque in annonae difficultatibus saepe leuissimo, interdum nullo pretio
42 uiritim admensus est tesserasque nummarias duplicauit. sed ut salubrem magis quam ambitiosum principem scires, querentem de inopia et caritate uini populum seuerissima coercuit uoce: satis prouisum a genero suo Agrippa per-
2 ductis pluribus aquis, ne homines sitirent. eidem populo promissum quidem congiarium reposcenti bonae se fidei esse respondit; non promissum autem flagitanti turpitudinem et impudentiam edicto exprobrauit affirmauitque non daturum se quamuis dare destinaret. nec minore

8 sqq. *cf. Oros. VI 19, 19*

2 ait *post* en *add. T* 5 circoue *G T* (*sic corr. in L m. recenti*), *cf. Lyd. supra* 8 nummumariae *M*, nūmūmarinę *G* 9 diminuto *T T* 12 senatorium *Bentley* (*cf. Vesp. 17*) 13 decies *Lipsius* sestertio *Ernesti* (*cf. ad Iul. 50 p. 26, 24*) 15 fere *om. V* quadragenos *G Π R* trecenos *Torr.* (*e libro Ferrariensi*), tricenos *Ω* 16 quingenosque *S* (tricenosque *vel. omissis T*), quadragenosque *Mommsen* 17 nisi *om. T* 19 uilissimo *Bentley* 20 uiritū admensū *V* 24 idem *Bentley* populo *del. Torr.* 25 deposcenti *Polak* 28 destinasset *N ς*, destinarit *Reitzius*, destinarat *Burm.* nec] ne *MVQR*

grauitate atque constantia, cum proposito congiario multos manumissos insertosque ciuium numero comperisset, negauit accepturos quibus promissum non esset, ceterisque minus quam promiserat dedit, ut destinata summa sufficeret. 3 magna uero quondam sterilitate ac difficili remedio cum uenalicias et lanistarum familias peregrinosque omnes exceptis medicis et praeceptoribus partimque seruitiorum urbe expulisset, ut tandem annona conualuit, impetum se cepisse scribit frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret: neque tamen perseuerasse, quia certum haberet posse per ambitionem quandoque restitui. atque ita postha[n]c rem temperauit, ut non minorem aratorum ac negotiantium quam populi rationem deduceret.

43 Spectaculorum et assiduitate et uarietate et magnificentia omnes antecessit. fecisse se ludos ait suo nomine quater, pro aliis magistratibus, qui aut abessent aut non sufficerent, ter et uicies. fecitque nonnumquam etiam uicatim ac pluribus scaenis per omnium linguarum histriones ⟨. . . .⟩ non in foro modo, nec in amphitheatro, sed et in circo et in Saeptis, et aliquando nihil praeter uenationem edidit; athletas quoque extructis in campo Martio sedilibus ligneis; item nauale proelium circa Tiberim cauato solo, in quo nunc Caesarum nemus est. quibus diebus custodes in urbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia

5 *Oros. VII 3, 6* anno imperii Caesaris quadragesimo octauo adeo dira Romanos fames consecuta est, ut Caesar lanistarum familias omnesque peregrinos, seruorum quoque maximas copias, exceptis medicis et praeceptoribus, trudi urbe praeceperit.

1 gratuitate *MP*[1] p̄posito congruā (o ss.) *V* (*sic m. 1*) 3 ceterisque *corruptum dicit Modd.* 5 quadam *T*, ł quondam *ss. in R* 7 partemque *GΥT* 10 cessaret ε (*ss.* ł cesserit) *aliique* ς, cesserat *Ω* 11 perseuerasset *MX′* posse (poss& *V*, *om. L*) *Ω*, post se ς (*edd. rec., inde* restitutum iri *Madvig*) 12 posthac *QR*ς, post hanc *rel.* (*Ω*) 14 duceret *Stephanus* 16 se *om. V*, *post* ludos *habet II* 18 etiam *om. edd. Rom. II Ven. I al.* (*Roth*) 20 ⟨munera⟩ *suppl. Perizonius*, ⟨circensibus ludis gladiatoriisque muneribus frequentissime editis interiecit plerumque bestiarum Africanarum uenationes⟩ *Roth* (*cf. Mon. Anc. IV 39 sqq. et Claud. 21*) sed et] sed *T* 21 circo et *ΥT*, circo *rel.* 22 Edidit athletas quoque *Bentley* ('*sic mss. distinguunt*')

2 esset. in circo aurigas cursoresque et confectores ferarum, et nonnumquam ex nobilissima iuuentute, produxit. sed et Troiae lusum edidit frequentissime maiorum minorumque puerorum, prisci decorique moris existimans clarae stirpis indolem sic notescere. in hoc ludicro Nonium Asprenatem lapsu debilitatum aureo torque donauit passusque est ipsum posterosque Torquati ferre cognomen. mox finem fecit talia edendi Asinio Pollione oratore grauiter inuidioseque in curia questo A⟨e⟩sernini nepotis sui casum, qui et ipse crus fregerat.

3 Ad scaenicas quoque et gladiatorias operas et equitibus Romanis aliquando usus est, uerum prius quam senatus consulto interdiceretur. postea nihil sane praeterquam adulescentulum Lycium honeste natum exhibuit, tantum ut ostenderet, quod erat bipedali minor, librarum septemdecim ac
4 uocis immensae. quodam autem muneris die Parthorum obsides tunc primum missos per mediam harenam ad spectaculum induxit superque se subsellio secundo collocauit. solebat etiam citra spectaculorum dies, si quando quid inuisitatum dignumque cognitu aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare, ut rhinocerotem apud Saepta, tigrim in scaena, anguem quinquaginta cubitorum pro comitio.

5 Accidit uotiuis circensibus, ut correptus ualitudine lectica cubans tensas deduceret; rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, euenit ut laxatis sellae curulis compagibus caderet supinus. nepotum quoque suorum munere cum consternatum ruinae metu populum retinere et confirmare nullo modo posset, transiit e loco suo atque in ea parte consedit, quae suspecta maxime erat.

44 Spectandi confusissimum ac solutissimum morem correxit

1 ex equestri *post* ferarum *add. G* 2 *prius* et *del. Torr.* 3 maiorum ς (*e cod. uetustissimo affert Torr.*), magnorum Ω 4 delectu *post* puerorum *add.* *Π R P^2 O* (*uulg.*) 6 aurea *Π R* ipsum *om. M* 7 alia *M Q R δ et sic pro u. l. ss.* Π^2 (ali aedendi *M*) 9 asernini (aserni *G*, asermini *V*) Ω, *corr. Beroaldus* 10 effregerat *T* 11 et (*post* operas) *om.* ς 14 lycium (lyt- *S*, lic- *Π T*, luc- *R*) Ω, L. Itium *Torr.*, L. Icium *Roth* 15 ac] at *Bentley* 19 inuisitatum *M R T*, inusit- *rel.* 22 pro] in *G* 27 cum *om. G* cum construere et confirimare (*rel. omissis*) *V* 28 posse *M G*

ordinauitque motus iniuria senatoris, quem Puteolis per ce-
leberrimos ludos consessu frequenti nemo receperat. facto
igitur decreto patrum ut, quotiens quid spectaculi usquam
publice ederetur, primus subselliorum ordo uacaret senato-
ribus, Romae legatos liberarum sociarumque gentium uetuit
in orchestra sedere, cum quosdam etiam libertini generis
mitti deprendisset. militem secreuit a populo. maritis e 2
plebe proprios ordines assignauit, praetextatis cuneum suum,
et proximum paedagogis, sanxitque ne quis pullatorum me-
dia cauea sederet. feminis ne gladiatores quidem, quos pro-
miscue spectari sollemne olim erat, nisi ex superiore loco
spectare concessit. solis uirginibus Vestalibus locum in thea- 3
tro separatim et contra praetoris tribunal dedit. athletarum
uero spectaculo muliebre secus omne adeo summouit, ut
pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in in-
sequentis diei matutinum tempus edixeritque: mulieres ante
horam quintam uenire in theatrum non placere.
ipse circenses ex amicorum fere libertorumque cenaculis **45**
spectabat, interdum ex puluinari et quidem cum coniuge ac
liberis sedens. spectaculo plurimas horas, aliquando totos
dies aberat, petita uenia commendatisque qui suam uicem
praesidendo fungerentur. uerum quotiens adesset, nihil prae-
terea agebat, seu uitandi rumoris causa, quo patrem Caesa-
rem uulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectan-
dum epistulis libellisque legendis aut rescribendis uacaret,
seu studio spectandi ac uoluptate, qua teneri se neque dis-
simulauit umquam et saepe ingenue professus est. itaque 2
corollaria et praemia in alienis quoque muneribus ac ludis

26 *cf. Victor. Caes. 1, 4* flagrante haud modice luxuria ludorum-que cupidine.

2 consensu *MVR* 6 considere *ΠR*, consistere *Q* 7 deprehendisset *X′ΠR* 9 ne quis *om. V* 11 sollemni *M* 12 concessit solis. *disting. Casaub. al.* 13 separatum *Vς* 14 muliebre secus (sexus *Q*) omne *MQ*, muliebrē sexū somnē *V*, muliebrem sexum omnem *rel.* omnes *I. F. Gronov.* subsūmouit *M* 15 partim *G* 16 edixerit quo *MΥ*, edixeritque quo *G*, edixitque *T* 17 uenirent *MGΥ* 19 cum *om. MQδ* 20 spectacula *MQ*, *inde* edens spectacula *Bentley probabiliter* 21 aberat *ς* (*ed. Basil. 1533*), aderat *Ω*, *lacunam post* aderat *statuit Modd.* sua uice *PST* 22 nihil *om. M*

et crebra et grandia de suo offerebat nullique Graeco certamini interfuit, quo non pro merito quemque certantium honorarit. spectauit autem studiosissime pugiles et maxime Latinos, non legitimos atque ordinarios modo, quos etiam committere cum Graecis solebat, sed et cateruarios oppidanos inter angustias uicorum pugnantis temere ac sine arte.
3 uniuersum denique genus operas aliquas publico spectaculo praebentium etiam cura sua dignatus est: athletis et conseruauit priuilegia et ampliauit, gladiatores sine missione edi prohibuit, coercitionem in histriones magistratibus omni tempore et loco lege uetere permissam ademit praeterquam ludis
4 et scaena. nec tamen eo minus aut xysticorum certationes aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit. nam histrionum licentiam adeo compescuit, ut Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra uirgis caesum relegauerit, Hylan pantomimum querente praetore in atrio domus suae nemine excluso flagellis uerberarit et Pyladen urbe atque Italia summouerit, quod spectatorem, a quo exibilabatur, demonstrasset digito conspicuumque fecisset.

46 Ad hunc modum urbe urbanisque rebus administratis Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum a se frequentauit operibusque ac uectigalibus publicis plurifariam instruxit, etiam iure ac dignatione urbi quodam modo pro parte aliqua adaequauit excogitato genere suffragiorum, quae de magistratibus urbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent et sub die comitiorum obsignata Romam mitterent. ac necubi aut honestorum deficeret copia aut multitudinis suboles, equestrem militiam petentis etiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat, at iis, qui e

---

7 operis *M* 10 in omni *Π* (*uulg.*) 11 loco ς (*ed. Basil. 1533*), longo *Ω* (et longo *om. δ*) ludis et scaena *Stephanus*, ludos et sc(a)enam *Ω*, in ludos et sc. ς, per ludos et sc. *Burm.* (praeter *pro* praeterquam *Gothofredus*) 12 auxisticorum *M* 18 uerberauit *M*, uerberauerit *ΠQε* 19 exhilabatur L^1, exilaratur *P*, exhilarabatur (exi- *T*) L^2ST 21 ad hunc modo M^1, adhuc modicum *V* 22 a se frequentauit *G*, ad se fr- *ΠR*, se fr- *MQ*, refrequentauit *X'* (ab se *edd. cum* ς *et Beroaldo*) 24 quodam modo *del. Lipsius al.* 26 in suam — coloniam *T* 28 deficere *M* 30 at (ad *V*) *del. Casaub.*

plebe regiones sibi reuisenti filios filiasue approbarent, singula nummorum milia pro singulis diuidebat.

Prouincias ualidiores et quas annuis magistratuum im- 47
periis regi nec facile nec tutum erat, ipse suscepit, ceteras proconsulibus sortito permisit; et tamen nonnullas commutauit interdum atque ex utroque genere plerasque saepius adiit. urbium quasdam, foederatas sed ad exitium licentia praecipites, libertate priuauit, alias aut aere alieno laborantis leuauit aut terrae motu subuersas denuo condidit aut merita erga populum R. adlegantes Latinitate uel ciuitate donauit. nec est, ut opinor, prouincia, excepta dum taxat Africa et Sardinia, quam non adierit. in has fugato Sex. Pompeio traicere ex Sicilia apparantem continuae et immodicae tempestates inhibuerunt nec mox occasio aut causa traiciendi fuit.

Regnorum quibus belli iure potitus est, praeter pauca, 48
aut isdem quibus ademerat reddidit aut alienigenis contribuit. reges socios etiam inter semet ipsos necessitudinibus mutuis iunxit, promptissimus affinitatis cuiusque atque amicitiae conciliator et fautor; nec aliter uniuersos quam membra partisque imperii curae habuit, rectorem quoque solitus apponere aetate paruis aut mente lapsis, donec adolescerent aut resipiscerent; ac plurimorum liberos et educauit simul cum suis et instituit.

Ex militaribus copiis legiones et auxilia prouinciatim 49
distribuit, classem Miseni et alteram Rauennae ad tutelam Superi et Inferi maris conlocauit, ceterum numerum partim in urbis partim in sui custodiam adlegit dimissa Calagurritanorum manu, quam usque ad deuictum Antonium, item Germanorum, quam usque ad cladem Varianam inter armigeros circa se habuerat. neque tamen umquam plures quam tres

1 sibi *om.* *V*   7 urbes *G*   8 alias (alia *V*) aut — leuauit *om.* *T*   9 aut] at *T*   10 lenitate *G*   12 fugatos ex *MGV*L^1*Q* (*corr.* L^3), fugato (-tos S^1) sexto *ΠRPST* (*at in P* sexto *in ras.*)   13 apparentem *M*P^1*T*   modicae *V*   15 traicienda *G*   16 Regna *N*ς (*uulg.*)   est *om.* *M*   17 isquidem M^1 (qui *eras.*), hisdem *G*   ademerant *M*   aut ⟨haut⟩ *Polak*   cor tribuit *M*   21 partesque *GT*, partemque *XN*   27 certum *edd. Rom. Ven. I* (*uulg.*)   28 suam *X*

cohortes in urbe esse passus est easque sine castris, reliquas in hiberna et aestiua circa finitima oppida dimittere assuerat.
2 quidquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum praemiorumque formulam adstrinxit definitis pro gradu cuiusque et temporibus militiae et commodis missionum, ne aut aetate aut inopia post missionem sollicitari ad res nouas possent. utque perpetuo ac sine difficultate sumptus ad tuendos eos prosequendosque suppeteret, aerarium militare cum uectigalibus nouis constituit.

3 Et quo celerius ac sub manum adnuntiari cognoscique posset, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militaris uias, dehinc uehicula disposuit. commodius id uisum est, ut qui a loco idem perferunt
50 litteras, interrogari quoque, si quid res exigant, possint. in diplomatibus libellisque et epistulis signandis initio sp⟨h⟩inge usus est, mox imagine Magni Alexandri, nouissime sua, Dioscuridis manu scalpta, qua signare insecuti quoque principes perseuerarunt. ad epistulas omnis horarum quoque momenta nec diei modo sed et noctis, quibus datae significarentur, addebat.

51 Clementiae ciuilitatisque eius multa et magna documenta sunt. ne enumerem, quot et quos diuersarum partium uenia et incolumitate donatos principem etiam in ciuitate locum tenere passus sit: Iunium Nouatum et Cassium Patauinum e plebe homines alterum pecunia, alterum leui exilio punire satis habuit, cum ille Agrippae iuuenis nomine asperrimam de se epistulam in uulgus edidisset, hic conuiuio pleno proclamasset neque uotum sibi neque animum deesse confodiendi

---

21 *Eutrop. VII 8, 4* ciuilissime uixit, in cunctos liberalissimus, in amicos fidissimus (*cf. Aug. 56. 66*).

---

2 et *om. V* 7 ac *om. G* 9 instituit *PTN* 10 equos *V* manu *Tς* 13 a loco idem *Ω* (*pro* idem *est* eodem *uel* idemque *in* ς, a loco *et* iidem *post* litteras *in aliis et sic pars edd.*, idem *om. Roth*), alicunde ei *Casaub.* (*sine* ei *Graevius*), e longinquo *olim O. Hirschfeld*, *an* aliquo? 14 exigat *Stephanus, Salmasius* 17 scalpta *Ernesti*, sculpta (p *om. VS*) *Ω*, *cf. Galba 10* 22 sunt *om. V* ne] et ne *X′* ne emerem *M*[1], nec∗mirū (r *in ras.*) *G* quod et quosdam *G* (quod *etiam MV, in M corr. m. 1*), quot et quam *Polak* 27 hic *usque* proclamasset *om. V*

eum. quadam uero cognitione, cum Aemilio Aeliano Cordu- 2
bensi inter cetera crimina uel maxime obiceretur quod male
opinari de Caesare soleret, conuersus ad accusatorem com-
motoque similis: uelim, inquit, hoc mihi probes; faciam
sciat Aelianus et me linguam habere, plura enim de
eo loquar; nec quicquam ultra aut statim aut postea inqui-
siit. Tiberio quoque de eadem re, sed uiolentius apud se per 3
epistulam conquerenti ita rescripsit: aetati tuae, mi Tiberi,
noli in hac re indulgere et nimium indignari quem-
quam esse, qui de me male loquatur; satis est enim,
si hoc habemus ne quis nobis male facere possit.

Templa, quamuis sciret etiam proconsulibus decerni so- **52**
lere, in nulla tamen prouincia nisi communi suo Romaeque
nomine recepit. nam in urbe quidem pertinacissime abstinuit
hoc honore; atque etiam argenteas statuas olim sibi positas
conflauit omnis exqu⟨e⟩ iis aureas cortinas Apollini Palatino
dedicauit.

Dictaturam magna ui offerente populo genu nixus de-
iecta ab umeris toga nudo pectore deprecatus est. domini **53**

12 *Victor Caes. 1, 6* hincque uti deo Romae prouinciisque omnibus per urbes celeberrimas uiuo mortuoque templa, sacerdotes et collegia sacrauere (*cf. Epit. 1, 28*). 19 sqq. *Tert. apol. 34* Augustus imperii formator ne dominum quidem dici se uolebat. *Oros. VI 22, 4* domini appellationem ut homo declinauit. nam cum eodem spectante ludos pronuntiatum esset in mimo ⟨*Ribbeck com. frg.*[3] *p. 378*⟩ 'o dominum aequum et bonum' uniuersique, quasi de ipso dictum esset, exultantes adprobauissent, et statim quidem manu uultuque indecoras adulationes repressit et insequenti die grauissimo corripuit edicto, dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis uel serio uel ioco passus est. (*inde paulo aliter Isidor. orig. IX 3, 17*). *cf. Laur. Lyd. de mag. 1, 6 Αὔγουστός ποτε, ἢ τάχα Τιβέριος* (*cf. Tib. 27*), *ὁ μετ' αὐτόν, πρὸς ἑνὸς τῶν κολάκων δεσπότης ὀνομασθείς, ἐξαναστὰς ἀφῆκε τὸν σύλλογον ἀπαξιώσας, ὡς ἔφη, δούλοις διαλέγεσθαι* (*cf. de mens. 4, 112*).

1 dum *G* 2 obiceret *G* 4 probefacias *G* 7 sed uiolentius *Pithoeus et sic uoluisse uidetur corrector codicis V in margine adscribens* uiol, sedulo lentius *MGVY*, sedulo uiolentius *XN*, sed dolentius *Bentley* semper *M* 8 ita *om. V* ịaetati *M*, pietati δ (*Bentley*), *cf. Claud. 16* 10 me] nobis *G* mala *V* est *om. V* 12 quemuis *M*[1] solere *om. Y* 16 exque iis *Casaub.* (exque ea pecunia *Mon. Ancyr. IV 53*), ex quiis (*ortum ex* exque is?) *MV* (*in M* i *prior expuncta m. 2*), ex quis (quîs *G*, quib; *S*ε) *GXY*, eque δ

appellationem ut maledictum et obprobrium semper exhorruit. cum spectante eo ludos pronuntiatum esset in mimo:

o dominum aequum et bonum!

et uniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent, et statim manu uultuque indecoras adulationes repressit et insequenti die grauissimo corripuit edicto; dominumque se posthac appellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis uel serio uel ioco passus est atque eius modi blanditias etiam
2 inter ipsos prohibuit. non temere urbe oppidoue ullo egressus aut quoquam ingressus est nisi uespera aut noctu, ne quem officii causa inquietaret. in consulatu pedibus fere, extra consulatum saepe adoperta sella per publicum incessit. promiscuis salutationibus admittebat et plebem, tanta comitate adeuntium desideria excipiens, ut quendam ioco corripuerit, quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto
3 stipem. die senatus numquam patres nisi in curia salutauit et quidem sedentis ac nominatim singulos nullo submonente; etiam discedens eodem modo sedentibus ualere dicebat. officia cum multis mutuo exercuit, nec prius dies cuiusque sollemnes frequentare desiit, quam grandior iam natu et in turba quondam sponsaliorum die uexatus. Gallum Cerrinium senatorem minus sibi familiarem, sed captum repente oculis et ob ⟨id⟩ inedia[m] mori destinantem praesens consolando reuocauit ad uitam.

54 In senatu uerba facienti dictum est: non intellexi, et ab alio: contra dicerem tibi, si locum haberem. interdum ob immodicas disceptantium altercationes e curia per iram se proripienti quidam ingesserunt, licere oportere senatoribus de re p. loqui. Antistius Labeo senatus lectione, cum

---

5 *prius* et *om. GTN*, *eras. in ΠS* 8 est *om. V* 10 neque — causam M^1 12 adaperta *Beroaldus* (*Roth*) 15 sic *om. G* dubitauerit *N* 16 stipem] assem *Quint. inst. VI 3, 59 et Macrob. sat. II 4, 3* 17 submonentes M^1, se monente *N et sic pro u. l. ss.* L^3 18 eodem] eo *Υ* 19 mutua *I. F. Gronov.* 20 grandior iam natu ς (*ed. princ. Rom.*), grandi iam ornatu Ω, iam grandior natu ϱ, grandi iam natu L^3ς (*ed. Mediol. 1494 al.*) 21 quondam *om.* $Π^1Q$, quodam *Goesius* diuexatus *Bentley*, diu uexatus *Damsté* Cerrinium *Rohden*, terrinium *MVΥ*, terminum *G*, terrinum *X* 23 ob id inedia *ed. Bonon. a. 1488*, ob inediam Ω

uir uirum legeret, M. Lepidum hostem olim eius et tunc exulantem legit interrogatusque ab eo an essent alii digniores, suum quemque iudicium habere respondit. nec ideo libertas aut contumacia fraudi cuiquam fuit. etiam sparsos de se in **55**
curia famosos libellos nec expauit et magna cura redarguit ac ne requisitis quidem auctoribus id modo censuit, cognoscendum posthac de iis, qui libellos aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine edant.

Iocis quoque quorundam inuidiosis aut petulantibus laces- **56**
situs contra dixit edicto. et tamen ne de inhibenda testamentorum licentia quicquam constitueretur intercessit. quotiens magistratuum comitiis interesset, tribus cum candidatis suis circuibat supplicabatque more sollemni. ferebat et ipse suffragium in tribu[s], ut unus e populo. testem se in iudiciis
et interrogari et refelli aequissimo animo patiebatur. forum 2
angustius fecit non ausus extorquere possessoribus proximas domos. numquam filios suos populo commendauit ut non adiceret: si merebuntur. eisdem praetextatis adhuc assurrectum ab uniuersis in theatro et a stantibus plausum grauissime questus est. amicos ita magnos et potentes in ciuitate esse uoluit, ut tamen pari iure essent quo ceteri, legibusque iudiciariis aeque tenerentur. cum Asprenas Nonius 3
artius ei iunctus causam ueneficii accusante Cassio Seuero diceret, consuluit senatum, quid officii sui putaret; cunctari enim se, ne si superesset, eripere[t] legibus reum, sin

20 *Eutrop. VII 8, 4* in amicos fidissimus (fidelissimus *pars codd.*, πιστότατος *Paean.*), quos tantis euexit honoribus, ut paene aequaret fastigio suo (*cf. Aug. 66*).

1 uir uirum *Torr.* (*cf. cap. 35*), triumuirum *ΩN*, *del. cum sequenti* legit *Scheffer* exulantem (-te L^1) *X'*, exultantem *rel.* (*at in R* t *ss.*) 4 cuiquam fraudi *G* fuit] defuit *Υ* 5 et] nec *Torr.*, aut *Burm.* 6 id *om. G* 7 libellis aut crimina *V* 8 suo alienoue *Torr.* 10 ne *om. MΥδ* (*cf. l. 11*) ne inhabenda (*om.* de) *G* 11 ne senatus *post* licentia *add. Υ*, ne *δ* constitueret *Υ* 14 tribu *Erasmus*, tribus (trib: *M*, *perscriptum in solo G*) *Ω*, tribubus *Τϛ*, tribu s⟨ua⟩ *Torr.* ut] et ut *Π*, et *Q* 16 augustius *GV* 18 adieceret M^1 (*inde* adiecerit *Bentley*), addiceret *V* 19 et adstantibus *VLPSQ* 22 iudicariis *VQ*, ac iudiciis *Modd.* tuerentur *G* 24 quid *GN*, quod *rel.* (*per compendium VΥLT*) 25 eripere *Juncker*

deesset, destituere ac praedamnare amicum existimaretur; et consentientibus uniuersis sedit in subselliis per aliquot horas, uerum tacitus et ne laudatione quidem iudiciali
4 data. affuit et clientibus, sicut Scutario cuidam euocato quondam suo, qui postulabatur iniuriarum. unum omnino e reorum numero ac ne eum quidem nisi precibus eripuit, exorato coram iudicibus accusatore, Castricium, per quem de coniuratione Murenae cognouerat.

57 Pro quibus meritis quanto opere dilectus sit, facile est aestimare. omitto senatus consulta, quia possunt uideri uel necessitate expressa uel uerecundia. equites R. natalem eius sponte atque consensu biduo semper celebrarunt. omnes ordines in lacum Curti quotannis ex uoto pro salute eius stipem iaciebant, item Kal. Ian. stren[u]am in Capitolio etiam absenti, ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus uicatim dedicabat, ut Apollinem Sandaliarium et Io-
2 uem Tragoedum aliaque. in restitutione⟨m⟩ Palatinae domus incendio absumptae ueterani, decuriae, tribus atque etiam singillatim e cetero genere hominum libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt, delibante tantum modo eo summarum aceruos neque ex quoquam plus denario auferente. reuertentem ex prouincia non solum faustis ominibus, sed et modulatis carminibus prosequebantur. obseruatum etiam est, ne quotiens introiret urbem, supplicium de quo-
58 quam sumeretur. Patris patriae cognomen uniuersi repentino maximoque consensu detulerunt ei: prima plebs legatione Antium missa; dein, quia non recipiebat, ineunti Romae

---

25 *Victor Caes. 1, 6* pater patriae ob clementiam . . . habitus. *Epit. 1, 28* patrem patriae dixerat *senatus.*

---

7 castricio *G* 10 quia] quae *ed. Rom. II Ven. I (vulg.)* 12 concessu *Ω, in R* ces *in ras. (m. 1?) fort. corr. ex* consensu, *ut est in edd. uet. (Rom. II al.)* celebrabant *Modd.* 13 curtii *X,* curtis *G* 14 strenam *Π²R,* strennam *T,* strenuam *rel.* (strenuās *P*), *cf. Tib. 34* conferebant *post* Capitolio *add. Duker,* fundebant *Modd.* 16 sandaliarum *M¹G* 17 restitutionem *ΠR,* -ne *rel.* (*Ω*) 18 abruptae *X* 19 e-cetere *M,* cetera (*et tum* genera) *G* libenter *G* 20 conferebant *N* 21 aceruo *G* autferente *M,* aut frequente *V* 22 ominibus *G,* omnibus *rel. et N (per compendium plerique, in P ss. m. 2),* nominibus *Torr.* 25 uniuerso *MQ* 26 primo *et tum* per antium *G*

spectacula frequens et laureata; mox in curia senatus, neque
decreto neque adclamatione, sed per Valerium Messalam. is 2
mandantibus cunctis: quod bonum, inquit, faustumque sit tibi domuique tuae, Caesar Auguste! sic enim nos perpetuam felicitatem rei p. et laeta huic precari existimamus: senatus te consentiens cum populo R. consalutat patriae patrem. cui lacrimans respondit Augustus his uerbis — ipsa enim, sicut Messalae, posui —: compos factus uotorum meorum, p. c., quid habeo aliud deos immortales precari, quam ut hunc consensum uestrum ad ultimum finem uitae mihi perferre liceat?

Medico Antonio Musae, cuius opera ex ancipiti morbo 59
conualuerat, statuam aere conlato iuxta signum Aesculapi statuerunt. nonnulli patrum familiarum testamento cauerunt, ut ab heredibus suis praelato titulo uictumae in Capitolium ducerentur uotumque pro se solueretur, quod superstitem Augustum reliquissent. quaedam Italiae ciuitates diem, quo primum ad se uenisset, initium anni fecerunt. prouinciarum pleraeque super templa et aras ludos quoque quinquennales
paene oppidatim constituerunt. reges amici atque socii et 60
singuli in suo quisque regno Caesareas urbes condiderunt et cuncti simul aedem Iouis Olympii Athenis antiquitus incohatam perficere communi sumptu destinauerunt Genioque eius dedicare; ac saepe regnis relictis non Romae modo sed et prouincias peragranti cotidiana officia togati ac sine regio insigni more clientium praestiterunt.

Quoniam qualis in imperis ac magistratibus regendaque 61

---

21 *Eutrop. VII 10, 3* tanto autem amore etiam apud barbaros fuit, ut reges populi Romani amici in honorem eius conderent ciuitates, quas Caesareas nominarent. 25 *id. VII 10, 4* multi . . . reges ex regnis suis uenerunt, ut ei obsequerentur, et habitu Romano, togati scilicet, ad uehiculum uel equum ipsius cucurrerunt 28 sqq. *cf. Einhard. 18 (ad Iul. 44 p. 23, 13). id. 4* ad actus et mores ceterasque uitae illius partes (*cf. Aug. 72*) explicandas ac demonstrandas (*cf. Aug. 9*)

2 is $M^1GVL^1(P^1?)$, id TL^3, non ST^1. *del* M^2T^2, *duae uel tres litt. erasae in P* 5 et] ut *Bentley* ordini *post* huic *suppl. Torr.*, urbi *Oud.* (*Roth*) 9 exposuit *G* 16 uictimae *GXT* 19 se *om.* M^1 23 olymphii *M*, olimpici *T* 25 ac si peregrinis *G* et *om. T*

per terrarum orbem pace belloque re p. fuerit, exposui, referam nunc interiorem ac familiarem eius uitam quibusque moribus atque fortuna domi et inter suos egerit a iuuenta usque ad supremum uitae diem.

2 Matrem amisit in primo consulatu, sororem Octauiam quinquagensimum et quartum agens aetatis annum. utrique cum praecipua officia uiuae praestitisset, etiam defunctae honores maximos tribuit.

62 Sponsam habuerat adulescens P. Seruili Isaurici filiam, sed reconciliatus post primam discordiam Antonio, expostulantibus utriusque militibus ut et necessitudine aliqua iungerentur, priuignam eius Claudiam, Fuluiae ex P. Clodio filiam, duxit uxorem uixdum nubilem ac simultate cum Fuluia socru
2 orta dimisit intactam adhuc et uirginem. mox Scriboniam in matrimonium accepit nuptam ante duobus consularibus, ex altero etiam matrem. cum hac quoque diuortium fecit, pertaesus, ut scribit, m o r u m p e r u e r s i t a t e m e i u s, ac statim Liuiam Drusillam matrimonio Tiberi Neronis et quidem praegnantem abduxit dilexitque et probauit unice ac perseueranter.

63 Ex Scribonia Iuliam, ex Liuia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Iuliam primum Marcello Octauiae sororis suae filio tantum quod pueritiam egresso, deinde, ut is obiit, M. Agrippae nuptum dedit exorata sorore, ut sibi genero cederet; nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat et ex ea

---

. . transire disposui; ita tamen, ut primo res gestas et domi et foris, deinde mores et studia eius, tum de regni administratione et fine narrando . . . nihil praetermittam. *18* cuius animi dotes (*Tit. 3*) . . . ceteraque ad interiorem atque domesticam uitam pertinentia iam abhinc dicere exordiar. *cf. Capitol. Max. Balb. 4, 5* 14 *Epit. 1, 23* abiecta quoque uxore Scribonia amore alienae coniugis possessus Liuiam quasi marito concedente sibi coniunxit (*cf. Tib. 4*). 21 *Einhard. 18* de qua nihil liberorum tulit.

---

1 re publica *G*, rei p. *MΠ²R* 6 tertium *Clinton* 7 uitae *G* 9 habuit ς 11 unirentur *X* 13 uix tum *ΠR* Fuluia *del. Halbertsma* 16 matrem *GΠL²S*, matre *rel.* (*Ω?*) 24 tantum quo *V*, tantumq(ue) *GΠPSTL³* (*in P post* q: *uestigium rasurae*) ut subiit *G* 26 marcellam *G*

liberos. hoc quoque defuncto, multis ac diu, etiam ex eque- 2
stri ordine, circumspectis condicionibus, Tiberium priuignum suum elegit coegitque praegnantem uxorem et ex qua iam pater erat dimittere. M. Antonius scribit primum eum Antonio filio suo despondisse Iuliam, dein Cotisoni Getarum regi, quo tempore sibi quoque in uicem filiam regis in matrimonium petisset.

Nepotes ex Agrippa et Iulia tres habuit C. et L. et **64**
Agrippam, neptes duas Iuliam et Agrippinam. Iuliam L. Paulo censoris filio, Agrippinam Germanico sororis suae nepoti collocauit. Gaium et L. adoptauit domi per assem et libram emptos a patre Agrippa tenerosque adhuc ad curam rei p. admouit et consules designatos circum prouincias exercitus-
que dimisit. filiam et neptes ita instituit, ut etiam lanificio 2
assuefaceret uetaretque loqui aut agere quicquam nisi propalam et quod in di[ut]urnos commentarios referretur; extraneorum quidem coetu adeo prohibuit, ut L. Vinicio, claro decoroque iuueni, scripserit quondam p a r u m m o d e s t e f e c i s s e e u m, q u o d f i l i a m s u a m B a i a s s a l u t a t u m u e n i s s e t.
nepotes et litteras et natare aliaque rudimenta per se plerum- 3
que docuit, ac nihil aeque elaborauit quam ut imitarentur chirographum suum; neque cenauit una, nisi ut in imo lecto assiderent, neque iter fecit, nisi ut uehiculo anteirent aut circa
adequitarent. sed laetum eum atque fidentem et subole et **65**

---

14 *Einhard. 19* filias ... lanificio adsuescere ... iussit 22 *id. 19* filiorum ac filiarum tantam in educando curam habuit, ut numquam domi positus sine ipsis caenaret, numquam iter sine illis faceret; adequitabant ei filii, filiae uero pone sequebantur (*cf. p. 9,13*). 24 *Victor Caes. 1,7* felix adeo, absque liberis tamen simulque coniugio. *Einhard. 19* licet alias felix, aduersae fortunae malignitatem expertus est.

---

5 cosoni* *M*, cosoni *GV* (*in hoc* s *in ras.*), cosini *Xδ* genitarum (genist- *T*) *PT* 7 petisse *Casaub. al.* 11 gai. *MGVL* lucium *TP* libam *MGV et sic pro u. l. ss. in R* 12 ad curam] curram *M*, curam *VL*, curae *PST* 14 et *om. G* 16 et quod *T'N*, et *MGVLP*, ut *Bentley*, et ⟨ut⟩ *Bücheler* diurnos *Nδ*, diurno *et tum* commentario ς (commentario *etiam in M*) 17 c(o)etum *XN* L. Vinicio *ed. Basil. 1533*, l. uicinio (-no V^1R) *MGVT* (*Roth*), lucinio $LPOS^1$, licinio S^2N, linicinio *T* 20 notare *Lipsius fort. recte* 22 una] unquam *Bentley*, *Polak* (*cf. Herm. 36 p. 299*) ut in imo] ut in uno *ΠLPT*, ut mimo *Q*, ut imo *R*, in imo *S*

disciplina domus Fortuna destituit. Iuliam, filiam et neptem, omnibus probris contaminatas relegauit; C. et L. in duodeuiginti mensium spatio amisit ambos, Gaio in Lycia, Lucio Massiliae defunctis. tertium nepotem Agrippam simulque priuignum Tiberium adoptauit in foro lege curiata; ex quibus Agrippam breui ob ingenium sordidum ac ferox abdicauit seposuitque Surrentum.

2 Aliquanto autem patientius mortem quam dedecora suorum tulit. nam C. Lucique casu non adeo fractus, de filia absens ac libello per quaestorem recitato notum senatui fecit abstinuitque congressu hominum diu prae pudore, etiam de necanda deliberauit. certe cum sub idem tempus una ex consciis liberta Phoebe suspendio uitam finisset, maluisse se ait
3 Phoebes patrem fuisse. relegatae usum uini omnemque delicatiorem cultum ademit neque adiri a quoquam libero seruo[q]ue nisi se consulto permisit, et ita ut certior fieret, qua is aetate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis uel cicatricibus. post quinquennium demum ex insula in continentem lenioribusque paulo condicionibus transtulit eam. nam ut omnino reuocaret, exorari nullo modo potuit, deprecanti saepe p. R. et pertinacius instanti tales filias tales-
4 que coniuges pro contione inprecatus. ex nepte Iulia post damnationem editum infantem adgnosci alique uetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiorem in insulam transportauit saepsitque insuper custodia militum. cauit etiam s. c. ut eodem loci in perpetuum contineretur. atque

---

8 *Einhard. 19* mortes filiorum ac filiae ... minus patienter tulit.

---

1 iuliam M^2 3 mensuum *MGς* (*in M sequitur* spatiũ), mensum *Roth* (*cf. ad Aug. 40 p. 75, 6*) 6 stolidum *Casaub.* 8 mortes *Modd.* (*cf. Einhard.*) 9 de filia ΠRP^2ST, filia $MGVL^1P^1$, filiae *Q*, ut de filia L^3 11 deneganda *MG* 13 foede (fede *G al.*) *Ω*, *corr. hic et l. 14 Pulmannus. Gifanius* se *om. V* 14 foedes (fę- *T*, fe- *P*) *MVPT*, fęde *uel* fedę *rel.* parem *G* 15 quopiam *pars edd. post Casaubonum* seruoue *uulg. post edd. Gryphii saec. XVI, in marg. pro u. l. iam ed. Basil. 1518* 16 quia is M^1, quasi *G* 21 deprecatus a epe *V* 22 increatus *Q*, precatus *G* 23 agnosci (aggn- *S*) *PST* (*in P rasura ante* a), adcognosci (acc- *Π*) *MVLΠQ* (*in L corr. ex* adcogniti), cognosci *GR* (*cf. Claud. 12*) 24 insulas *G* 25 insuper] in *V*

ad omnem et eius et Iuliarum mentionem ingemiscens proclamare etiam solebat ⟨*Hom. Il. III 40*⟩:

αἴθ' ὄφελον ἄγαμός τ' ἔμεναι ἄγονός τ' ἀπολέσθαι

nec aliter eos appellare quam tris uomicas ac tria carcinomata sua.

Amicitias neque facile admisit et constantissime retinuit, **66** non tantum uirtutes ac merita cuiusque digne prosecutus, sed uitia quoque et delicta, dum taxat modica, perpessus. neque enim temere ex omni numero in amicitia eius afflicti reperientur praeter Saluidienum Rufum, quem ad consulatum usque, et Cornelium Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna prouexerat. quorum alterum res 2 nouas molientem damnandum senatui tradidit, alteri ob ingratum et maliuolum animum domo et prouinciis suis interdixit. sed Gallo quoque et accusatorum denuntiationibus et senatus consultis ad necem conpulso laudauit quidem pietatem tanto opere pro se indignantium, ceterum et inlacrimauit et uicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis, quatenus uellet, irasci. reliqui potentia atque opi- 3 bus ad finem uitae sui quisque ordinis principes floruerunt, quanquam et offensis interuenientibus. desiderauit enim nonnumquam, ne de pluribus referam, et M. Agrippae patientiam et Maecenatis taciturnitatem, cum ille ex leui ⟨f⟩rigoris suspicione et quod Marcellus sibi anteferretur, Mytilenas se relictis

---

6 *Epit. 1, 16* in amicos fidus extitit ... rarus quidem ad recipiendas amicitias, ad retinendas constantissimus. *cf. Eutrop. VII 8, 4* (*u. ad Aug. 51. 56*). *Einhard. 19* erat in amicitiis optime temperatus, ut eas et facile admitteret et constantissime retineret. 11 *cf. Eutrop. VII 7* praepositusque ei (*Aegypto*) C. Cornelius Gallus. hunc primum Aegyptus Romanum iudicem habuit. 22 *Epit. 1, 16* quorum (*amicorum*) praecipui erant ob taciturnitatem Maecenas, ob patientiam laboris modestiamque Agrippa.

---

3 dignū inconiugatu esse in certam perire *ss. in S* 4 alit̃*reos *M*, alit̃reos *G* 7 cuiuscumque *G*, cuius *Q* 10 repperiuntur *V* saluidenium (-demum *LS*) *Ω*, *corr. ed. Basil. 1533* 11 Gallum *om. G* 13 alterum *GT* 17 lacrimanit *L* (ceterum et *ss. m. 2*) 18 est *om. MX'*, *idcirco* et *ante* uicem *erasum in L, fort. recte* 20 sui *ed. Basil. 1533*, suae *Ω* cuiusque *Π²R* 22 impatientiam *MGΠQδ* 23 frigoris *Lipsius*, rigoris *Ω*, at uigoris *ss. Π²* 24 ferretur *G*

omnibus contulisset, [et] hic secretum de comperta Murenae coniuratione uxori Terentiae prodidisset.

4 Exegit et ipse in uicem ab amicis beniuolentiam mutuam, tam a defunctis quam a uiuis. nam quamuis minime appeteret hereditates, ut qui numquam ex ignoti testamento capere quicquam sustinuerit, amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensitauit, neque dolore dissimulato, si parcius aut citra honorem uerborum, neque gaudio, si grate pieque quis se prosecutus fuisset. legata uel partes hereditatium a quibuscumque parentibus relicta sibi aut statim liberis eorum concedere aut, si pupillari aetate essent, die uirilis togae uel nuptiarum cum incremento restituere consueuerat.

67 Patronus dominusque non minus seuerus quam facilis et clemens multos libertorum in honore et usu maximo habuit, ut Licin[i]um et Celadum aliosque. Cosmum seruum grauissime de se opinantem non ultra quam compedibus coercuit. Diomeden dispensatorem, a quo simul ambulante incurrenti repente fero apro per metum obiectus est, maluit timiditatis arguere quam noxae remque non minimi periculi, quia tamen
2 fraus aberat, in iocum uertit. idem Polum ex acceptissimis libertis mori coegit compertum adulterare matronas; Thallo a manu, quod pro epistula prodita denarios quingentos accepisset, crura ei fregit; paedagogum ministrosque C. fili, per occasionem ualitudinis mortisque eius superbe auareque in prouincia grassatos, oneratos graui pondere ceruicibus praecipitauit in flumen.

68 Prima iuuenta uariorum dedecorum infamiam subiit. Sextus Pompeius ut effeminatum insectatus est; M. Antonius adoptionem auunculi stupro meritum; item L. Marci frater,

---

27 *Epit. 1, 22* seruiebat . . . libidini usque ad probrum uulgaris famae.

---

1 omnibus ⟨rebus⟩ *Polak* et *del. Torr.* 3 ab *om.* VL^1P^1S 9 parte *X* hereditatuum *G*, -tum ΠRL^2T 12 consueuerat *MGN*, constituerat *Υ*, consuerat (-seuerat *T*) *X'* 15 Licinum *Torr.* et Celadum *Casaub.*, enceladum *Ω*, Eunum Celadum *Oud.* 17 diomedem *ΥPS* 20 proculum *R* (*uulg.*) *et sic* Π^2 *corr. ut uid. ex* periculum, poptm *Q* 23 creatura *G* ei fregit] effregit *ΠR* 25 onenitos *G*, oneratis (hon- *T*) *Tς, et pars edd., fort. rectius* 29 ⟨ut⟩ adoptionem *Bentley*

quasi pudicitiam delibatam a Caesare Aulo etiam Hirtio in
Hispania trecentis milibus nummum substrauerit solitusque
sit crura suburere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret.
sed et populus quondam uniuersus ludorum die et accepit in
contumeliam eius et adsensu maximo conprobauit uersum
⟨*com. inc. frg. p. 143*⟩ in scaena pronuntiatum de gallo Matris
deum tympanizante:

uidesne, ut cin⟨a⟩edus orbem digito temperat?

adulteria quidem exercuisse ne amici quidem negant, excu- 69
santes sane non libidine, sed ratione commissa, quo facilius
consilia aduersariorum per cuiusque mulieres exquireret. M.
Antonius super festinatas Liuiae nuptias obiecit et feminam
consularem e triclinio uiri coram in cubiculum abductam,
rursus in conuiuium rubentibus auriculis incomptiore capillo
reductam; dimissam Scriboniam, quia liberius doluisset ni-
miam potentiam paelicis; condiciones quaesitas per amicos,
qui matres familias et adultas aetate uirgines denudarent at-
que perspicerent, tamquam Toranio mangone uendente. scri- 2
bit etiam ad ipsum haec familiariter adhuc necdum plane
inimicus aut hostis: quid te mutauit? quod reginam
ineo? uxor mea est. nunc coepi an abhinc annos no-
uem? tu deinde solam Drusillam inis? ita ualeas, uti
tu, hanc epistulam cum leges, non inieris Tertullam
aut Terentillam aut Rufillam aut Saluiam Titiseniam
aut omnes. an refert, ubi et in qua arrigas?

Cena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae uulgo 70
δωδεκάθεος uocabatur; in qua deorum dearumque habitu

27 *Epit. 1, 22* inter duodecim catamitos totidemque puellas ac-
cubare solitus erat.

5 adsensū (asc- *V*) *GV* uersum — pronuntiatum *Π*[1]*Qε*, uersu (uerso *V*) — pronuntiato *rel.*(*Ω*) 6 in *om.* ς (*Modd.*) 8 uides *HG*, uiden *Torr.* 12 obicit *Bentley* 13 uiro ς (*Beroaldus*) adductam rursum *V* 15 et *ante* dimissam *add. Υ* 16 et *ante* condiciones *add. Υ* 17 qui *om. V* matrem *V* adulta *Bentley* et prospicirent *G* 18 thoranio (-ano *V*, -inio *G*) *MGVΥ*, *cf. Aug. 27* 19 haec ad ipsum *G* 20 regina *PST* 21 ineo] mea *X* (mea *potius quam* inea *L*, ineo *corrector recens*) 22 uti] ut *X* 24 titi senia *R*, titisceniam *Π* 25 an] an te *QR et sic pro u. l. ss. Π*[2], anne *Π*[1] ubi *om. G* quam ς 27 δωδεκάθεος *om. G*, duodenorum deorum *ss. in V*, dodecateos *in S m. 2*

discubuisse conuiuas et ipsum pro Apolline ornatum non Antoni modo epistulae singulorum nomina amarissime enumerantis exprobrant, sed et sine auctore notissimi uersus ⟨*FPR p. 340*⟩:

cum primum istorum conduxit mensa choragum,
  sexque deos uidit Mallia sexque deas,
impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
  dum noua diuorum cenat adulteria:
omnia se a terris tunc numina declinarunt,
  fugit et auratos Iuppiter ipse thronos.

2 auxit cenae rumorem summa tunc in ciuitate penuria ac fames adclamatumque est postridie: omne frumentum deos comedisse et Caesarem esse plane Apollinem, sed Tortorem, quo cognomine is deus quadam in parte urbis colebatur. notatus est et ut pretiosae supellectilis Corinthiorumque praecupidus et aleae indulgens. nam et proscriptionis tempore ad statuam eius ascriptum est ⟨*FPR p. 341*⟩:

pater argentarius, ego Corinthiarius,

cum existimaretur quosdam propter uasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos; et deinde bello Siciliensi epigramma ⟨*FPR p. 341*⟩ uulgatum est:

postquam bis classe uictus naues perdidit,
aliquando ut uincat, ludit assidue aleam.

71 ex quibus siue criminibus siue maledictis infamiam impudicitiae facillime refutauit et praesentis et posterae uitae castitate; item lautitiarum inuidiam, cum et Alexandria capta nihil sibi praeter unum murrinum calicem ex instrumento regio retinuerit et mox uasa aurea assiduissimi usus conflauerit omnia. circa libidines haesit, postea quoque, ut ferunt, ad

---

2 enumerantes *X* (*corr. L*³), -ratis *Π*¹ 3 nouissimi *G* 5 primum] pristinum *V*, mimum *Heinsius* iustum *Π*¹*Q*ꞓ, histrorum *Heinsius*, astrorum *Bährens* thensa *uel* scaena *Bentley* chorangum *Π*¹*Q*, choragium *Casaub.*, choragi *Heinsius*, chorum omnem *Bährens* 8 cena et *Bährens*, curat *Mähly* 10 aurato — tholo *Bentley* toros ς 12 acclamatum *R* 14 quo — colebatur *glossema putat Huelsen* 15 suppellectili *MGVδ*, *corr. V in marg. m. 1 ut uid.* 16 proscriptio *G* 20 deinde *Tδ*, inde *MLPS*, inde inde *GV*, in *T* 23 aliam *G*, alea *L*³ς 25 castitate (-tē *Q*) *om. G* 27 myrrinum (mirr- *T*) *MX′*, myrrihnum *G*, myrrhinum *T* 29 ut ferādiuitiandas *V*

uitiandas uirgines promptior, quae sibi undique etiam ab uxore conquirerentur. aleae rumorem nullo modo expauit lusitque simpliciter et palam oblectamenti causa etiam senex ac praeterquam Decembri mense aliis quoque festis et profestis diebus. nec id dubium est. autographa quadam epistula 2 : cenaui, ait, mi Tiberi, cum isdem; accesserunt conuiuae Vinicius et Silius pater. inter cenam lusimus geronticos et heri et hodie; talis enim iactatis, ut quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium conferebat, quos tollebat uniuersos, qui Venerem iecerat. et rursus 3 aliis litteris: nos, mi Tiberi, Quinquatrus satis iucunde egimus; lusimus enim per omnis dies forumque aleatorum calfecimus. frater tuus magnis clamoribus rem gessit; ad summam tamen perdidit non multum, sed ex magnis detrimentis praeter spem paulatim retractum est. ego perdidi uiginti milia nummum meo nomine, sed cum effuse in lusu liberalis fuissem, ut soleo plerumque. nam si quas manus remisi cuique exegissem aut retinuissem quod cuique donaui, uicissem uel quinquaginta milia. sed hoc malo; benignitas enim mea me ad caelestem gloriam efferet. scribit ad filiam: misi tibi denarios ducentos quinqua- 4 ginta, quos singulis conuiuis dederam, si uellent inter se inter cenam uel talis uel par impar ludere.

In ceteris partibus uitae continentissimum constat ac **72** sine suspicione ullius uitii. habitauit primo iuxta Romanum

---

2 *Epit. 1, 21* studiosissimus aleae lusor. 26 *u. ad p. 87, 28*

---

1 pronior *Bentley* 4 alias *Modd.* 5 id *om. X* (ne cui dubium sit *Iernstedt*) aut tygrapha *G* 8 *γεροντικῶς uulg.*, seniliter *ss. in V* enim *om. V* 9 cane *G* aut] ad *I. Marquardt* 10 singulos *om. V* 12 quinquatriis *GX'T* 13 aleatorium *edd. post Sabellicum* 16 retractatum *M*, retractus (*at in L* -us *in ras.*) *X et edd.* 18 liberali *X* 18 ut soleo — retinuissem *om. G* 23 ⟨et⟩ scribit *Bücheler* scribit ad filiam *om. T*, *item GV ubi spatium uacuum relictum est* 24 quot *Lipsius* conuiuiis *ΠQST* inter se *del. Torr.* 25 super cenam *Bentley* 26 fuisse *ante* constat *add. ΠP*^{2}*ST* (*edd.*) 27 primum *G* romañ *V*, romanorum *X*, *del. Torr.*

forum supra Scalas anularias, in domo quae Calui oratoris fuerat; postea in Palatio, sed nihilo minus aedibus modicis Hortensianis, et neque laxitate neque cultu conspicuis, ut in quibus porticus breues essent Albanarum columnarum et sine marmore ullo aut insigni pauimento conclauia. ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme et aestate mansit, quamuis parum salubrem ualitudini suae urbem hieme ex-
2 periretur assidueque in urbe hiemaret. si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas et technyphion uocabat: huc transibat aut in alicuius libertorum suburbanum; aeger autem in domo Maecenatis cubabat. ex secessibus praecipue frequentauit maritima insulasque Campaniae aut proxima urbi oppida, Lanuuium, Praeneste, Tibur, ubi etiam
3 in porticibus Herculis templi persaepe ius dixit. ampla et operosa praetoria grauabatur. et neptis quidem suae Iuliae, profuse ab ea extructa, etiam diruit ad solum, sua uero quamuis modica non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu quam xystis et nemoribus excoluit rebusque uetustate ac raritate notabilibus, qualia sunt Capreis immanium beluarum ferarumque membra praegrandia, quae dicuntur gigan-
73 tum ossa, et arma heroum. instrumenti eius et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc residuis lectis atque mensis, quorum pleraque uix priuatae elegantiae sint. ne toro quidem cubuisse aiunt nisi humili et modice instrato. ueste non temere alia quam domestica usus est, ab sorore et uxore et filia neptibusque confecta; togis neque restrictis neque fusis, clauo nec lato nec angusto, calciamentis altiusculis, ut procerior quam erat uideretur. et forensia autem et calceos numquam non intra cubiculum habuit ad subitos repentinosque casus parata.

---

8 assidueque in urbe hiemauit *Mähly transponens post* mansit, *aliter alii, cf. Herm. 36 p. 300* in urbe *T*, in urbem *MG*, extra urbem (urbe *V*) *X'* quod M^1 10 *τεχνύφιον* (*uel τεγύφιον*) *Bentley*, tegnophion (tegnof- *S*, tegnaph- *T*) *Ω*, *τεχνόφυτον Trillerus*, technophyon (*τεχνόφυον*) *uulg.* 14 pręnestib; (*om.* Tibur) *G* 15 et *om.* VL^1P^1 (amplet *G*) 20 belluarum *MT* 24 quorum *Sabellicus*, quarum *Ω* 26 quam *post* usus est *transponit Torr.*

74 Conuiuabatur assidue nec umquam nisi recta, non sine magno ordinum hominumque dilectu. Valerius Messala tradit, neminem umquam libertinorum adhibitum ab eo cenae excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem post proditam Sexti Pompei classem. ipse scribit, inuitasse se quondam, in cuius uilla maneret, qui speculator suus olim fuisset. conuiuia nonnumquam et serius inibat et maturius relinquebat, cum conuiuae et cenare inciperent, prius quam ille discumberet, et permanerent digresso eo. cenam ternis ferculis aut cum abundantissime senis praebebat, ut non nimio sumptu, ita summa comitate. nam et ad communionem sermonis tacentis uel summissim fabulantis prouocabat, et aut acro<a>mata et histriones aut etiam triuiales ex circo lud<i>os interponebat ac frequentius aretalogos.

75 Festos et sollemnes dies profusissime, nonnumquam tantum ioculariter celebrabat. Saturnalibus, et si quando alias libuisset, modo munera diuidebat, uestem et aurum et argentum, modo nummos omnis notae, etiam ueteres regios ac peregrinos, interdum nihil praeter cilicia et spongias et rutabula et forpices atque alia id genus titulis obscuris et ambiguis. solebat et inaequalissimarum rerum sortes et auersas tabularum picturas in conuiuio uenditare incertoque casu spem mercantium uel frustrari uel explere, ita ut per singulos lectos licitatio fieret et seu iactura seu lucrum communicaretur. cibi — nam ne haec quidem omiserim — minimi 76

---

1. 9 *Einhard. 24* conuiuabatur rarissime et hoc praecipuis tantum festiuitatibus, tunc tamen cum magno hominum numero. caena ei cotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur. 12 *id. 26* submissim ... cantaret. *24* inter caenandum aut aliquod acroama aut lectorem audiebat. 25 *et* p. 98, 14 *Epit. 1, 22* cibi ac uini multum ... abstinens. *Einhard. 24* in cibo et potu temperans, sed in potu temperantior. *ibid.* uini et omnis potus adeo parcus in bibendo erat, ut super caenam raro plus quam ter biberet.

---

2 delectu *RL²P²S* mensala tradidit *M* 5 quondam *MGVQ*, quendam *XΠR* (*edd.*) 9 fericulis *GR* aut cum] aū *G* 10 minimio *M* (*sic m. 1*), minimo *Bentley* 12 cromata *M¹*, acromata *M²* *et rel.* (prolixitates ludi *ss. in V*), *corr. Sabellicus* 13 ludos *Ω*, *corr. Beroaldus* (ς) 16 uolgariter *Mähly* 21 aduersas *VS*, auersa *et tum* pictarum *Bentley* 22 plictura *M¹*, plicturas *M²VR fort. rectius*

erat atque uulgaris fere. secundarium panem et pisciculos minutos et caseum bibulum manu pressum et ficos uirides biferas maxime appetebat; uescebaturque et ante cenam quocumque tempore et loco, quo stomachus desiderasset. uerba ipsius ex epistulis sunt: nos in essedo panem et palmu-
2 las gustauimus. et iterum: dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uuae duracinae comedi. et rursus: ne Iudaeus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiunium seruat quam ego hodie seruaui, qui in balineo demum post horam primam noctis duas buccas manducaui prius quam ungui inciperem. ex hac inobseruantia nonnumquam uel ante initum uel post dimissum conuiuium solus cenitabat,
77 cum pleno conuiuio nihil tangeret. uini quoque natura parcissimus erat. non amplius ter bibere eum solitum super cenam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. postea quotiens largissime se inuitaret, senos sextantes non excessit, aut si excessisset, reiciebat. et maxime delectatus est Raetico neque temere interdiu bibit. pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem aut cucumeris frustum uel lactuculae thyrsum aut recens aridumue pomum suci uinosioris.

78 Post cibum meridianum, ita ut uestitus calciatusque erat, retectis pedibus paulisper conquiescebat opposita ad oculos manu. a cena in lecticulam se lucubratoriam recipiebat; ibi, donec residua diurni actus aut omnia aut ex maxima parte

14 *u. ad p. 97, 25* 19 sqq. *Einhard. 14* aestate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens ac semel bibens depositis uestibus et calciamentis, uelut noctu solitus erat, duabus aut tribus horis quiescebat. noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinquiens non solum expergiscendo sed etiam desurgendo interrumperet.

1 erant *M* 2 bibulum Ω (*etiam H et Saresber.*), bubalum et *T*ς, bubulum ς *et edd.* fico *V*, ficus *GX* 3 et *om. H* 4 et] quo *X* quo *om. H, del. Egnatius aliique* 5 ex *om. V* 8 ne *om. V* 9 tam] iam *G* 10 balneo *M*[2]*HGXΠ* demum *om. H* 11 buceas *Π*[1], bucceas *Π*[2]*R* (*edd.*), buccatas *H* 12 obseruantia *PT* 13 initium *MVSΠ* cinitabat *M*, ceni dabat *G* 15 solitum *om. G* 19 proposítione sumabat (-ebat *M*[2]) *MG* 20 aqua] in qua *G* fructum *GHQ* 21 lactucula[s] ethyrsum (s *ss. m. 2*) *M*, lacticulam ethyrsum (et tirs- *T*) *X* uiniosioris *M*[1] 24 a *om. G*, ad *V* 25 ex *HQYG*[3] (*at in L* x *in ras.*), ea *MG*[1]*VR*, e *Bentley* (maxima ex parte *N*)

conficeret, ad multam noctem permanebat. in lectum inde transgressus non amplius cum plurimum quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. si interruptum 2
somnum reciperare, ut euenit, non posset, lectoribus aut fabulatoribus arcessitis resumebat producebatque ultra primam saepe lucem. nec in tenebris uigilauit umquam nisi assidente aliquo. matutina uigilia offendebatur; ac si uel officii uel sacri causa maturius uigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuscumque domesticorum cenaculo manebat. sic quoque saepe indigens somni, et dum per uicos deportaretur et deposita lectica inter aliquas moras condormiebat.

Forma fuit eximia et per omnes aetatis gradus uenustis- 79
sima, quamquam et omnis lenocinii neglegens; in capite comendo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret ac modo tonderet modo raderet barbam eoque ipso tempore aut legeret aliquid aut etiam scriberet. uultu erat uel in sermone uel tacitus adeo tranquillo serenoque, ut quidam e primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem conloquii propius admissus in praecipitium propelleret. oculos habuit 2
claros ac nitidos, quibus etiam existimari uolebat inesse

---

2 *Epit. 1, 22* aliquatenus ... somni abstinens. 11 *cf. Victor Caes. 1, 4* flagrante ... ad somnum intemperantie. 23 sqq. *Epit. 1, 20* fuit ... corpore toto pulcher, sed oculis magis. quorum aciem clarissimorum siderum modo uibrans, libenter accipiebat cedi ab intendentibus tamquam solis radiis adspectui suo (*addit haec*: a cuius facie cum quidam miles oculos auerteret et interrogaretur ab eo, cur ita faceret, respondit: 'quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum' *cf. Seru. Verg. Aen. VIII 680* naturaliter ... Augustus igneos oculos habuisse dicitur, adeo ut obtutum eius nemo contra aspectare posset, denique quidam eques Romanus interrogatus ab eo, cur se uiso uerteret faciem, dixerit: 'quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum'; sicut ait Suetonius).

---

2 horas *om. G* 3 at *V* 9 euigilandum *Casaub., cf. Claud. 33 Vesp. 21* 12 cum — deportaretur *uel* dum — deportatur *Düpow* 13 condormiscebat *Bentley* 15 et *om. N* in] et in *IIQNς* (*edd.*) 16 commendatam *GL¹P* (conmendo *V*) 21 eo se] eos ei *G*, eoq; *N* 23 proprius *M*

quiddam diuini uigoris, gaudebatque, si qui sibi acrius contuenti quasi ad fulgorem solis uultum summitteret; sed in senecta sinistro minus uidit; dentes raros et exiguos et scabros; capillum leuiter inflexum et subflauum; supercilia coniuncta; mediocres aures; nasum et a summo eminentiorem et ab imo deductiorem; colorem inter aquilum candidumque; staturam breuem, — quam tamen Iulius Marathus libertus †etiam memoriam eius quinque pedum et dodrantis fuisse tradit —, sed quae commoditate et aequitate membrorum occuleretur, ut non nisi ex comparatione astantis alicuius procerioris intellegi posset.

80 Corpore traditur maculoso dispersis per pectus atque aluum genetiuis notis in modum et ordinem ac numerum stellarum caelestis ursae, sed et callis quibusdam ex prurigine corporis adsiduoque et uehementi strigilis usu plurifariam concretis ad impetiginis formam. coxendice et femore et crure sinistro non perinde ualebat, ut saepe etiam inclaudicaret; sed remedio harenarum atque harundinum confirmabatur. dextrae quoque manus digitum salutarem tam imbecillum interdum sentiebat, ut torpentem contractumque frigore uix cornei circuli supplemento scripturae admoueret. questus est et de uesica, cuius dolore calculis demum per urinam eiectis leuabatur.

81 Graues et periculosas ualitudines per omnem uitam aliquot expertus est; praecipue Cantabria domita, cum etiam destillationibus iocinere uitiato ad desperationem redactus contrariam et ancipitem rationem medendi necessario subiit: quia

---

9 *Einhard. 22* tamen haec ceterorum membrorum celabat aequalitas. 17 *ibid.* quod . . . ad extremum etiam uno pede claudicaret.

---

1 quis *Π¹QSTN* contuiti (*om.* acrius) *V* 4 leniter ς 6 ab inicio deductorem *V* 8 etiam memoriam *MGVT*, etiam in memoriam *X* (*uulg.*), ipsius in memoriam ς, *om.* ϱ, et a memoria *Lipsius* (*Roth*), in memoria uitae *Casaub.*, et in memoriam *Bücheler* 9 et] ex *V* equite *G*, aequalitate *Casaub. ex Einhardo* 14 et *om. G* 15 strigili (-guli *G*) *MGV*, strigit *V in marg.* 16 coxaindice (*uel* coxa indice) *Ω*, *corr. saec. XV* (*ed. anon. [a. 1472?], ed. a. 1480 al.*) 17 inde claudicaret *L³*ς *edd. princ.* (*uulg.*), *cf. Einhard.* 18 herenarum *ΠQ et sic pro u. l. ss. in R*, habenarum *D. W. Triller* 21 circulo *M¹* 24 aliquod *M¹*, aliquando *M²* 26 destillationibus *Torr.*, dist- *Ω*

calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus auctore Antonio Musa.

Quasdam et anniuersarias ac tempore certo recurrentes 2
experiebatur; nam sub natalem suum plerumque languebat; et initio ueris praecordiorum inflatione temptabatur, austrinis autem tempestatibus grauedine. quare quassato corpore neque frigora neque aestus facile tolerabat. hieme quaternis 82
cum pingui toga tunicis et subucula e⟨t⟩ thorace laneo et feminalibus et tibialibus muniebatur, aestate apertis cubiculi foribus ac saepe in peristylo saliente aqua atque etiam uentilante aliquo cubabat. solis uero ne hiberni quidem patiens, domi quoque non nisi petasatus sub diuo spatiabatur. itinera lectica et noctibus fere eaque lenta ac minuta faciebat, ut Praeneste uel Tibur biduo procederet; ac si quo peruenire mari posset, potius nauigabat. uerum tantam infirmitatem 2
magna cura tuebatur, in primis lauandi raritate; unguebatur enim saepius aut sudabat ad flammam, deinde perfundebatur egelida aqua uel sole multo tepefacta. at quotiens neruorum causa marinis Albulisque calidis utendum esset, contentus hoc erat ut insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico uerbo duretam uocabat, manus ac pedes alternis iactaret.

Exercitationes campestres equorum et armorum statim 83
post ciuilia bella omisit et ad pilam primo folliculumque transiit, mox nihil aliud quam uectabatur et deambulabat, ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret †sestertio uel lo-

---

7 sqq. *Einhard.* 23 ex pellibus thorace confecto humeros ac pectus hieme muniebatur. *ibid.* feminalibus lineis induebatur, deinde tunicam . . . et tibialia.

---

3 uniuersarias *M*¹, anniuersario (*om.* ac *et* certo) *G* 6 grauidine *M*¹*GQ* quare] quadā *M*² 8 subuculae (-le *GRST*) thorace (tor- *LT*) Ω, *corr. Beroaldus* 9 adapertis (da *in ras.*, t *ex* s *corr. m. 1*) *G*, aptis (*et tum* cubili) *V* 10 imperi stilo *M*¹*Q* (imperii stilo *M*²), in peristilo (-stulo *G*, -stillo *T*) *rel.* 12 quoque *om. G* petassatus (*sic etiam T*) *et ss.* disco opertus *V* 13 et *post* eaque *add. G* 14 tibur *T*, tiburi (ty- *GS*) *MGX'* (tibur ibiduo *V*), *inde* in biduo *suspicatur Oud.* 16 in *om. MGVLδ* primum δ 17 aut] ut *Q*, et ς 18 at] aut *Roth* (ς?) 19 calidis albulisque *Torr.* 23 pilam] primam *M* 25 in *om. POT* sestertio (-cio *GQRS*, ises tercio *L*, sextertio *T*) Ω, segestro *Cuiacius*, segestria *Roth*

dicula inuolutus. animi laxandi causa modo piscabatur hamo, modo talis aut ocellatis nucibusque ludebat cum pueris minutis, quos facie et garrulitate amabilis undique conquirebat, praecipue Mauros et Syros. nam pumilos atque distortos et omnis generis eiusdem ut ludibria naturae malique ominis abhorrebat.

84 Eloquentiam studiaque liberalia ab aetate prima et cupide et laboriosissime exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum et legisse et scripsisse et declamasse cotidie traditur. nam deinceps neque in senatu neque apud populum neque apud milites locutus est umquam nisi meditata et composita oratione, quamuis non deficeretur ad subita extemporali fa-
2 cultate. ac ne periculum memoriae adiret aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. sermones quoque cum singulis atque etiam cum Liuia sua grauiores non nisi scriptos et e libello habebat, ne plus minusue loqueretur ex tempore. pronuntiabat dulci et proprio quodam oris sono dabatque assidue phonasco operam; sed nonnumquam infirmatis faucibus praeconis uoce ad populum contionatus est.

85 Multa uarii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla in coetu familiarium uelut in auditorio recitauit, sicut r e s c r i p t a B r u t o d e C a t o n e, quae uolumina cum iam senior ex magna parte legisset, fatigatus Tiberio tradidit perlegenda; item h o r t a t i o n e s a d p h i l o s o p h i a m, et aliqua d e u i t a s u a, quam tredecim libris Cantabrico tenus bello nec

---

7 *Epit. 1, 17* liberalibus studiis, praesertim eloquentiae in tantum incumbens, ut nullus, ne in procinctu quidem, laberetur dies, quin legeret, scriberet, declamaret (*u. l.* dictaret). *Victor Caes. 1, 5* cum eloquentiae studio ... mire attineretur. *cf. Einhard. 19, 25* erat eloquentia copiosus et exuberans poteratque quidquid uellet apertissime exprimere (*p. 103, 11*). 8 *Suet. de rhet. 1* quidam historici tradiderunt ... declamandi consuetudinem ... Augustum ne Mutinensi quidem bello omisisse.

---

3 facie *T*, facile *MGX'*, facilitate P^2 amabilis *MGVQ*^{1}, -es *rel.* et *post* conquirebat *add. V* 4 pumilios (pom- *PST*) *X'* 10 princeps *Spejer* 12 ratione *G* deficeret *X* 14 assumeret (ads- *VPS*^{1}) *Ω*, *corr.* S^2 ς 16 scriptos ς (*Bentley, Burm.*), scriptis *Ω*, in scriptis ς, de scripto *Modd.* 18 phonaisco *MT*, phonusco *G*, uoci *ss. in V* 19 continuo natus G^1 (*corr. m. rec.*) 21 uel *G* adiutorium *V*

ultra exposuit. poetica summatim attigit. unus liber extat 2
scriptus ab eo ⟨h⟩exametris uersibus, cuius et argumentum et
titulus est Sicilia; extat alter aeque modicus epigramma-
tum, quae fere tempore balinei meditabatur. nam tragoe-
diam magno impetu exorsus, non succedenti stilo, aboleuit
quaerentibusque amicis, quidnam Aiax ageret, respondit Aia-
cem suum in spongiam incubuisse.

Genus eloquendi secutus est elegans et temperatum uita- 86
tis sententiarum ineptiis atque concinnitate et reconditorum
uerborum, ut ipse dicit, fetoribus; praecipuamque curam
duxit sensum animi quam apertissime exprimere. quod quo
facilius efficeret aut necubi lectorem uel auditorem obturba-
ret ac moraretur, neque praepositiones urbibus addere neque
coniunctiones saepius iterare dubitauit, quae detractae affe-
runt aliquid obscuritatis, etsi gratiam augent. cacozelos et 2
antiquarios, ut diuerso genere uitiosos, pari fastidio spreuit
exagitabatque nonnumquam; in primis Maecenatem suum,
cuius myrobrechis, ut ait, cincinnos usque quaque per-
sequitur et imitando per iocum irridet. sed nec Tiberio parcit
et exoletas interdum et reconditas uoces aucupanti. M. quidem
Antonium ut insanum increpat, quasi ea scribentem, quae
mirentur potius homines quam intellegant; deinde ludens ma-
lum et inconstans in eligendo genere dicendi ingenium eius,
addit haec: tuque dubitas, Cimberne Annius an Vera- 3
nius Flaccus imitandi sint tibi, ita ut uerbis, quae
Crispus Sallustius excerpsit ex Originibus Catonis,
utaris? an potius Asiaticorum oratorum inani[bu]s

4 sqq. *Lyd. de mens. 4,112 (cf. Macrob. sat. II 4,2)* 11 *u. ad p. 102,7*

1 poeticam *ΠQ (uulg.)* 2 cuius *om. V* 3 modus *G* 4 labinei *G*, balnei M^2XII 5 succedente *ΠQ (uulg.)* 8 eloquentię (tię *del. m. 2*) dī *P*, eloquentiae *SOTN* 9 inconcinnitate *uulg. (ed. Rom. II)*, nimia concinnitate *Modd.* 10 foetoribus *M*, fęt- *GVPQ*, *cf. Nero 51* 13 ubibus *G (om. g)*, uerbis $L^2T\varsigma$ *(uulg.)* addere neque] adereque *G (om. g)* 20 ut exoletas *Bentley* 23 ingenium $T'P^2$, *om.* $MGVLP^1$ *(et tum* ius *pro* eius VLP^1*)*, iudicium *Bentley melius puto* 24 anneus *ΠQ* an] ac *Bentley (Madrig) fort. recte*, aut *Wolf* uerannius Π^1QS, uenarius *V*, Verrius *Beroaldus*, Granius *Casaub.* 25 ut *om. GQς* 27 inanis *I. F. Gronov.*, inanibus (inanib: *M*) *Ω*

sententiis uerborum uolubilitas in nostrum sermonem transferenda? et quadam epistula Agrippinae neptis ingenium conlaudans: sed opus est, inquit, dare te operam, ne moleste scribas et loquaris.

87 Cotidiano sermone quaedam frequentius et notabiliter usurpasse eum, litterae ipsius autographae ostentant, in quibus identidem, cum aliquos numquam soluturos significare uult, ad K(a)l(endas) Graecas soluturos ait; et cum hortatur ferenda esse praesentia, qualiacumque sint: contenti simus hoc Catone; et ad exprimendam festinatae rei uelo-
2 citatem: celerius quam asparagi cocuntur. ponit assidue et pro stulto baceolum apud pullum pulleiaceum et pro cerrito uacerrosum et uapide se habere pro male et betizare pro languere, quod uulgo lachanizare dicitur; item simus pro sumus et domos genetiuo casu singulari pro domuos. nec umquam aliter haec duo, ne quis mendam magis quam consuetudinem putet.

3 Notaui et in chirographo eius illa praecipue: non diuidit uerba nec ab extrema parte uersuum abundantis litteras in alterum transfert, sed ibidem statim subicit circumducitque.
88 orthographiam, id est formulam rationemque scribendi a grammaticis institutam, non adeo custodi[i]t ac uidetur eorum potius sequi opinionem, qui perinde scribendum ac loquamur existiment. nam quod saepe non litteras modo sed syllabas aut permutat aut praeterit, communis hominum error est.

2 quaedam *V* 3 sed] et *M* 10 simus $HVT'L^2P^2$ (contentissimus *R*), sumus MGL^1P^1 (*in L* si *in ras.*) 11 coquuntur *HTP*, coquntur L^2S^2 (*in L corr. ex* canuntur *ut uid.*) 12 *prius* et *om. Q* baccceolum *V*, bacheolum S^2, baculum L^1, bacelum *Erasmus* apud pullum] et pro pullo *Sς* (*in ras. ut uid. S, at m. 1*) *uulg.*, aut pullum *Bentley*, ut pullum *Roth*, ⟨c⟩aput ⟨aut⟩ pullum *G. Becker* puelleiaceum *V*, pulleiaςtium *L*, pullaceum *ed. Ald. 1516 al.*, gallinaceum *Bentley* 14 beptizare *V*, beticare *T* anguere *V*, languore L^1 quod — dicitur *del. Polak* laconizare *Q*, lacharuzare *T* 15 domuos *Ritschl* (*cf. Mar. Victor. gramm. VI p. 9, 4*) 16 domuos (domnos L^1) *MGX'*, domus *T et sic corr.* L^2 (*edd.*) 18 in *om. V* diuidit $P^2S^2T\delta$ς, diuidite $MGVL^1P^1S^1$ (diuiditė *V*, *sed nihil in marg. adscr.*), diuidit et *T*, diuidere ς *et sic corr.* L^2 (*uel* L^3) 21 id est — institutam *del. Polak post alios* 22 custodit *Qδς*, custodiit *rel.* (it *in ras. m. 1 M*), *cf. l. 25* 25 permutata aut M^1, permutauit aut M^2, permutat ac *R* pr(a)eteriit *MGVδ* (*cf. l. 22*)

nec ego id notarem, nisi mihi mirum uideretur tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse ut rudi et indocto, cuius manu ixi pro ipsi scriptum animaduerterit. quotiens autem per notas scribit, B pro A, C pro B ac deinceps eadem ratione sequentis litteras ponit; pro X autem duplex A.

Ne Graecarum quidem disciplinarum leuiore studio tene- 89
batur. in quibus et ipsis praestabat largiter magistro dicendi usus Apollodoro Pergameno, quem iam grandem natu Apolloniam quoque secum ab urbe iuuenis adhuc eduxerat, deinde eruditione etiam uaria repletus [s]per Arei philosophi filiorumque eius Dionysi et Nicanoris contubernium; non tamen ut aut loqueretur expedite aut componere aliquid auderet; nam et si quid res exigeret, Latine formabat uertendumque alii dabat. sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comoedia ueteri et saepe eam exhibuit
spectaculis publicis. In euoluendis utriusque linguae auctori- 2
bus nihil aeque sectabatur, quam praecepta et exempla publice uel priuatim salubria, eaque ad uerbum excerpta aut ad domesticos aut ad exercituum prouinciarumque rectores aut ad urbis magistratus plerumque mittebat, prout quique monitione indigerent. etiam libros totos et senatui recitauit et populo notos per edictum saepe fecit, ut orationes Q. Metelli de

4 *cf. Isid. orig. I 24,2 (Suet. rel. p. 137 R.)* Caesar quoque Augustus ad filium: quoniam, inquit, innumerabilia incidunt assidue quae scribi ad alterutrum oporteat et esse secreta, inter nos habeamus notas si uis tales, ut cum aliquid notis scribendum erit, pro unaquaque littera scribamus sequentem hoc modo: pro A B, pro B C et deinceps eadem ratione ceteras; pro X autem littera redeundum erit ad duplex A (a a *Gud.*).

3 ixi] xi *G*, it *V* 4 B·PRO·Λ·C· pro ḥac *M*, R· pro A·C· pro b; ac *V* 6 duplex a. a. *H* 7 disciplinā in leuiori *G* 11 etiam *om. G* sperarei *MGVT*, *om. X* (*ss.* L^3, replet'y L^1, repletus in ð), *corr. Salmasius* 12 contibernium (contintib- *V*) *MVL*^{1} (*uix ita Suet.*), contubernio *ΠR* iniit *post* contubernium *add. X* 13 ut alloqueretur *V* 15 dabat, sed plane. *distinguunt Bentley et Madvig* dein *post* imperitus *ad l. V* 19 priuatum *M* ad (*post* aut) *om. G*, a *V* 20 *prius* ad *om. LPS* exercituum *GL*^{3}*N*, exercitum *MX'T* (*sic Suet.?*) 23 orationesque (-q: *M*, -quae *ΠR*) *MVT*, orationeq; *G*, orationes *X*, *corr.* ς

prole augenda et Rutili de modo aedificiorum, quo magis persuaderet utramque rem non a se primo animaduersam, sed antiquis iam tunc curae fuisse.

3 Ingenia saeculi sui omnibus modis fouit. recitantis et benigne et patienter audiit, nec tantum carmina et historias, sed et orationes et dialogos. componi tamen aliquid de se nisi et serio et a praestantissimis offendebatur, admonebatque praetores ne paterentur nomen suum commissionibus obsolefieri.

90 Circa religiones talem accepimus. tonitrua et fulgura paulo infirmius expauescebat, ut semper et ubique pellem uituli marini circumferret pro remedio atque ad omnem maioris tempestatis suspicionem in abditum et concamaratum locum se reciperet, consternatus olim per nocturnum iter transcursu fulguris, ut praediximus ⟨*cap. 29*⟩.

91 Somnia neque sua neque aliena de se neglegebat. Philippensi acie quamuis statuisset non egredi tabernaculo propter ualitudinem, egressus est tamen amici somnio monitus; cessitque res prospere, quando captis castris lectica eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. ipse per omne uer plurima et formidulosissima et uana et irrita uidebat, reliquo tempore rariora et
2 minus uana. cum dedicatam in Capitolio aedem Tonanti Ioui assidue frequentaret, somniauit queri Capitolinum Iouem cultores sibi abduci seque respondisse Tonantem pro ianitore ei appositum; ideoque mox tintinnabulis fastigium aedis redimiit, quod ea fere ianuis dependebant. ex nocturno uisu etiam

---

4 *Victor Caes. 1, 5* doctorum, qui abunde erant, necessariorumque percultor. 10 *id. 1, 5* cum ... religionibus mire attineretur. *cf. Einhard. 26* (*coll. Aug. 93 p. 107, 17*)

---

1 domo *G¹V*, *corr. G³* 2 a] ad *M*. ab *Roth* (non a se primo *om. T*) 4 modis omnibus *GN* 11 infirmus *G* 13 concameratum *GXTN* 16 desegne legebat *V*, negligebat de se *G* 18 est *om. G* 21 est. ipse *T′P²* (est item ς), ipse ēi *M* (*sic m. 1 ut uid.*), ipse ē *G*, ipse et *V*, ipse *LP¹δ* formidolosissima *M²LT′* (*cf. Nero 6*) 22 ut uana *Modd.* inritanda *V* 23 populus *post* Ioui *suppl. Madvig* (*aut scribendum censet* cum dedicata ... aedes ... frequentaretur), uolgus *Mähly*, ciuitas *Bücheler* (*cf. Dio 54, 4*) 24 frequentarent *B.-Crus.* 26 redimit (rede- *P*) *LPT* 27 dependeant *Bentley*

stipem quotannis die certo emendicabat a populo cauam manum asses porrigentibus praebens.

Auspicia et omina quaedam pro certissimis obseruabat: 92
si mane sibi calceus perperam ac sinister pro dextro induceretur, ut dirum; si terra mariue ingrediente se longinquam profectionem forte rorasset, ut laetum maturique et prosperi reditus. sed et ostentis praecipue mouebatur. enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in conpluuium deorum Penatium transtulit, utque coalesceret magno opere curauit. apud insulam Capreas ueterrimae ilicis demissos 2
iam ad terram languentisque ramos conualuisse aduentu suo, adeo laetatus est, ut eas cum re p. Neapolitanorum permutauerit Aenaria data. obseruabat et dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur aut Nonis quicquam rei seriae incoharet; nihil in hoc quidem aliud deuitans, ut ad Tiberium scribit, quam *δυσφημίαν* nominis.

Peregrinarum caerimoniarum sicut ueteres ac praeceptas 93
reuerentissime coluit, ita ceteras contemptui habuit. namque Athenis initiatus, cum postea Romae pro tribunali de priuilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret et quaedam secretiora proponerentur, dimisso consilio et corona circumstantium solus audiit disceptantes. at contra non modo in peragranda Aegypto paulo deflectere ad uisendum Apin supersedit, sed et Gaium nepotem, quod Iudaeam praeteruehens apud Hierosolyma[m] non supplicasset, conlaudauit.

Et quoniam ad haec uentum est, non ab re fuerit sub- 94
texere, quae ei prius quam nasceretur et ipso natali die ac

24 *Oros. VII 3, 4sq.* Gaium nepotem suum Caesar Augustus ad ordinandas Aegypti Syriaeque prouincias misit. qui praeteriens ab Aegypto fines Palaestinae apud Hierosolymam in templo dei tunc sancto et celebri adorare contempsit, sicut Suetonius Tranquillus refert. quod Augustus ubi per eum comperit, prauo usus iudicio prudenter fecisse laudauit.

1 a] e *M*   7 et *om.* ς   ea natam *M*[1], eo ut natam *M*[2]   10 dimissos *MG*   12 eas (o superscr.) *M δ* (o *ss. M*[2]), eam *Bentley*   re *om. V*   13 aeniaria (elna- *S*) *X*   15 quidē in *M*   16 quam *om. hoc loco X'*   ΔYCΦЄΛΛΙΔΝ *M et sim. rel.* (Є *omnes praeter Π*), quam dubitationem *add. S et sic ss. in VLP*   17 receptas *Beroald.*, p(opulo) R. receptas (*uel* acceptas) *Oud.*   21 concilio *ΠRP*[2]*ST*   22 audiuit *G*   25 Hierosolyma *Burm.*

deinceps euenerint, quibus futura magnitudo eius et perpetua felicitas sperari animaduertique posset.

2 Velitris antiquitus tacta de caelo parte muri responsum est eius oppidi ciuem quandoque rerum potiturum; qua fiducia Veliterni et tunc statim et postea saepius paene ad exitium sui cum populo R. belligerauerant; sero tandem documentis apparuit ostentum illud Augusti potentiam portendisse.

3 Auctor est Iulius Marathus, ante paucos quam nasceretur menses prodigium Romae factum publice, quo denuntiabatur, regem p(opulo) R(omano) naturam parturire; senatum exterritum censuisse, ne quis illo anno genitus educaretur; eos qui grauidas uxores haberent, quod ad se quisque spem traheret, curasse ne senatus consultum ad aerarium deferretur.

4 In Asclepiadis Mendetis Theologumenon libris lego, Atiam, cum ad sollemne Apollinis sacrum media nocte uenisset, posita in templo lectica, dum ceterae matronae dormirent, obdormisse; draconem repente irrepsisse ad eam pauloque post egressum; illam expergefactam quasi a concubitu mariti purificasse se; et statim in corpore eius extitisse maculam uelut picti draconis nec potuisse umquam exigi, adeo ut mox publicis balineis perpetuo abstinuerit; Augustum natum mense decimo et ob hoc Apollinis filium existimatum. eadem Atia, prius quam pareret, somniauit intestina sua ferri ad sidera explicarique per omnem terrarum et caeli ambitum. somniauit et pater Octauius utero Atiae iubar solis exortum.

5 Quo natus est die, cum de Catilinae coniuratione ageretur in curia et Octauius ob uxoris puerperium serius affuisset, nota ac uulgata res est P. Nigidium comperta morae causa, ut horam quoque partus acceperit, affirmasse dominum terra-

29 (*cf. l.* 3 *et* 10) *Seru. Verg. Aen. VI 798* huius (*Augusti*) in ad-

2 superari *G* possit *Q* 4 est *om. MGVδ* eius *om.* LP^1S oppidi *om. V* 6 suum *V* belligerauerunt *X* 10 populi romani *soluit Q*, $\overset{\circ}{\text{p}}$. $\overset{\circ}{\text{R}}$ S^2 12 habent quod a se *G* 14 theulog- *M* 16 et *post* uenisset *add. M* dormirent | domum irent *Graevius* (dormitum domum irent *M. Hertz*), ad aram irent *Heinsius*, conuenirent *Bentley* (*Ernesti*), coirent *Madvig*, obirent (*sc. sacrum*) *Modd.*, ⟨domi⟩ dormirent *Wissowa*, adorarent *Bücheler* 19 marito *M* 20 ueluti ς eximi *X* 21 balneis $GX'\Pi$ 24 terrarum *GT*, terram (teram *S*) *MX'*

rum orbi natum. Octauio postea, cum per secreta Thraciae exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara caerimonia de filio consulenti, idem affirmatum est a sacerdotibus, quod infuso super altaria mero tantum flammae emicuisset, ut supergressa fastigium templi ad caelum usque ferretur, unique omnino Magno Alexandro apud easdem aras sacrificanti simile prouenisset ostentum. atque etiam sequenti statim nocte ui- 6
dere uisus est filium mortali specie ampliorem, cum fulmine et sceptro exuuiisque Iouis Optimi Maximi ac radiata corona, super laureatum currum, bis senis equis candore eximio trahentibus. infans adhuc, ut scriptum apud C. Drusum extat, repositus uespere in cunas a nutricula loco plano, postera luce non comparuit diuque quaesitus tandem in altissima turri repertus est iacens contra solis exortum.

Cum primum fari coepisset, in auito suburbano obstre- 7
pentis forte ranas silere iussit, atque ex eo negantur ibi ranae coaxare. ad quartum lapidem Campanae uiae in nemore prandenti ex inprouiso aquila panem ei e manu rapuit et, cum altissime euolasset, rursus ex inprouiso leniter delapsa reddidit.

Q. Catulus post dedicatum Capitolium duabus continuis 8
noctibus somniauit: prima, Iouem Optimum Maximum e praetextatis compluribus circum aram ludentibus unum secreuisse atque in eius sinum signum rei p. quod manu gestaret reposuisse; at insequenti, animaduertisse se in gremio Capitolini Iouis

---

uentum iam nunc et Caspia regna responsis horrent diuum] quod autem dicit uerum est: nam et Suetonius ait in uita Caesarum (Caesaris *cod. Regin., Stephanus et Daniel*), responsa esse data per totum orbem nasci inuictum imperatorem.

---

4 altari *R* flamma *Modd. fort. recte* 5 olimque *X* 6 sacrificante *MG* 7 prouenisse *Bentley* 9 exubiisque (exc- *V*) *MGVR* 11 C.] Caesarem *Müller apud B.-Crusium* 12 cuna *V* 15 auitu (-tii *G*) *MGLP*[1], auita *S* 22 e] ex *S*, *om. Υ* 24 in eius sinum (sinum eius *LPOT*) signum *XΥ*, in eius signum *MGVδ* ("sinu *ad* 'signū *in marg. adscr. M*[2]), in eius sinum *Bentley* (*Roth*) rei p. quod *X*, rei p. (R P· *G*) quam (qua *V*) *MGVΥ*, rem p. quam δ (*Bentley, Roth*), Romae quod *Lipsius* (*εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης Dio 45, 2*) reposuisset *V*, respondisse *G* (spondis *del. m. 1 at non corr.*) 25 ad *G*, atque *Υ* se *om. G*

eundem puerum, quem cum detrahi iussisset, prohibitum monitu dei, tamquam is ad tutelam rei p. educaretur; ac die proximo obuium sibi Augustum, cum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus simillimum dixit puero, de quo somniasset. quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Iuppiter compluribus praetextatis tutorem a se poscentibus unum ex eius demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent, eiusque osculum delibatum digitis ad os suum ret⟨t⟩ulisset.

9 M. Cicero C. Caesarem in Capitolium prosecutus somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum facie liberali demissum e caelo catena aurea ad fores Capitoli constitisse eique Iouem flagellum tradidisse; deinde repente Augusto uiso, quem ignotum plerisque adhuc auunculus Caesar ad sacrificandum acciuerat, affirmauit ipsum esse, cuius imago secundum quietem sibi obuersata sit.

10 Sumenti uirilem togam tunica lati claui resuta ex utraque parte ad pedes decidit. fuerunt qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo cuius insigne id esset quandoque ei subiceretur.

11 Apud Mundam Diuus Iulius castris locum capiens cum siluam caederet, arborem palmae repertam conseruari ut omen uictoriae iussit; ex ea continuo enata suboles adeo in paucis diebus adoleuit, ut non aequipararet modo matricem, uerum et obtegeret frequentareturque columbarum nidis, quamuis id auium genus duram et asperam frondem maxime uitet. illo et praecipue ostento motum Caesarem ferunt, ne quem alium sibi succedere quam sororis nepotem uellet.

12 In secessu Apolloniae Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa ascenderat; cum Agrippae, qui prior consulebat, magna et paene incredibilia praedicerentur, reticere ipse genituram suam nec uelle edere perseuerabat, metu ac

2 tulam *M*[1], titulam *V* 4 murmuratione *V* 5 Taliter (T *rubr.*) *G* 8 dicitis *V*, dictis *G* 12 demissum *Tδ*, demissa *M* (*corr. ex* demisso *m. 1*) *X*, demisso *GV* e *om. G* 14 uisoq; magno tum *G* 16 obseruata *X'ε* (*in M* uers *in ras. m. 1*) 17 laticlauia *Graevius* resoluta *Halbertsma* 19 significari *Stephanus* 29 successu *M*, secessum *X* per tegulam *X* 30 Agrippa ascenderat cum *om. V*

pudore ne minor inueniretur. qua tamen post multas adhortationes uix et cunctanter edita exiliuit Theogenes adorauitque eum. tantam mox fiduciam fati Augustus habuit, ut thema suum uulgauerit nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percusserit.

95 Post necem Caesaris reuerso ab Apollonia et ingrediente eo urbem repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit ac subinde Iuliae Caesaris filiae monimentum fulmine ictum est. primo autem consulatu et augurium capienti duodecim se uultures ut Romulo ostenderunt et immolanti omnium uictimarum iocinera replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt, nemine peritorum aliter coiectante quam laeta per haec et magna portendi.

96 Quin et bellorum omnium euentus ante praesensit. contractis ad Bononiam triumuirorum copiis aquila tentorio eius supersedens duos coruos hinc et inde infestantis afflixit et ad terram dedit, notante omni exercitu futuram quandoque inter collegas discordiam talem qualis secuta est, at⟨que⟩ exitum praesagiente. ⟨. . .⟩ Philippo⟨s⟩ Thessalus quidam de futura uictoria nuntiauit auctore Diuo Caesare, cuius sibi species itinere auio occurrisset.

2 Circa Perusiam sacrificio non litanti cum augeri hostias imperasset ac subita eruptione hostes omnem rei diuinae apparatum abstulissent, constitit inter haruspices, quae periculosa et aduersa sacrificanti denuntiata essent, cuncta in ipsos recasura qui exta haberent; neque aliter euenit. pridie quam Siciliensem pugnam classe committeret, deambulanti in

6 *Oros. VI 20, 5* nam cum primum C. Caesare auunculo suo interfecto ex Apollonia rediens urbem ingrederetur, hora circiter tertia repente liquido ac puro sereno circulus ad speciem caelestis arcus orbem solis ambiit.

2 exiluit *VLPΠQ*, -liit *R* (*cf. p. 112, 1*) 7 circulo . . . cęlesti *G* 10 et] ei *Υ* (consulatus die *Bentley*) 12 ⟨ap⟩paruerunt *Bentley, Madvig* (ϛ?) 18 atque exitum *Torr.*, at (ad *G*) exitum (exercitum *V*) *Ω*, et exitum *Roth* 19 *lacunam statuit Boot, explens* eunti (accedenti *uel* proficiscenti *Bücheler*) *et tum* Philippo⟨s⟩, in Philippis *uulg.* (*ed. Paris. a. 1509*), Philippis *ed. Iunt. 1510 al.*, apud Philippos *Salmasius* quidem *G*, quiddam *S* 20 futuram uictoriam *Boot* 22 litanti M^2, litati M^1*G*, litato *X′δ*, litante *Υ* (*uulg.*)

litore piscis e mari exiliuit et ad pedes iacuit. apud Actium descendenti in aciem asellus cum asinario occurrit: homini Eutychus, bestiae Nicon erat nomen; utriusque simulacrum aeneum uictor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum uertit.

97 Mors quoque eius, de qua dehinc dicam, diuinitasque post mortem euidentissimis ostentis praecognita est. cum lustrum in campo Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum saepius circumuolauit transgressaque in uicinam aedem super nomen Agrippae ad primam litteram sedit; quo animaduerso uota, quae in proximum lustrum suscipi mos est, collegam suum Tiberium nuncupare iussit: nam se, quanquam conscriptis paratisque iam tabulis, negauit suscepturum
2 quae non esset soluturus. sub idem tempus ictu fulminis ex inscriptione statuae eius prima nominis littera effluxit; responsum est, centum solos dies posthac uicturum, quem numerum C littera notaret, futurumque ut inter deos referretur, quod aesar, id est reliqua pars e Caesaris nomine, Etrusca lingua deus uocaretur.

3 Tiberium igitur in Illyricum dimissurus et Beneuentum usque prosecuturus, cum interpellatores aliis atque aliis causis in iure dicendo detinerent, exclamauit, quod et ipsum mox inter omina relatum est: n o n, s i o m n i a m o r a r e n t u r, a m p l i u s s e p o s t h a c R o m a e f u t u r u m; atque itinere incohato Asturam perrexit et inde praeter consuetudinem de nocte ad occasionem aurae euectus causam ualitudinis contraxit ex
98 profluuio alui. tunc Campaniae ora proximisque insulis circuitis Caprearum quoque secessui quadriduum impendit remississimo ad otium et ad omnem comitatem animo.

2 Forte Puteolanum sinum praeteruehenti uectores nautaeque de naui Alexandrina, quae tantum quod appulerat, can-

6 sqq. *cf. Einhard.* 32 (*coll. Iul.* 81 *et Cal* 57)

1 exiluit $VLP^2\Pi Q$ (*cf. p.* 111,2) 6 hinc Π^1 (*Roth*), ^de^hinc *M* (de *ss. m. antiqua*) 9 circumuolitauit *POST* 15 affluxit *M* 17 enotaret *M*, denotaret *Bücheler* ut *om.* M^1G 18 id est — nomine *suspecta Burmanno del. Polak* e *om.* M^1S^1T, a *G* 22 tenerent *G* 23 omina — si *om. V* omnia] omina *PT* (*Kraffert*) 24 in itinere *MGVδ* 26 aurea aurę *M* (aureę uectus *V*) ex *om. T* 27 aluei *G* 28 quatriduum *XT* 29 comitatum GL^1 31 *an hic quoque* naue?

didati coronatique et tura libantes fausta omina et eximias laudes congesserant: per illum se uiuere, per illum nauigare, libertate atque fortunis per illum frui. qua re admodum exhilaratus quadragenos aureos comitibus diuisit iusque iurandum et cautionem exegit a singulis, non alio datam summam quam in emptionem Alexandrinarum mercium absumpturos. sed et ceteros continuos dies inter uaria mu- 3
nuscula togas insuper ac pallia distribuit, lege proposita ut Romani Graeco, Graeci Romano habitu et sermone uterentur. spectauit assidue exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex uetere instituto Capreis erat; isdem etiam epulum in conspectu suo praebuit permissa, immo exacta iocandi licentia diripiendique pomorum et obsoniorum rerumque ⟨. . .⟩ missilia. nullo denique genere hilaritatis abstinuit.

Vicinam Capreis insulam Apragopolim appellabat a de- 4
sidia secedentium illuc e comitatu suo. sed ex dilectis unum, Masgabar nomine, quasi conditorem insulae *κτίστην* uocare consueuerat. huius Masgabae ante annum defuncti tumulum cum e triclinio animaduertisset magna turba multisque luminibus frequentari, uersum compositum ex tempore clare pronuntiauit:

κτίστου δὲ τύμβον εἰσορῶ πυρούμενον·

conuersusque ad Thrasyl⟨l⟩um Tiberi comitem contra accu-

15 *Schol. Iuu. 10, 93* de qua insula (*Capreis*) Augustus *ἀπραγόπολιν* dixit, quod ibi esset otii locus, ut ait Suetonius.

1 thura *GXT* et *om. MGVLP¹S, inde* ⟨super⟩ fausta omina eximias *coni. Bentley coll. Cal. 13*, eximias⟨que⟩ *Politianus nescio an melius* 2 per illum nauigare *om. G* 3 fortitudinis *G* 5 iussitque *G*, ius *VS* a *om. V* 6 ineptionem *MGQ* (*corr. G³*) 10 assidue et *GTδ* 11 ueteri *G* 12 permisso *G* 14 missilia (missia *R*) *MGT*, missilium *X'* (*uulg.*), ⟨similium⟩ missilia *Oud.*, ⟨omnium⟩ m. *C. F. W. Müller*, ⟨omne genus⟩ m. *Polak* (*cf. Cal. 18 Ner. 11 Dom. 4*) genera *M* 15 Capreas *Torr.* appellarat *Bentley* 16 sedentium *G* e] et *G*, eo *V* ex] et ex *Bentley* 17 *κτίστην om. PT*, conditam *ss. in VL* 18 consuerat *M²GLT* 22 *super graeca* (KTICOY *M*, TYMBON *codd. praeter V*, ЄICOPωC *VLS*. ΠYPOMЄNON *M*) creantis tumulum in monte (*uel* montem) ignitum *scriptum fuit in exemplari, unde fluxerunt VLS* (creantis *om. V*, *pro* in monte *est* manentem *in L*, innocentem *in V*) 23 conuersus *V*

bantem et ignarum rei interrogauit, cuiusnam poetae putaret esse; quo haesitante subiecit alium:

ὁρᾷς φάεσσι Μασγάβαν τιμώμενον;

ac de hoc quoque consuluit. cum ille nihil aliud responderet quam, cuiuscumque essent optimos esse, cachinnum sustulit atque in iocos effusus est. mox Neapolim traiecit quanquam etiam tum infirmis intestinis morbo uariante; tamen et quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectauit et cum Tiberio ad destinatum locum contendit. sed in redeundo adgrauata ualitudine tandem Nolae succubuit reuocatumque ex itinere Tiberium diu secreto sermone detinuit neque post ulli maiori negotio animum accommodauit.

99 Supremo die identidem exquirens, an iam de se tumultus foris esset, petito speculo capillum sibi comi ac malas labantes corrigi praecepit et admissos amicos percontatus, ecquid iis uideretur mi[ni]mum uitae commode transegisse, adiecit et clausulam ⟨*com. Att. frg. III p. 544 n. 771*⟩:

ἐπεὶ δὲ πάνυ κα⟨λ⟩ῶς πέπαισται, δότε κρότον
καὶ πάντες ἡμᾶς μετὰ χαρᾶς προπέμψατε.

---

10 *Victor. Caes. 1, 2* morbo Nolae consumptus. *Epit. 1, 26* (*u. ad p. 115, 11*)

---

1 cuius iam *G* putaret *Υ*, putarit (-uerit *S*) *rel.* 2 quod *V* 3 *ss.* uides certe ı n. sepultum *in VLS* 4 ac de] adde *MQ* 7 intestinis; morbo uariante tamen *disting. Modd.* 8 suo *corr. ex* sui (*m. 1 ut uid.*) *M*, sui *Bentley* 14 labentes *GP* (*in P corr. m. 1*), albentes *Kraffert* 15 et *GΥδ*, *om. MX'* (*in V sequitur* amissos) percunctatus *X* hęcquid (hec- *δ*) *Mδ*, et quid *rel.* (et *expunctum in L*), *corr. edd. uet.* 16 eis *G*, his *ΥΤ*, hiis *LS* minimum *Ω*, nimium *edd. pleraeque uet.*, *corr. P*[2] (*Beroaldus*) 17 et *del. Bentley* 18 ЄTCIΔЄTIΑΧΟΙΚΑωCΤΟΤΙΑΙCΝΙΟΔΟΤЄΚΡΟΤΟΝ *M et similiter reliqui, nisi quod initio* ЄTICI *dant GVLPOSR*, ЄTIC *T*, ЄTC *ΠQ*; *tum* ΠΑΙCΝΙΟ *VL*, ΠΑΙCΝΟΙΟ *S*; *ss.* postulet autem date plausum *in VLS* (*post* autem *nescio quid erasum in S*): *trimetrum supra positum effecit Bücheler, εἰ δὲ πᾶν ἔχει καλῶς τῷ παιγνίῳ δότε κρότον Turnebus, ἐπεὶ δ' ἔχει* (*uel δὲ σχοῖ*) *τέλος τὸ παίγνιον δ. κ. Bentley, εἰ δέ τι ἔχοι καλῶς τὸ παίγνιον κρότον δότε Roth* 19 *καὶ πάντες*] ΚΑΠΙΑΝΤЄC (-HC *Π*) *MGPΠR*, ΚΑΠΑΝΤΗ *Q*, ΚΙΑΠΙΑΝΤЄC *et ss.* et omnes *VLS* (omnes *om. V*) ЄΜΑC *MQ*, *ss.* uos *in VLS*, *ὑμεῖς Erasmus* ΜЄΤΑΑΑΡΑC (C *om. L*) *et ss.* cum gaudio *VLS*, ΜCΤΑΧΡΑC *G* *προπέμψατε Bentley et Roth*, ΤΙΠΟΠΑΙΨΑΤЄ *M*, ΤΙΡΟΠΑΙΨΑΤЄ (ΤΙ *om. Π*, ΤΨ *pro* ΙΨ *in PT*) *GΥPT*, ΤΙΠΑΙΨΑΤЄ *et ss.* aliquid facite *VLS*, *κτυπήσατε Erasmus*, *ποππύσατε Turnebus*

omnibus deinde dimissis, dum aduenientes ab urbe de Drusi
filia aegra interrogat, repente in osculis Liuiae et in hac uoce
defecit: Liuia, nostri coniugii memor uiue, ac uale!
sortitus exitum facilem et qualem semper optauerat. nam 2
fere quotiens audisset cito ac nullo cruciatu defunctum quem-
piam, sibi et suis εὐθανασίαν similem — hoc enim et uerbo
uti solebat — precabatur. unum omnino ante efflatam ani-
mam signum alienatae mentis ostendit, quod subito pauefactus
a quadraginta se iuuenibus abripi questus est. id quoque
magis praesagium quam mentis deminutio fuit, siquidem toti-
dem milites praetoriani extulerunt eum in publicum. obiit **100**
in cubiculo eodem, quo pater Octauius, duobus Sextis, Pom-
peio et Ap<p>uleio, cons. XIIII. Kal. Septemb. hora diei nona, a. 14 p. C.
septuagesimo et sexto aetatis anno, diebus V et XXX minus.

Corpus decuriones municipiorum et coloniarum a Nola 2
Bouillas usque deportarunt noctibus propter anni tempus,
cum interdiu in basilica cuiusque oppidi uel in aedium sacra-
rum maxima reponeretur. a Bouillis equester ordo suscepit
urbique intulit atque in uestibulo domus conlocauit. senatus
et in funere ornando et in memoria honoranda eo studio cer-
tatim progressus est, ut inter alia complura censuerint qui-
dam, funus triumphali porta ducendum, praecedente Victoria
quae est in curia, canentibus neniam principum liberis utrius-
que sexus; alii, exequiarum die ponendos anulos aureos fer-
reosque sumendos; nonnulli, ossa legenda per sacerdotes
summorum collegiorum. fuit et qui suaderet, appellationem 3
mensis Augusti in Septembrem transferendam, quod hoc ge-
nitus Augustus, illo defunctus esset; alius, ut omne tempus
a primo die natali ad exitum eius saeculum Augustum appel-

11 *Eutrop. VII 8, 4* obiit ... septuagesimo sexto anno morte communi. *Epit. 1, 26* annos septem et septuaginta ingressus Nolae morbo interiit (*cf. p. 114, 10*).

1 ab urbe $L^3S^2\varepsilon$ (*in hoc ss.* ǂ ad urbem), ad urbem *Ω* (*sic etiam* Π^1, ab urbe *corr. m. 2, at postea restituta prima lectio*) 2 interrogabat *Υ* 3 coniugi *Roth* 5 fero *M* 6 ЄΙΤΑΝΑCΙΑΝ *M*, ЄΥΤ- *rel., ss.* bonam mortem *in H*, bonum exitum *in VLS* 7 afflatam *M* 10 p̄sag(i)um *M*, *inde* praesagum *Bentley* diminutio *GXR* 14 quinque et triginta *GVSQ* (quinque *etiam LP*) 17 inaedia *M*, inedia *G*, in ęde *ΠQδ* 20 studi *Polak* 22 p̄cedenti *G* 29 natalis *GΥ*

laretur et ita in fastos referretur. uerum adhibito honoribus modo bifariam laudatus est: pro aede Diui Iuli a Tiberio et pro rostris ueteribus a Druso Tiberi filio, ac senatorum ume-
4 ris delatus in Campum crematusque. nec defuit uir praetorius, qui se effigiem cremati euntem in caelum uidisse iuraret. reliquias legerunt primores equestris ordinis tunicati et discincti pedibusque nudis ac Mausoleo condiderunt. id opus inter Flaminiam uiam ripamque Tiberis sexto suo consulatu extruxerat circumiectasque siluas et ambulationes in usum populi iam tum publicarat.

101 Testamentum L. Planco C. Silio cons. III. Non. Apriles, a. 13 p. C.
ante annum et quattuor menses quam decederet, factum ab eo ac duobus codicibus partim ipsius partim libertorum Polybi et Hilarionis manu scriptum depositumque apud se uirgines Vestales cum tribus signatis aeque uoluminibus protulerunt. quae omnia in senatu aperta atque recitata sunt.
2 heredes instituit primos: Tiberium ex parte dimidia et sextante, Liuiam ex parte tertia, quos et ferre nomen suum iussit; secundos: Drusum Tiberi filium ex triente, ex partibus reliquis Germanicum liberosque eius tres sexus uirilis; tertio gradu propinquos amicosque compluris. legauit populo R. quadringenties, tribubus tricies quinquies sestertium, praetorianis militibus singula milia nummorum, cohortibus urbanis quingenos, legionaris trecenos nummos; quam summam repraesentari iussit, nam et confiscatam semper repositamque
3 habuerat. reliqua legata uarie dedit perduxitque quaedam ad uicena sestertia, quibus soluendis annuum diem finiit, excusata rei familiaris mediocritate nec plus peruenturum ad heredes suos quam milies et quingenties professus, quamuis

4 *Eutrop. VII 8, 4* Romae in campo Martio sepultus est, uir qui non inmerito ex maxima parte deo similis est putatus.

1 falsos *G* 2 modo *om. Υ* 3 ⟨sub⟩ ueteribus *Egnatius* 4 crematisque *G*, crematusque est *S*, crematus est *Stephanus* 11 aprilis *GXΥ* 14 se *om. V*, sex ς 17 sextante *Υ et in marg. V*, sextam *MGX'*, sexta *Cuiacius* (*cf. Tib. 23*) 18 quos et] quo *G* 22 quadrigenties *MGVR* (*recte g*) tribulibus *Lipsius* quinques *MGV*, (*recte g*), quinque *X* 26 perduxit *G*, produxitque *Π*ς *et fere edd.* 27 uicies sestertium *Perizonius* 28 plus *om. G*

uiginti proximis annis quaterdecies milies ex testamentis amicorum percepisset, quod paene omne cum duobus paternis patrimoniis ceterisque hereditatibus in rem p. absumpsisset. Iulias filiam neptemque, si quid iis accidisset, uetuit sepulcro
suo inferri. tribus uoluminibus, uno mandata de funere suo 4
complexus est, altero indicem rerum a se gestarum, quem uellet incidi in aeneis tabulis, quae ante Mausoleum statuerentur, tertio breuiarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniae in aerario et fiscis et uectigaliorum residuis. adiecit et libertorum seruorumque nomina, a quibus ratio exigi posset.

4 iuliam *G* et *post* uetuit *add. V* 5 De tribus *T* 7 in *om. GT* (*in G praecedit* in dici) altero *post* tabulis *add. V* quem *MG* 9 esset *ΠRS²T*, essent *rel.* (*uix ita Suet.*) uicis *G*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesar (caesarum *V*) diuus aug. explic. (august' explicit *V*) incipit tiberius feliciter *MV et sim. GΠR, in quibus add.* liber tertius (feliciter *om. ΠR*) diuus augustus explicit. incipit tiberius liber tercius feliciter *Q* explicit liber secundus. incipit de tiberio lib. III *L et sim. T* explicit l. II. incipit tertius *S* *nulla subscr. in P*









C. SVETONI TRANQVILLI

DE VITA CAESARVM

LIBER III

TIBERIVS

1 Patricia gens Claudia — fuit enim et alia plebeia, nec potentia minor nec dignitate — orta est ex Regillis oppido Sabinorum. inde Romam recens conditam cum magna clientium manu commigrauit auctore Tito Tatio consorte Romuli, uel, quod magis constat, Atta Claudio gentis principe, post reges exactos sexto fere anno; atque in patricias cooptata agrum insuper trans Anienem clientibus locumque sibi ad

3 regens *MGδ* (*in G corr. m. antiqua*), recenter L^2 5 Atta] tatio (-cio) *T* 6 atque] a patribus *T'*, atque a patribus P^2 patricios *ΠQ* coaptata *Ω*, *corr. in ς* (*ε teste Preud'hommio*) *ed. Ven. I* 7 enienem *V*, amnem *G* lucumque *T*

sepulturam sub Capitolio publice accepit. deinceps procedente 2
tempore duodetriginta consulatus, dictaturas quinque, censuras septem, triumphos sex, duas ouationes adepta est. cum praenominibus cognominibusque uariis distingueretur, Luci praenomen consensu repudiauit, postquam e duobus gentilibus praeditis eo alter latrocinii, caedis alter conuictus est. inter cognomina autem et Neronis assumpsit, quo[d] significatur lingua Sabina fortis ac strenuus.

Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam 2
sequius admissa in rem p. extant. sed ut praecipua commemorem, Appius Caecus societatem cum rege Pyrro ut parum salubrem iniri dissuasit. Claudius Caudex primus freto classe traiecto Poenos Sicilia expulit. †Tibus Nero aduenientem ex Hispania cum ingentibus copiis Hasdrubalem, prius quam Hannibali fratri coniungeretur, oppressit. contra Claudius 2
Regillianus, decemuir legibus scribendis, uirginem ingenuam per uim libidinis gratia in seruitutem asserere conatus causa plebi fuit secedendi rursus a patribus. Claudius †Drusus statua sibi diademata ad Appi Forum posita Italiam per clientelas occupare temptauit. Claudius Pulcher apud Siciliam non pascentibus in auspicando pullis ac per contemptum religionis mari demersis, quasi ut *biberent quando esse nollent*, proelium nauale iniit; superatusque, cum dictatorem dicere a senatu iuberetur, uelut iterum inludens discrimini publico Glycian uiatorem suum dixit.

Extant et feminarum exempla diuersa aeque, siquidem 3
gentis eiusdem utraque Claudia fuit, et quae nauem cum sacris

---

2 xxii *Mommsen* 3 sex] vi *RT*, septem *edd. Rom.* 7 quo ς (*Beroald.*) 10 setius *VP*, serius *L*, secus Π^2*ST* 11 pyrrho *VR* 12 Caudex] claudus *ΠQ et pro u. l. R* 13 poenas *M*, penes (*et tum* siciliã) *G* expuli M^1, t *ss. m. 2* tibus *M* (Tib. *Roth*), tybus G^1*δ*, Tybus G^2*g*, Tibĩ. *V*, Tibius *P*, Tybius *S*, Tiberius (*per compend.*) *TLT*, Claudius *uulg.* (*ed. Bonon. 1488*); *cf. Herm. 36 p. 303* 14 hasdribalem *MG*, hastribabem Q^1, hastrubalem (astr- *Π*) *ΠR*S^1 15 annibali *MT* (*Roth*) appius (api- *Π*) *post* Claudius *add. T* (*uulg.*) 16 regillanus ς (*edd. Rom. Ven. I, uulg.*) 18 drus*us (i *erasa?*) *M*, Rusus *Fruin* (*potius* Russus, *cf. Herm. 36 p. 303*), Crassus *O. Hirschfeld* (Caecus rursus *olim Mommsen*) 19 cum diademate *T'*P^2 22 demersit *G* 25 Glycian *Salmasius* (Gliciam *Sigonius*, Glician *Roth*), ilycian (yli- *GPS*, ilicy- *Π*, ili- *R*, illi- *T*, *terminatio* -am *LST*) *Ω* 27 nauim *G*

Matris deum Idaeae obhaerentem Tiberino uado extraxit, precata propalam, ut ita demum se sequeretur, si sibi pudicitia constaret; et quae nouo more iudicium maiestatis apud populum mulier subiit, quod in conferta multitudine aegre procedente carpento palam optauerat, ut frater suus Pulcher reuiuisceret atque iterum classem amitteret, quo
4 minor turba Romae foret. praeterea notatissimum est, Claudios omnis, excepto dum taxat P. Clodio, qui ob expellendum urbe Ciceronem plebeio homini atque etiam natu minori in adoptionem se dedit, optimates adsertoresque unicos dignitatis ac potentiae patriciorum semper fuisse atque aduersus plebem adeo uiolentos et contumaces, ut ne capitis quidem quisquam reus apud populum mutare uestem aut deprecari sustinuerit; nonnulli in altercatione et iurgio tribunos plebi pulsauerint. etiam uirgo Vestalis fratrem iniussu populi triumphantem ascenso simul curru usque in Capitolium prosecuta est, ne uetare aut intercedere fas cuiquam tribunorum esset.

3 Ex hac stirpe Tiberius Caesar genus trahit e⟨t⟩ quidem utrumque: paternum a Tiberio Nerone, maternum ab Appio Pulchro, qui ambo Appi Caeci filii fuerunt. insertus est et Liuiorum familiae adoptato in eam materno auo. quae familia, quanquam plebeia, tamen et ipsa admodum floruit octo consulatibus, censuris duabus, triumphis tribus, dictatura etiam ac magisterio equitum honorata; clara et insignibus
2 uiris ac maxime Salinatore Drusisque. Salinator uniuersas tribus in censura notauit leuitatis nomine, quod, cum se post priorem consulatum multa inrogata condemnassent, consulem iterum censoremque fecissent. Drusus hostium duce Drauso

1 uado] uelo *G* 6 reuiuesceret *MV* (*Roth*) classim *G* 7 notissimum ς (*uulg.*) 11 uersus *G* 13 deprecaturi *G* 14 sustinuerit ⟨et⟩ *Polak* plebis *GX*Q^2*δ* 15 patrem *Ursinus propter Cic. Cael. 34 Val. Max. V 4, 6* 19 et quidem *ΠQε*, equidem *rel.* (*Ω*) 20 tiberio *Rϱ et sic pro u. l. adscr. in Π* (*m. 1*) *et Q* (*m. 2*), timore (thi- *δ*) *M*G^1*VLΠQδ* (*in V adpicta notula* ∸, *at nihil in marg. adscr. superest*), iuniore G^2 (*m. antiqua, item corr. in g*), minore *PSOT et sic pro u. l. ss.* L^2 ab Appio] *debuit* a Publio 21 filii *om. V* intersertus *M* et] in et *V* 22 lẹuicorum *M*, leuiorum (len- *T*) *GXT*, lemo *V*, *corr. δ* ς *edd. princ.* 25 insignis *ΠQε* 28 condempnasset drusus *reliquis omissis G*

comminus trucidato sibi posterisque suis cognomen inuenit. traditur etiam pro praetore ex prouincia Gallia ret⟨t⟩ulisse aurum Senonibus olim in obsidione Capitolii datum nec, ut fama est, extortum a Camillo. eius abnepos ob eximiam aduersus Gracchos operam patronus senatus dictus filium reliquit, quem in simili dissensione multa uarie molientem diuersa factio per fraudem interemit.

Pater Tiberi, Nero, quaestor C. Caesaris Alexandrino bello 4
classi praepositus, plurimum ad uictoriam contulit. quare et pontifex in locum P. Scipionis substitutus et ad deducendas in Galliam colonias, in quis Narbo et Arelate erant, missus est. tamen Caesare occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti decernentibus, etiam de praemiis tyrannicidarum referendum censuit. praetura deinde functus, cum exitu anni 2
discordia inter triumuiros orta esset, retentis ultra iustum tempus insignibus L. Antonium consulem triumuiri fratrem ad Perusiam secutus, deditione a ceteris facta, solus permansit in partibus ac primo Praeneste, inde Neapolim euasit seruisque ad pilleum frustra uocatis in Siciliam profugit. sed 3
indigne ferens nec statim se in conspectum Sexti Pompei admissum et fascium usu prohibitum, ad M. Antonium traiecit in Achaiam. cum quo breui reconciliata inter omnis pace Romam redit uxoremque Liuiam Drusillam et tunc grauidam et ante iam apud se filium enixam petenti Augusto concessit. nec multo post diem obiit, utroque liberorum superstite, Tiberio Drusoque Neronibus.

Tiberium quidam Fundis natum existimauerunt secuti 5
leuem coniecturam, quod materna eius auia Fundana fuerit et quod mox simulacrum Felicitatis ex s. c. publicatum ibi sit.

23 *Epit. 1, 23* Liuiam quasi marito concedente sibi coniunxit. cuius Liuiae iam erant filii Tiberius et Drusus (*cf. Aug. 62*).

2 retulissent *V* 3 olim *om. G* Nec *et ss.* Hic *Gg* 4 extortum *om. G* 6 inolientem *MG* diuersio *G* 8 Pater uero Tiberii (*om.* Nero) ς *edd. Rom. Ven. I* (*uulg.*), Pater Tiberius Nero *Bentley* 10 statutus *G* 11 quib; *G* narbona M^2L^3, narrabo *V* 12 obliuionem *Lipsius*, absolutionem *Polak* 14 defunctus *GR* 15 exorta ς (*uulg.*) 18 seruisque *usque* uocatis *om. V* 22 breuiore conciliata *M* 27 quidem *M*, quoque *G* sicuti *G*

sed ut plures certioresque tradunt, natus est Romae in Pala-
tio XVI. Kal. Dec. M. Aemilio Lepido iterum L. Munatio
a. 42 a. C. Planco conss. per bellum Philippense. sic enim in fastos
actaque in publica relatum est. nec tamen desunt, qui par-
tim antecedente anno, Hirti ac Pansae, partim insequenti,
Seruili Isaurici ⟨L.⟩que Antoni[i] consulatu, genitum eum
scribant.

6 Infantiam pueritiamque habuit laboriosam et exercitatam,
comes usque quaque parentum fugae; quos quidem apud Nea-
polim sub inruptionem hostis nauigium clam petentis uagitu
suo paene bis prodidit, semel cum a nutricis ubere, ite⟨ru⟩m
cum a sinu matris raptim auferretur ab iis, qui pro necessi-
2 tate temporis mulierculas leuare onere temptabant. per Si-
ciliam quoque et per Achaiam circumductus ac Lacedaemoniis
publice, quod in tutela Claudiorum erant, demandatus, digre-
diens inde itinere nocturno discrimen uitae adiit flamma re-
pente e siluis undique exorta adeoque omnem comitatum
circumplexa, ut Liuiae pars uestis et capilli amburerentur.
3 munera, quibus a Pompeia Sex. Pompei sorore in Sicilia do-
natus est, chlamys et fibula, item bullae aureae, durant osten-
dunturque adhuc Bais. post reditum in urbem a M. Gallio
senatore testamento adoptatus hereditate adita mox nomine
abstinuit, quod Gallius aduersarum Augusto partium fuerat.

4 Nouem natus annos defunctum patrem pro rostris lau-
dauit. dehinc pubescens Actiaco triumpho currum Augusti
comitatus est sinisteriore funali equo, cum Marcellus Oc-
tauiae filius dexteriore ueheretur. praesedit et asticis ludis

---

3 per] post *ΠQ*P^2*ST* (*uulg.*) in fastis *MΥδ*, infantis *G* 4 actique *Q*, actis Π^1 in *om. PST* (*uulg.*) partem *MG* 5 partim *om. V* insequente *ΠQ* 6 isauricique (his- *Π*) *MGVLΥ*, auruncique (ar- *T*) *ST*, aurunque *P* (seruilii *praecedit in Υ'P*), *corr. Bentley et Roth* (Isaurici atque Antonii *Politian.*, Is. Antonique *ed. Rom. II uulg.*) 7 scribunt *MGX'* 8 que *om. V* laboriosam *Pithoeus*, loxoriosam (*potius quam* lax-) *corr. in* luxoriosam *M* (*m 1?*), luxoriosam *corr. in* luxur- *G* (*m. 1*), luxuriosam (luxuriam P^1) *rel.*, luctuosam *Lips. Torr.* et *om. V* exercitam *g* (*Egnatius*) 11 item *Ω*, *corr. Ursinus* 14 per *om. GΠS* ac] a *ΠQ et tum* demandati (*hoc pro u. l. ss. in R*) 15 tutelam M^1G 19 sexti *XΥ* 21 bacis Π^2R, *om.* Π^1Q M. (marco *ΠQ*) *om. G* 25 augusto *MGVδ* 26 sinisteriori f. quo *G* cum *om. V* 27 atticis *T et sic V in marg.*, atricis (attr- *L*) *LPS*, acticis *T*

et Troiam circensibus ⟨lusit⟩ ductor turmae puerorum maiorum.

Virili toga sumpta adulescentiam omnem spatiumque in- 7
sequentis aetatis usque ad principatus initia per haec fere transegit. munus gladiatorium in memoriam patris et alterum in aui Drusi dedit, diuersis temporibus ac locis, primum in foro, secundum in amphitheatro, rudiaris quoque quibusdam reuocatis auctoramento centenum milium; dedit et ludos, sed absens: cuncta magnifice, inpensa matris ac uitrici.

Agrippinam, Marco Agrippa genitam, neptem Caecili At- 2
tici equitis R., ad quem sunt Ciceronis epistulae, duxit uxorem; sublatoque ex ea filio Druso, quanquam bene conuenientem rursusque grauidam dimittere ac Iuliam Augusti filiam confestim coactus est ducere non sine magno angore animi, cum et Agrippinae consuetudine teneretur et Iuliae mores improbaret, ut quam sensisset sui quoque sub priore marito appe-
tentem, quod sane etiam uulgo existimabatur. sed Agrippi- 3
nam et abegisse post diuortium doluit et semel omnino ex occursu uisam adeo contentis et [t]umentibus oculis prosecutus est, ut custoditum sit ne umquam in conspectum ei posthac ueniret. cum Iulia primo concorditer et amore mutuo uixit, mox dissedit et aliquanto grauius, ut etiam perpetuo secubaret, intercepto communis fili pignore, qui Aquileiae natus infans extinctus est. Drusum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere praegrediens Romam usque peruexit.

Ciuilium officiorum rudimentis regem Archelaum Trallia- 8
nos et Thessalos, uaria quosque de causa, Augusto cognoscente defendit; pro Laodicenis Thyatirenis Chiis terrae motu afflictis opemque implorantibus senatum deprecatus est; Fan-

1 troianis *Υ′P²O* lusit *hic suppl. Bentley*, *post* Troiam *Roth*, *post* maiorum *Macé* 3 spatiãque *M*, spaciaque *Υ* 4 fere *om. G* 7 rudiaris (-iis *XΥ*)] *ss.* iullianis *in V* 8 dedit. Dedit et *Υ* 9 cuncta] agnita *Π¹Q et pro u. l. R* nutrici *G* 11 ad quem — epistulae *glossema putant B.-Crus. et G. Becker, cf. Suet. de gr. 16* 14 est *Υ′P²*, *om. rel.* 18 post diuortium *post* omnino *transponi uult Halbertsma* 19 umentibus *Lipsius*, tumentibus (mentibus *M¹*, tu *ss. m. 1 uel m. 2*) *Ω* 20 eius *Lϛ* (*uulg.*) 27 trailianos (-linos *Π¹Q*) *MGVΥ*, tracilianos *X* (*in L corr. ex* tru-), *corr. ϛ* (*ed. Rom.*) 28 quoque *GP¹S*

nium Caepionem, qui cum Varrone Murena in Augustum conspirauerat, reum maiestatis apud iudices fecit et condemnauit. interque haec duplicem curam administrauit, annonae quae artior inciderat, et repurgandorum tota Italia ergastulorum, quorum domini in inuidiam uenerant quasi exceptos supprimerent non solum uiatores sed et quos sacramenti metus ad eius modi latebras compulisset.

9 Stipendia prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit, dein ducto ad Orientem exercitu regnum Armeniae Tigrani restituit ac pro tribunali diadema imposuit. recepit et signa, quae M. Crasso ademerant Parthi. post hoc Comatam Galliam anno fere rexit et barbarorum incursionibus et principum discordia inquietam. exin Raeticum Vindelicumque
2 bellum, inde Pannonicum, inde Germanicum gessit. Raetico atque Vindelico gentis Alpinas, Pannonico Breucos et Dalmatas subegit, Germanico quadraginta milia dediticiorum traiecit in Galliam iuxtaque ripam Rheni sedibus adsignatis conlocauit. quas ob res et ouans et curru urbem ingressus est, prius, ut quidam putant, triumphalibus ornamentis honoratus, nouo nec antea cuiquam tributo genere honoris.

3 Magistratus et maturius incohauit et paene iunctim percucurrit, quaesturam praeturam consulatum; interpositoque tempore consul iterum etiam tribuniciam potestatem in quin-
10 quennium accepit. tot prosperis confluentibus integra aetate ac ualitudine statuit repente secedere seque e medio quam longissime amouere: dubium uxorisne taedio, quam neque criminari aut dimittere auderet neque ultra perferre posset,

13 sqq. *Eutrop. VII 9* bellum (*Germanicum*) per Drusum, priuignum suum, administrauit, sicut per Tiberium, priuignum alterum, Pannonicum ⟨quo Breucos et Dalmatas subegit, deinde alterum Germanicum *inseri uult C. Schrader*⟩, quo bello XL captiuorum milia ex Germania transtulit et supra ripam Rheni in Gallia conlocauit. *Oros. VI 21, 24* Germanos bello arripuit, e quibus quadraginta milia captiuorum uictor abduxit.

4 repugnandorum *GV* (*in hoc* n *prior expuncta*) 7 latrieras *G* 9 deinde *Tς* (*uulg.*) 10 pro *om. G* 15 brencos *L*, breuncos *ST*, breunos *R*, brennos *Π et sic pro u. l. ss. in R* 19 primus T^1P^2 (*uulg.*) 21 iunctum VL^1Q *et* Π^1 *ut uidetur* 26 neque *om. G*

an ut uitato assiduitatis fastidio auctoritatem absentia tuere-
tur atque etiam augeret, si quando indiguisset sui res p.
quidam existimant, adultis iam Augusti liberis, loco et quasi
possessione usurpati a se diu secundi gradus sponte cessisse
exemplo M. Agrippae, qui M. Marcello ad munera publica
admoto Mytilenas abierit, ne aut obstare aut obtrectare prae-
sens uideretur. quam causam et ipse, sed postea, reddidit. 2
tunc autem honorum satietatem ac requiem laborum praeten-
dens commeatum petit; neque aut matri suppliciter precanti
aut uitrico deseri se etiam in senatu conquerenti ueniam de-
dit. quin et pertinacius retinentibus, cibo per quadriduum
abstinuit. facta tandem abeundi potestate, relictis Romae
uxore et filio confestim Ostiam descendit, ne uerbo quidem
cuiquam prosequentium reddito paucosque admodum in di-
gressu exosculatus. ab Ostia oram Campaniae legens inbe- **11**
cillitate Augusti nuntiata paulum substitit. sed increbre-
scente rumore quasi ad occasionem maioris spei commorare-
tur, tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit,
amoenitate et salubritate insulae iam inde captus cum ad eam
ab Armenia rediens appulisset. hic modicis contentus aedibus
nec multo laxiore suburbano genus uitae ciuile admodum in-
stituit, sine lictore aut uiatore gymnasio interdum obambulans
mutuaque cum Graeculis officia usurpans prope ex aequo.
Forte quondam in disponendo die mane praedixerat, quid- 2
quid aegrorum in ciuitate esset uisitare se uelle; id a proxi-
mis aliter exceptum iussique sunt omnes aegri in publicam
porticum deferri ac per ualitudinum genera disponi. percul-
sus ergo inopinata re diuque quid ageret incertus, tandem
singulos circuit excusans factum etiam tenuissimo cuique et
ignoto. unum hoc modo neque praeterea quicquam notatum 3

4 sponte *om.* *G* 9 petiit *TT* 11 per] et per *G* quatri-duum (quadruum P^1, triduum R^1) *Ω*, *cf. Aug. 98 p. 112, 28* 13 nec *XΠ* 17 maioris *om.* *V* 19 iam *om.* *G* 22 gymnasia *ex optimo libro laudat Torr.*, gynnasiuın *δ* ambulans *V* 23 usurpant *G* 25 aegrotum *Bentley (e cod. Sionensi, ut uid., in quo est* egroṭum, r above the t), Graiorum *Graevius* uisitaret *V*, uitare *MGPΠ*[1] 26 acceptum *Oudens* 27 per *om.* *V* disponendi *M*[1] percussus *V* 28 tamen *T* 29 circūit *VL*, circuiit *T* factum *om.* $Π^1Qε$

est, in quo exeruisse ius tribuniciae potestatis uisus sit: cum circa scholas et auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas grauiore iurgio, non defuit qui eum interuenientem et quasi studiosiorem partis alterius conuicio incesseret. sensim itaque regressus domum repente cum apparitoribus prodiit citatumque pro tribunali uoce praeconis conuiciatorem rapi iussit in carcerem.

4 Comperit deinde Iuliam uxorem ob libidines atque adulteria damnatam repudiumque ei suo nomine ex auctoritate
Augusti remissum; et quamquam laetus nuntio, tamen officii
duxit, quantum in se esset, exorare filiae patrem frequentibus
litteris et uel utcumque meritae, quidquid umquam dono de-
5 disset, concedere. transacto autem tribuniciae potestatis
tempore, confessus tandem, nihil aliud secessu deuitasse se
quam aemulationis cum C. Lucioque suspicionem, petit ut sibi
securo iam ab hac parte, conroboratis his et secundum locum
facile tutantibus, permitteretur reuisere necessitudines, quarum desiderio teneretur. sed neque impetrauit ultroque etiam
admonitus est: dimitteret omnem curam suorum, quos
12 tam cupide reliquisset. remansit igitur Rhodi contra uoluntatem, uix per matrem consecutus, ut ad uelandam ignominiam quasi legatus Augusto abesset.

2 Enimuero tunc non priuatum modo, sed etiam obnoxium et trepidum egit mediterraneis agris abditus uitansque praeternauigantium officia, quibus frequentabatur assidue, nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam quin deuerteret Rhodum. et accesserunt maioris sollicitudinis causae.
namque priuignum Gaium Orienti praepositum, cum uisendi
gratia traiecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminatio-
3 nibus M. Lolli comitis et rectoris eius. uenit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones a commeatu castra repetentis mandata ad complures dedisse ambigua et

---

1 exeruisse (exs- *Q*) ius LPQ^1R, exseruis eius ***MGδ***, exeruisse eius ***V***, exercuisse (exs- *ΠQ*) $ΠQ^2Tϱ$ (*uulg.*) iussus *G* 2 adiutoria *M* 4 incesserit *G* 12 dona *M* 15 petiit (-ciit) *ΠQ* (*uulg.*) 17 curantibus ς (*Casaub.*) 18 utroq; *G* 19 ut dimitteret L^2ς 22 ab augusto $ΠQP^2ST$, augusti *δ* 23 Etenim uero MG^1VLP^1 (*corr.* G^2g) non *om.* *V* 25 neminē *MG* 26 diuerteret *GST*, deuerteretur $Π^1Q$

quae temptare singulorum animos ad nouas res uiderentur.
de qua suspicione certior ab Augusto factus non cessauit
efflagitare aliquem cuiuslibet ordinis custodem factis atque
dictis suis. equi quoque et armorum solitas exercitationes **13**
omisit redegitque se deposito patrio habitu ad pallium et
crepidas atque in tali statu biennio fere permansit, con-
temptior in dies et inuisior, adeo ut imagines eius et statuas
Nemausenses subuerterint ac familiari quondam conuiuio men-
tione eius orta extiterit qui Gaio polliceretur, confestim se,
si iuberet, Rhodum nauigaturum caputque exulis — sic enim
appellabatur — relaturum. quo praecipue non iam metu sed 2
discrimine coactus est, tam suis quam matris inpensissimis
precibus reditum expostulare, impetrauitque adiutus aliquan-
tum etiam casu. destinatum Augusto erat, nihil super ea re
nisi ex uoluntate maioris fili statuere; is forte tunc M. Lollio
offensior, facilis exorabilisque in uitricum fuit. permittente
ergo Gaio reuocatus est, uerum sub condicione ne quam par-
tem curamue rei p. attingeret.

Rediit octauo post secessum anno, magna nec incerta **14**
spe futurorum, quam et ostentis et praedictionibus ab initio
aetatis conceperat.

Praegnans eo Liuia cum an marem editura esset, uariis 2
captaret ominibus, ouum incubanti gallinae subductum nunc
sua nunc ministrarum manu per uices usque fouit, quoad
pullus insigniter cristatus exclusus est. ac de infante Scribo-
nius mathematicus praeclara spopondit, etiam regnaturum
quandoque, sed sine regio insigni, ignota scilicet tunc adhuc
Caesarum potestate. et ingresso primam expeditionem ac per 3
Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit ut apud
Philippos sacratae olim uictricium legionum arae sponte subi-

---

3 afflagitare *M* 5 redegit sedeq: posito *M* se *om. G* 6 contentior *MGR* 8 remausenses (-sisses *V*) Ω, *corr.* $Q^2\varsigma$ (*Beroald.*) quodam $\Pi Q\delta\varsigma$ 9 eius $T'P^2$, *om. rel. fort. rectius* 10 extulit *G* 12 tam $X'Q\varrho\delta$, quam *MGΠR* (*inde* qua — qua *Bentley*) 20 *prius* et *om. G* 22 eo *scripsi ex coni. Bentlei, qui praeterea propos.* olim *et* primum (*Lupus Ferr. dictauerat* Tiberio praegnans), eum Ω (*tuetur Bücheler, cf. uit. Verg. p. 55 R.*), enim $\delta\varsigma$ (*edd.*) 24 eo usque *H*, usque eo *VLS*, usque adeo *POT* 27 ignoti *MGV* ignota — potestate *del. Halbertsma* 29 ducente GQL^2PT, ducentem *rel.* (*in M praecedit* macedonia)

tis conlucerent ignibus; et mox, cum Illyricum petens iuxta Patauium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret, euenit ut summum numerum iacti ab eo ostenderent;
4 hodieque sub aqua uisuntur hi tali. ante paucos uero quam reuocaretur dies aquila numquam antea Rhodi conspecta in culmine domus eius assedit; et pridie quam de reditu certior fieret, uestimenta mutanti tunica ardere uisa est. Thrasyllum quoque mathematicum, quem ut sapientiae professorem contubernio admouerat, tum maxime expertus est affirmantem naue prouisa gaudium afferri; cum quidem illum durius et contra praedicta cadentibus rebus ut falsum et secretorum temere conscium, eo ipso momento, dum spatiatur una, praecipitare in mare destinasset.

15 Romam reuersus deducto in forum filio Druso statim e Carinis ac Pompeiana domo Esquilias in hortos Maecenatianos transmigrauit totumque se ad quietem contulit, priuata modo officia obiens ac publicorum munerum expers.

2 Gaio et Lucio intra triennium defunctis adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa, coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare. nec quicquam postea pro patre familias egit aut ius, quod amiserat, ex ulla parte retinuit. nam neque donauit neque manumisit, ne hereditatem quidem aut legata percepit ulla aliter quam ut peculio referret accepta. nihil ex eo tempore praetermissum est ad maiestatem eius augendam ac multo magis, postquam Agrippa abdicato atque seposito certum erat, uni spem suc-
16 cessionis incumbere; data rursus potestas tribunicia in quinquennium, delegatus pacandae Germaniae status, Parthorum

8 *Schol. Iuu. 6, 576* Thrasyllus multarum artium scientiam professus postremo se dedit Platonicae sectae ac deinde mathesi. qua praecipue uiguit apud Tiberium, cum quo sub honore eiusdem artis artissima familiaritate uixit. quem postea Tiberius in insula Rhodo praecipitare uoluit in pelagum quasi conscium promissae dominationis. quem dolum cum praesensit, fugit.

5 hi (hii *QS*) tali] *tali (i *erasa?*) *P*, In italia *G* 7 quam redditu *V* 10 admorat *G* cum *Bentley* 16 esqualias *M* 18 numerum *MR* 19 biennium *Glareanus* adoptabatur *G* 22 patris *G* quod adoptione ς (*ed. Ven. I. uulg.*) 28 decennium *Bergk* (*cf. Aug. 27*) 29 pacandus *Casaub.*

legati mandatis Augusto Romae redditis eum quoque adire
in prouincia iussi. sed nuntiata Illyrici defectione transiit
ad curam noui belli, quod grauissimum omnium externorum
bellorum post Punica, per quindecim legiones paremque auxi-
liorum copiam triennio gessit in magnis omnium rerum dif-
ficultatibus summaque frugum inopia. et quanquam saepius 2
reuocaretur, tamen perseuerauit, metuens ne uicinus et prae-
ualens hostis instaret ultro cedentibus. ac perseuerantiae
grande pretium tulit, toto Illyrico, quod inter Italiam regnum-
que Noricum et Thraciam et Macedoniam interque Danuuium
flumen et sinum maris Hadriatici patet, perdomito et in dicio-
nem redacto. cui gloriae amplior adhuc ex oportunitate **17**
cumulus accessit. nam sub id fere tempus Quintilius Varus
cum tribus legionibus in Germania periit, nemine dubitante
quin uictores Germani iuncturi se Pannoniis fuerint, nisi de-
bellatum prius Illyricum esset. quas ob res triumphus ei
decretus est multi⟨que⟩ et magni honores. censuerunt etiam 2
quidam ut Pannonicus, alii ut Inuictus, nonnulli ut Pius co-
gnominaretur. sed de cognomine intercessit Augustus, eo
contentum repromittens, quod se defuncto suscepturus esset.
triumphum ipse distulit maesta ciuitate clade Variana; nihilo
minus urbem praetextatus et laurea coronatus intrauit posi-
tumque in Saeptis tribunal senatu astante conscendit ac me-
dius inter duos consules cum Augusto simul sedit; unde po-
pulo consalutato circum templa deductus est.

---

2 *Oros. VI 21, 25* quod re uera bellum (*Germanicum intellegit*) maximum et formidulosissimum quindecim legionibus per triennium gestum est, nec fere ullum maius bellum, sicut Suetonius adtestatur, post Punicum fuit. *cf. Einhard. 13* 13 *Oros. VI 21, 26* sub eodem uero tempore Quintilius Varus cum tribus legionibus a Germanis rebellantibus, mira superbia atque auaritia in subiectos agens (*cf. Florus IV 12, 31*), funditus deletus est (*u. Suet. Aug. 23*).

---

2 iussisset *MG* 4 punica *X' et sic corr.* G^3 (c *in L expuncta*), punicā $MG^1(g)T$, Punicum *Oros.* 4 patremque *M* 8 **ultro (et *eras.?*) *M* 10 danubium *Ω et edd.* 11 adriatici $G\Pi QPS^2T$ 13 idem *Polak* quintilius ΠQT^2, -tillus (-tinus T^1) *rel.* 17 est multique ς (*edd. Gryphii saec. XVI, notaui ex ed. Lugd. a. 1544*), et multi *Stephanus* (multi — honores *suspecta Bentleio*) 20 ⟨fo⟩re promittens *Bentley et Madvig, cf. Otho 4* 23 in senatu MG^1 (in *eras. in G m. antiqua*) 24 inde M^2

18 Proximo anno repetita Germania cum animaduerteret Varianam cladem temeritate et neglegentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit; semper alias sui arbitrii contentusque se uno, tunc praeter consuetudinem cum compluribus de ratione belli communicauit. curam quoque solito exactiorem praestitit. traiecturus Rhenum commeatum omnem ad certam formulam adstrictum non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset uehiculorum onera,
2 ne qua deportarentur nisi concessa aut necessaria. trans Rhenum uero eum uitae ordinem tenuit, ut sedens in caespite nudo cibum caperet, saepe sine tentorio pernoctaret, praecepta sequentis diei omnia, et si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret; addita monitione ut, de quo quisque dubitaret, se nec alio interprete quacumque uel no-
19 ctis hora uteretur. disciplinam acerrime exegit animaduersionum et ignominiarum generibus ex antiquitate repetitis atque etiam legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam uenatum misisset, ignominia notato. proelia, quamuis minimum fortunae casibusque permitteret, aliquanto constantius inibat, quotiens lucubrante se subito ac nullo propellente decideret lumen et extingueretur, confidens, ut aiebat, ostento sibi a maioribus suis in omni ducatu expertissimo. sed re prospere gesta non multum afuit quin a Bructero quodam occideretur, cui inter proximos uersanti et trepidatione detecto tormentis expressa confessio est cogitati
20 facinoris. a Germania in urbem post biennium regressus triumphum, quem distulerat, egit prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. ac prius quam in Capitolium flecteret, descendit e curru seque praesidenti patri ad genua summisit. Batonem Pannonium ducem ingentibus donatum praemiis Rauennam transtulit, gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum passus

---

4 tunc *om. G* 9 deponerentur *ΠQ* (*pars edd.*) 11 pernoctaret *ΥΤ*, -rit *rel.* 12 omnia ⟨ipse⟩ *Halbertsma* 14 quisquis ς, quis *uel* quisquam *Polak* 19 casibus *X* 21 et *om. M* 22 a] ac δ (*ed. Ven. pr., Erasmus, uulg.*) *fort. recte* expertissummo (-ssumo *G*) *MG*, expertisomno *LT* (s *supra* i *add.* L^2, *in P* -ssimo *in ras.*) 23 a] ac *M* 26 biennium *X′*δ, biennio *MGΥ*, *an leg.* biennio post? *cf. Aug.* 35 29 inflecteret *V*, deflecteret *S*

es⟨se⟩t euadere. prandium dehinc populo mille mensis et
congiarium trecenos nummos uiritim dedit. dedicauit et Con-
cordiae aedem, item Pollucis et Castoris suo fratrisque nomine
de manubiis. ac non multo post lege per consules lata, ut **21**
prouincias cum Augusto communiter administraret simulque
censum a[u]geret, condito lustro in Illyricum profectus est.
et statim ex itinere reuocatus iam quidem adfectum, sed
tamen spirantem adhuc Augustum repperit fuitque una se-
creto per totum diem.

Scio uulgo persuasum quasi egresso post secretum ser- 2
monem Tiberio uox Augusti per cubicularios excepta sit:
miserum populum R., qui sub tam lentis maxillis erit!
ne illud quidem ignoro aliquos tradidisse, Augustum palam
nec dissimulanter morum eius diritatem adeo improbasse, ut
nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superueniente
eo abrumperet; sed expugnatum precibus uxoris adoptionem
non abnuisse, uel etiam ambitione tractum, ut tali successore
desiderabilior ipse quandoque fieret. adduci tamen nequeo 3
quin existimem, circumspectissimum et prudentissimum prin-
cipem in tanto praesertim negotio nihil temere fecisse; sed
uitiis Tiberi[i] uirtutibusque perpensis potiores duxisse uir-
tutes, praesertim cum et rei p. causa adoptare se eum pro
contione iurauerit et epistulis aliquot ut peritissimum rei
militaris utque unicum p. R. praesidium prosequatur. ex qui-
bus in exemplum pauca hinc inde subieci.

Vale, iucundissime Tiberi, et feliciter rem gere, 4
ἐμοὶ καὶ ταῖς †μουιcαcαιcτ στρατηγῶν. iucundissime
et ita sim felix, uir fortissime et dux *νομιμώτατε*, uale.

---

1 esset *edd. post Stephanum*, est Ω *uix recte* 6 ageret *T*ς 12 sub *om. V* 14 nec *om. G* 23 iurauerat *M* 26 gere *M*, rege *rel.* (*at cf. suprascr. in VLS ad l. 27*) 27 ΙΤΔΙC *pro ταῖς LS* ΜΟΥΙCΔCΔΙCΤΕΤΡΔΤΗΓΩΝ *M et sic fere GTPO* (Δ *pro* Δ *habent GTO*, ΜΟΥCΔC *P*, ΜΟΙCΔC *Q*), ΜΟΥΙ-CΔC(ΜΟΥCΔC *L*)ΔΙC(*uel* DIS)ΤΕCΤΡΔΤΗΓΩΝ *VLS*, ΔΔΟΥCΔΙCΤΕΤΡΔ-ΤΗΤΩΝ *T*, *ταῖς Μούσαις στρατηγῶν uulg.* (*ed. Rom. II, Ven. 1490*); *post Μούσαις legunt καλὰ uel ἄριστε Turnebus, ἄριστα Casaub., αἰεὶ Bentley*; *ταῖς μου ἴσα σαῖς τε στρ. Roth, ταῖς* (*ἐ*)*μοῦ πάσαις στρ. Bücheler, alii* (*ταῖς in τοῖς mutantes*) *aliter*; *fort. latet compositum συστρατ-* *ss.* mihi et meis tuisque commilitibus gere *in VLS* 28 sim *om. G* *νομιμώτατε uulg.* (*ed. a. 1480, Ven. a. 1490*) *et sic affert e cod. Tornacensi Glareanus*(?), ΝΟΜΙΜΩΜΔΤΕ Ω (*pro* Ω *est* ΔΩ *in GS*, ΔV *in L*), *ss.* legitime *in VLS*, *μονιμώτατε Casaub.*

5 Ordinem aestiuorum tuorum! ego uero, mi Tiberi, et inter tot rerum difficultates *καὶ τοσαύτην ἀποθυμ[ε]ίαν τῶν στρατευομένων* non potuisse quemquam prudentius gerere se quam tu gesseris, existimo. [h]ii quoque qui tecum fuerunt omnes confitentur, uersum illum ⟨*Enn. ann. 370 V.*[2]⟩ in te posse dici:

unus homo nobis uigilando restituit rem.

6 Siue quid incidit de quo sit cogitandum diligentius, siue quid stomachor, ualde medius Fidius Tiberium meum desidero succurritque uersus ille Homericus ⟨*Il. 10, 246*⟩:

τούτου γ' ἑσπ⟨ο⟩μένοιο καὶ ἐκ πυρὸς αἰθομένοιο
ἄμφω νοστήσαιμεν, ἐπ⟨ε⟩ὶ περίοιδε νοῆσαι.

7 Attenuatum te esse continuatione laborum cum audio et lego, di me perdant nisi cohorrescit corpus meum; teque oro ut parcas tibi, ne si te languere audierimus, et ego et mater tua expiremus et summa imperi sui populus R. periclitetur.

Nihil interest ualeam ipse necne, si tu non ualebis.

Deos obsecro, ut te nobis conseruent et ualere nunc et semper patiantur, si non p. R. perosi sunt.

22 Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa iuuene interempto. hunc tribunus militum custos appositus occidit lectis codicillis, quibus ut id faceret iubebatur; quos codicillos dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret; an nomine Augusti Liuia et ea conscio Tiberio an ignaro, dictasset. Tiberius renuntianti tribuno, factum esse quod imperasset, neque im-

---

1 *excidisse uidetur uerbum probandi uel admirandi,* laudo *post* Tiberi *inseruit Stephanus*, uerso *pro* uero *propos. Bücheler* 2 *ἀποθυμίαν Salmas.*, ΑΠΟΘΥΜΕΙΑ *ML*, -ΕΙΑΝ *rel.* (Ο *om. TP*), *ῥαθυμίαν uulg.* (*edd. Rom.*), *ἀπροθυμίαν Pithoeus*, *ἀπείθειαν Bentley, an λιποθυμίαν?* (*ss.* et tantam defectionem militantium *in VLS*) 4 tu te *Ursinus* 5 omnes *om. G* 6 in te] inter *G* 9 stomachor (-cor *ST*) *ΠQL²ST*, -chorum *MGV*(*L¹?*) *P*, -chandum *R*, -chosum *Heinsius* uelde *M*, uade *R* 10 desiderio *G* 12 *γ' edd. Rom.*, Τ *Ω*, *δ' uulg.* *καὶ — αἰθομένοιο om. TP* 13 ΝΟCΤΗCΑΙΘΘΜΕΝ *M et sim. GVLS* ΝΩΝCΕ *uel* ΝΩΗCΕ *codd., corr. ed. Rom. II* 15 dii *M²GQRL²ST* 17 et (*ante* ego) *om. LPSδ* et de summa *TP²T* (*edd.*) 22 non *om. Π¹Q* populo *GT*, populum *Π²* prosunt *G* 26 fuit *om. G*

perasse se et redditurum eum senatui rationem respondit, in-
uidiam scilicet in praesentia uitans. nam mox silentio rem
obliterauit. iure autem tribuniciae potestatis coacto senatu 23
incohataque adlocutione derepente uelut impar dolori con-
gemuit, utque non solum uox sed et spiritus deficeret optauit
ac perlegendum librum Druso filio tradidit. inlatum deinde
Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi senatorii
ordinis, ceteris extra curiam signa agnoscentibus, recitauit per
libertum. testamenti initium fuit: q u o n i a m a t r o x f o r t u n a
G a i u m e t L u c i u m f i l i o s m i h i e r i p u i t, T i b e r i u s C a e-
s a r m i h i e x p a r t e d i m i d i a e t s e x t a n t e h e r e s e s t o. quo
et ipso aucta suspicio est opinantium successorem ascitum
eum necessitate magis quam iudicio, quando ita praefari non
abstinuerit.

Principatum, quamuis neque occupare confestim neque 24
agere dubitasset, et statione militum, hoc est ui et specie
dominationis assumpta, diu tamen recusauit, impudentissimo
mimo nunc adhortantis amicos increpans ut i g n a r o s, q u a n t a
b e l u a e s s e t i m p e r i u m, nunc precantem senatum et procum-
bentem sibi ad genua ambiguis responsis et callida cuncta-
tione suspendens, ut quidam patientiam rumperent atque unus
in tumultu proclamaret: a u t a g a t a u t d e s i s t a t! alter coram
exprobraret ceteros, quod polliciti sint tarde praestare, se⟨d⟩
ipsum, quod praestet tarde polliceri. tandem quasi coactus et 2
querens miseram et onerosam iniungi sibi seruitutem, recepit
imperium; nec tamen aliter, quam ut depositurum se quan-
doque spem faceret. ipsius uerba sunt: d u m u e n i a m a d i d

15 sqq. *Epit. 2, 6* denique delatum a patribus principatum, quod quidem astu fecerat, ficte abnuere, quid singuli dicerent uel sentirent atrociter explorans, quae res bonos quosque pessumdedit. *cf. Victor Caes. 2, 1*

3 iura *G* tribunicia *M* 4 derepente] de re p. *G* 5 sed et] sed *M*, sed ut *Tδ* (*in hoc add.* etiam *post* spiritus) 9 atrox] sinistra *ΠQ et pro u. l. R* 11 ex parte mihi *G* sexta *Cuiacius* (*u. Aug. 101 p. 116, 17*) 16 augere *G* *prius* et *del. Bentley, Madvig* 18 mimo *I. F. Gronov.*, animo *Ω* ignorans *G* 19 bellua *MV*[1]*T* 23 sed *ΠQ et pro u. l. R*, se et *O*, set *P*[2], se *rel.* (*Ω*), *del. Lipsius al. fort. recte* 24 tarde p̄stet pollicere *G* 25 recipit *LP* (*Bentley*) 27 hec *post* sunt *add. L*[3]*ς* (*uulg.*)

tempus, quo uobis aequum possit uideri dare uos aliquam senectuti meae requiem.

25 Cunctandi causa erat metus undique imminentium discriminum, ut saepe *lupum se auribus tenere* diceret. nam et seruus Agrippae Clemens nomine non contemnendam manum in ultionem domini compararat et L. Scribonius Libo uir nobilis res nouas clam moliebatur et duplex seditio militum in
2 Illyrico et in Germania exorta est. flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem, ante omnia ut aequarentur stipendio praetoriani⟨s⟩. Germaniciani quidem etiam principem detractabant non a se datum summaque ui Germanicum, qui tum iis praeerat, ad capessendam rem p. urgebant, quanquam obfirmate resistentem. quem maxime casum timens, partes sibi quas senatui liberet, tuendas in re p. depoposcit, quando uniuersae sufficere solus nemo posset nisi cum altero uel
3 etiam cum pluribus. simulauit et ualitudinem, quo aequiore animo Germanicus celerem successionem uel certe societatem principatus opperiretur. compositis seditionibus Clementem quoque fraude deceptum redegit in potestatem. Libonem, ne quid in nouitate acerbius fieret, secundo demum anno in senatu coarguit, medio temporis spatio tantum cauere contentus; nam et inter pontifices sacrificanti simul pro secespita plumbeum cultrum subiciendum curauit et secretum petenti non nisi adhibito Druso filio dedit dextramque obambulantis ueluti incumbens, quoad perageretur sermo, continuit.

26 Verum liberatus metu ciuilem admodum inter initia ac paulo minus quam priuatum egit. ex plurimis maximisque honoribus praeter paucos et modicos non recepit. natalem suum plebeis incurrentem circensibus uix unius bigae adiectione honorari passus est. templa, flamines, sacerdotes de-

---

1 quod *G* 3 erant *M*[1] 6 comparat *MG*, -rauerat *T* 8 in *om. G* 10 praetorianis. Germaniciani quidem *Stephanus* (praetorianis *e cod. Tornacensi affert Glareanus,* quidem *tamquam ex eodem Torr.*), praetoriani germaniciani (-tiani *G*) quidam *MGVL*, praetoriani germanicianis (-tianis *P*, s *fort. add. m. 2*). Quidam *T'PO*, praetorianis Germaniciani. Quidam *ed. Ald. 1516* detractabant *MT*, detrect- *rel.* 12 rē p̄. urgebant (p *in ras.*) *M*, rem purgabant *G*, rem purgebant *V*[2]*T* 15 uel *om. G* 16 compluribus *Π* 22 sibi ul *G* secęspita *M*, secespiti (-ci *T*) *X* 26 ut *post* metu *add. V* 28 non ⟨ullum⟩ *Polak* 29 adiecit *V*

cerni sibi prohibuit, etiam statuas atque imagines nisi per-
mittente se poni: permisitque ea sola condicione, ne inter
simulacra deorum sed inter ornamenta aedium ponerentur.
intercessit et quo minus in acta sua iuraretur, et ne mensis 2
September Tiberius, October Liuius uocarentur. praenomen
quoque imperatoris cognomenque patris patriae et ciuicam in
uestibulo coronam recusauit; ac ne Augusti quidem nomen,
quanquam hereditarium, nullis nisi ad reges ac dynastas epi-
stulis addidit. nec amplius quam mox tres consulatus, unum
paucis diebus, alterum tribus mensibus, tertium absens usque
in Idus Maias gessit.

Adulationes adeo auersatus est, ut neminem senatorum 27
aut officii aut negotii causa ad lecticam suam admiserit, con-
sularem uero satisfacientem sibi ac per genua orare conan-
tem ita suffugerit, ut caderet supinus; atque etiam, si quid
in sermone uel in continua oratione blandius de se diceretur,
non dubitaret interpellare ac reprehendere et commutare con-
tinuo. dominus appellatus a quodam denuntiauit, ne se am-
plius contumeliae causa nominaret. alium dicentem sacras eius
occupationes et rursus alium, auctore eo senatum se a[u]disse,
uerba mutare et pro auctore suasorem, pro sacris laboriosas
dicere coegit. sed et aduersus conuicia malosque rumores 28
et famosa de se ac suis carmina firmus ac patiens subinde
iactabat in ciuitate libera linguam mentemque liberas
esse debere; et quondam senatu cognitionem de eius modi
criminibus ac reis flagitante: non tantum, inquit, otii ha-
bemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus;
si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sine-

18 *cf. ad Aug.* 53

2 ne *om.* *G*   6 cognomen quoque *Υ*   8 hereditarũ *M*¹*Π*   nullus *M*, nullis *rel.* (*Bentley*), ullis *edd.*   9 mox] omnino *Υ*   11 in ⟨VII⟩ idus *Graevius*   12 auersatus *LPN et sic corr. in G* (*manu antiqua teste g*), uersatus *V*, aduersatus *MG*¹*Υ′* (*Ω?*)   13 nisi *ante prius* aut *add.* ς (*Oud.*)   14 sibi *post* genua *iteratum in X*   15 suffugeret *G*   17 dubitarit *Bentley*   20 se adisse ς (*edd. pr. Rom.*), se audisse *Ω* (se *in G ss.*), statuisse *Mommsen*   23 de *post* ac *iterat V*   satis firmus *H*   24 mentesque *GN*²   25 quoddam *G*   senatum *MGδ*   26 flagitantem *Mδ*, -tatam *G*   Notandum *G*

tis: omnium inimicitiae hoc praetexto ad uos deferentur. extat et sermo eius in senatu perciuilis: siquidem locutus aliter fuerit, dabo operam ut rationem factorum meorum dictorumque reddam; si perseuerauerit, in uicem eum odero.

29 Atque haec eo notabiliora erant, quod ipse in appellandis uenerandisque et singulis et uniuersis prope excesserat humanitatis modum. dissentiens in curia a Q. Haterio: ignoscas, inquit, rogo, si quid aduersus te liberius sicut senator dixero. et deinde omnis adloquens: dixi et nunc et saepe alias, p. c., bonum et salutarem principem, quem uos tanta et tam libera potestate instruxistis, senatui seruire debere et uniuersis ciuibus saepe et plerumque etiam singulis; neque id dixisse me paenitet, et bonos et aequos et fauentes uos habui dominos et adhuc habeo.

30 Quin etiam speciem libertatis quandam induxit conseruatis senatui ac magistratibus et maiestate pristina et potestate. neque tam paruum quicquam neque tam magnum publici priuatique negotii fuit, de quo non ad patres conscriptos referretur: de uectigalibus ac monopoliis, de extruendis reficiendisue operibus, etiam de legendo uel exauctorando milite ac legionum et auxiliorum discriptione, denique quibus imperium prorogari aut extraordinaria bella mandari, quid et qua[m] forma[m] regum litteris rescribi placeret. praefectum alae de ui et rapinis reum causam in senatu dicere coegit. numquam curiam nisi solus intrauit; lectica quondam intro latus aeger
31 comites a se remouit. quaedam aduersus sententiam suam

1 praetextato $T'P^2$, praetextu *N*ς nos ς (*edd. Rom., Torr.*) 2 si qui de m⟨e⟩ *Madvig dubitans etiam de* aliter, *pro quo* alter *e cod. Tornac. laudat Glareanus* 10 inde *ΠQ* 11 et (*post* nunc) *om. V* 13 ⟨semper⟩ seruire *Bergk* ciuibus, saepe et *distinguunt edd. quaedam* (*Torr., Bentley*) 14 me paenitet *om. T* (*inde, ut uid.*, Meque *pro* neque *ΠQ*) 17 ubertatis $MG^1(g)\delta$ *et pro u. l.* L^2P^2 23 discriptione *M*, descr- *rel.* 24 et qua forma *ed. Basil. 1533* (*e mss. affert Torr.*, forma *corr. m. rec. in G, ubi* quam *per compendium scriptum est*), et quam formam *Ω*, ad quam formam ϱ (*Salmas.*), et ad quam formam *Casaub.*, et quam ad formam *Bentley* 25 regum ς (*edd. Ven. 1, Mediol. a. 1475 aliaeque, quae tamen seruant* quam formam), legum *Ω*, *om.* δ 26 rerum $ΠS^1$, *om. Q* senatum *MGT* (*corr.* $Π^2$) 27 latus *om. V* 28 ad se *V*

decerni ne questus quidem est. negante eo destinatos magi-
stratus abesse oportere, ut praesentes honori adquiescerent,
praetor designatus liberam legationem impetrauit. iterum
censente, ut Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam
ad munitionem uiae transferre concederetur, optinere non po-
tuit quin rata uoluntas legatoris esset. cum senatus con-
sultum per discessionem forte fieret, transeuntem eum in al-
teram partem, in qua pauciores erant, secutus est nemo.
Cetera quoque non nisi per magistratus et iure ordinario 2
agebantur, tanta consulum auctoritate, ut legati ex Africa
adierint eos querentes, trahi se a Caesare ad quem missi
forent. nec mirum, cum palam esset, ipsum quoque eisdem
et assurgere et decedere uia. corripuit consulares exercitibus **32**
praepositos, quod non de rebus gestis senatui scriberent quod-
que de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se refer-
rent, quasi non omnium tribuendorum ipsi ius haberent.
praetorem conlaudauit, quod honore inito consuetudinem anti-
quam ret⟨t⟩ulisset de maioribus suis pro contione memo-
randi. quorundam illustrium exequias usque ad rogum fre-
quentauit.
Parem moderationem minoribus quoque et personis et 2
rebus exhibuit. cum Rhodiorum magistratus, quod litteras
publicas sine subscriptione ad se dederant, euocasset, ne uerbo
quidem insectatus ac tantum modo iussos subscribere remisit.
Diogenes grammaticus, disputare sabbatis Rhodi solitus, ue-
nientem eum, ut se extra ordinem audiret, non admiserat ac
per seruolum suum in septimum diem distulerat; hunc Ro-
mae salutandi sui causa pro foribus adstantem nihil amplius
quam ut post septimum annum rediret admonuit. praesidibus

---

29 (*cf.* 21) *Oros. VII 4, 4* plurima imperii sui parte cum magna et grau modestia rei publicae praefuit, adeo ut quibusdam praesidibus augenda prouinciis tributa suadentibus scripserit 'boni — deglubere'.

---

2 abesse ς (*ed. Ven. I*), adesse Ω *et sic Bentley legens* rogante *pro* negante   adsuescerent *Bentley, Duker*   3 imperauit *MV*   4 tribianis *V*, trebiani *R*, Trebanis *Bentley*   5 obtineri *Casaub.*   potuit $Υ' P^2 L^3$, potui *V in marg.*, optinuit *MV*, obtinuit $G L^1 P^1$ 6 ẽẽ *M*   15 referrent $Υ' P^2$, ferrent *rel.*   16 ipsi ius $Q V^2 L^2 P^2 Tδ$, ipsius $M G V^1 (P^1?) S$, ipsi L^1, ipse ius *et tum* haberet *ΠR*   18 conditione *Υ*   24 ac *abesse mauult Torr.* iusso *M*, iussu *Gδ*   28 acstantem M^1, asst- *G*   29 ut *del. Bentley*

onerandas tributo prouincias suadentibus rescripsit boni pa-
storis esse tondere pecus, non deglubere.
33 Paulatim principem exeruit praestititque etsi uarium diu,
commodiorem tamen saepius et ad utilitates publicas pronio-
rem. ac primo eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret.
itaque et constitutiones senatus quasdam rescidit et magi-
stratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offere-
bat consiliarium assidebatque iuxtim uel exaduersum in parte
primori; et si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus
aderat iudicesque aut e plano aut e quaesitoris tribunali le-
gum et religionis et noxae, de qua cognoscerent, admonebat;
atque etiam, si qua in publicis moribus desidia aut mala con-
34 suetudine labarent, corrigenda suscepit. ludorum ac mune-
rum impensas corripuit mercedibus scaenicorum recisis pari-
busque gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthio-
rum uasorum pretia in immensum exarsisse tresque mul⟨l⟩os
triginta milibus nummum uenisse grauiter conquestus, ad-
hibendum supellectili modum censuit annonamque macelli
senatus arbitratu quotannis temperandam, dato aedilibus ne-
gotio popinas ganeasque usque eo inhibendi, ut ne opera
quidem pistoria proponi uenalia sinerent. et ut parsimoniam
publicam exemplo quoque iuuaret, sollemnibus ipse cenis pri-
diana saepe ac semesa obsonia apposuit dimidiatumque aprum,
affirmans omnia eadem habere, quae totum.
2 Cotidiana oscula edicto prohibuit, item strenarum com-
mercium ne ultra Kal. Ian. exerceretur. consuerat quadri-
plam stren[u]am, et de manu, reddere; sed offensus interpellari
se toto mense ab iis qui potestatem sui die festo non habuis-
35 sent, ultra non tulit. matronas prostratae pudicitiae, quibus
accusator publicus deesset, ut propinqui more maiorum de

---

2 deglubere *HX* (i. excoriare *ss. in H*), degluuere *MV*, deglutire (-gluttire *Q*, -gutture Π^1) *GΓδ* 3 exercuit *V* L^3 *T* 4 utilitatis copias *ΠQ* 5 interueniebant *M* 6 recidit *M*, rescindit *Q* 8 assidebantque *M* aduersum Π^1*Q*, exaduerso *Xδ* 10 quesitores *G*, quisitores *V*, quaestoris L^2 (*uel* L^3) 13 lauarent *MGV* munera impensas *M* (*puncta et* v *m. 2*) 14 cohibuit *Bentley* 16 mullos L^3 ς (*Beroaldus*) 23 semensa *MGδ* dimidiatum ς 24 eadem *om. V* 26 consueuerat (*sic*) *M*, considerat Π^1, censuerat *X* quadruplam *X* 27 sternuam *G*, stremam S^1, strennam *T*, *corr.* L^2S^2 (*cf. Aug.* 57)

communi sententia coercerent auctor fuit. eq(uiti) R(omano) iuris iurandi gratiam fecit, uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se numquam repudiaturum ante iurauerat. feminae famosae, ut ad euitandas legum poenas iure 2
ac dignitate matronali exoluerentur, lenocinium profiteri coeperant, et ex iuuentute utriusque ordinis profligatissimus quisque, quominus in opera scaenae harenaeque edenda senatus consulto teneretur, famosi iudicii notam sponte subibant; eos easque omnes, ne quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exilio adfecit. senatori latum clauum ademit, cum cognosset sub Kal. Iul. demigrasse in hortos, quo uilius post diem aedes in urbe conduceret. alium e quaestura remouit, quod uxorem pridie sortitionem ductam postridie repudiasset. ex- 36
ternas caerimonias, Aegyptios Iudaicosque ritus compescuit, coactis qui superstitione ea tenebantur religiosas uestes cum instrumento omni comburere. Iudaeorum iuuentutem per speciem sacramenti in prouincias grauioris caeli distribuit, reliquos gentis eiusdem uel similia sectantes urbe summouit, sub poena perpetuae seruitutis nisi obtemperassent. expulit et mathematicos, sed deprecantibus ac se artem desituros promittentibus ueniam dedit.

In primis tuendae pacis a grassaturis ac latrociniis se- 37
ditionumque licentia curam habuit. stationes militum per Italiam solito frequentiores disposuit. Romae castra constituit, quibus praetorianae cohortes uagae ante id tempus et per hospitia dispersae continerentur.

---

16 *Oros. VII 4, 17* Tiberius siquidem iuuentutem eorum (*Iudaeorum*) per speciem sacramenti in prouincias grauioris caeli relegauit, reliquos gentis eiusdem uel similia sectantes urbe submouit sub poena perpetuae seruitutis, nisi obtemperassent. 24 *Victor Caes. 2, 4* contractas undique cohortes praetorias, quae dispersae proximis municipiis seu Romae quaeque per domos habebantur, in castra apud urbem redegit: qua tenebantur praefecturam appellans, uel augens, praetorio: nam ceteros paritorum praesidesque Augustus instituerat (*cf. Suet. Aug. 49*).

---

2 iuris *corr. ex* ius *M* fecit ⟨ut⟩ *Erasmus, Madvig* 4 famosae *om.* Π^1*Q* deuitandas *S*, uitandā *G*, uitandas Π^1 7 opere *X* 8 tenerentur ς (*edd. princ., uulg.*) 9 perfugium *Ursinus* 10 cognouisset *GT* 12 e] ae *M*, *om.* *X'N*, et ς (*uulg. post edd. aliquot saec. XV*), a *Bentley* 13 sortitionem *MGV*[1], sortitione *rel.* (*uulg.*) 25 id] idem *T*

2 Populares tumultus et ortos grauissime coercuit et ne orerentur sedulo cauit. caede in theatro per discordiam admissa capita factionum et histriones, propter quos dissidebatur, relegauit, nec ut reuocaret umquam ullis populi pre-
3 cibus potuit euinci. cum Pollentina plebs funus cuiusdam primipilaris non prius ex foro misisset quam extorta pecunia per uim heredibus ad gladiatorium munus, cohortem ab urbe et aliam a Cotti regno dissimulata itineris causa detectis repente armis concinentibusque signis per diuersas portas in oppidum immisit ac partem maiorem plebei ac decurionum in perpetua uincula coiecit. aboleuit et ius moremque asylorum, quae usquam erant. Cyzicenis in ciues R. uiolentius quaedam ausis publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant.

4 Hostiles motus nulla postea expeditione suscepta per legatos compescuit, ne per eos quidem nisi cunctanter et necessario. reges infestos suspectosque comminationibus magis et querelis quam ui repressit; quosdam per blanditias atque promissa extractos ad se non remisit, ut Marobodum Germanum, [t]Rhascuporim Thracem, Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in formam prouinciae redegit.

---

15 *Eutrop. VII 11, 1* nusquam ipse pugnauit, bella per legatos gessit suos. *Oros. VII 4, 2* hic per semet ipsum nulla bella gessit, sed ne per legatos quidem aliqua grauia, nisi quod tantum aliquantis in locis praecogniti cito gentium tumores conprimebantur. 18 *Eutrop. VII 11, 2* quosdam reges per blanditias ad se euocatos numquam remisit, in quibus Archelaum Cappadocem, cuius etiam regnum in prouinciae formam redegit. *Epit. 2, 8* Cappadocas in prouinciam remoto Archelao rege eorum redegit. *cf. Victor Caes. 2, 3 Lyd. de mag. 3, 57* 19 *Victor Caes. 2, 4* Marobodus callide circumuentus, Sueborum rex. *Epit. 2, 8* Marobodum (*sic Landolfi cod.*) Sueuorum regem callide circumuenit.

---

1 et hortos $L^1\Pi^1$, exortos Π^2RL^3T et ne — cauit *om. V* 2 orerentur *M*, orir- *rel.* 3 quod *MG* 4 umquam *om. X* 6 exorta *MGVQ*[1] 10 plebis *X* 11 ius] eius LP^1, uim (ium P^2) $\Pi P^2 T$ (*pars edd.*) 12 usque erant *V*, usurpauerant *Bentley* 13 quiddam *Polak* mitridatico (mittri- *V*) *X'* 14 meruerant *δ* (*Beroaldus cum Tac. ann. IV 36*), meruerunt (promer- *G*) *Ω* 16 ne] nec $\Pi^2 R L^3$ (*uulg.*), *an* ⟨et⟩ ne? 17 suspectos[q]ue *Polak* 18 quaerellis *M*, q̄rulis *R* (*cf. Cal. 10*) 19 marbodum *V*, marabodum $\Pi^2 T$ 20 Rhascuporim *scripsi dubitanter* (Rhescuporim *Bentley*, Rhascypolim *Berould.*), thrascipolim (tr- *QT*, transci- Π^1) *MYT*, thrascypolim *GV*, thrascipolum *LPS* Archelaum Cappadocem *om. T*

Biennio continuo post adeptum imperium pedem porta **38** non extulit; sequenti tempore praeterquam in propinqua oppida et, cum longissime, Antio tenus nusquam afuit, idque perraro et paucos dies; quamuis prouincias quoque et exercitus reuisurum se saepe pronuntiasset et prope quotannis profectionem praepararet, uehiculis comprehensis, commeatibus per municipia et colonias dispositis, ad extremum uota pro itu et reditu suo suscipi passus, ut uulgo iam per iocum Callip⟨p⟩ides uocaretur, quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi prouerbio Graeco notatum est. sed or- **39** batus utroque filio, quorum Germanicus in Syria, Drusus Romae obierat, secessum Campaniae petit; constanti et opinione et sermone paene omnium quasi neque rediturus umquam et cito mortem etiam obiturus. quod paulo minus utrumque euenit; nam neque Romam amplius rediit [s]et paucos post dies iuxta Tarracinam in praetorio, cui Speluncae nomen est, incenante eo complura et ingentia saxa fortuito superne dilapsa sunt, multisque conuiuarum et ministrorum elisis praeter spem euasit.

Peragrata Campania, cum Capuae Capitolium, Nolae **40** templum Augusti, quam causam profectionis praetenderat, dedicasset, Capreas se contulit, praecipue delectatus insula, quod uno paruoque litore adiretur, saepta undique praeruptis immensae altitudinis rupibus et profundo mari[s]. statimque reuocante assidua obtestatione populo propter cladem, qua apud Fidenas supra uiginti hominum milia gladiatorio munere amphitheatri ruina perierant, transiit in continentem potestatemque omnibus adeundi sui fecit: tanto magis, quod urbe

25 *Oros. VII 4, 11* huius tamen imperii anno duodecimo noua et incredibilis clades apud Fidenatium urbem accidit: amphitheatri cauea populo gladiatorium munus spectante conlapsa est et plus quam uiginti milia hominum occidit.

3 adfuit *V*, aff- *LS*[1]*Π*[1], abf- *PS*[2]*T*, fuit *G* 9 gallipidis (gali- *T*) *MGX'*, gallipides *L*[2], gallipedes *T*, *corr. ed. Basil. a. 1533* (Callipides *ed. Paris. 1509 al.*; *cf. Cic. Att. XIII 12, 3 Otto, Sprichw. p. 66. 100*) 15 redit *G* et *Erasmus*, sed *MGX'*, sed et *T* 16 terracinam *GPST* 17 cenante ς (in cenantem eum *Lips.*) 18 delapsa ς *pars edd.* (*Roth*) 24 mari *Stephanus* 25 quam *MGδ*, quia *X* 27 pariebant *MG*, pariebat *δ* 28 magis ⟨mutato animo⟩ *uel* ⟨cunctis mirantibus⟩ *Polak*

egrediens ne quis se interpellaret edixerat ac toto itinere adeuntis submouerat.

41 Regressus in insulam rei p. quidem curam usque adeo abiecit, ut postea non decurias equitum umquam suppleriit, non tribunos militum praefectosque, non prouinciarum praesides ullos mutauerit, Hispaniam et Syriam per aliquot annos sine consularibus legatis habuerit, Armeniam a Parthis occupari, Moesiam a Dacis Sarmatisque, Gallias a Germanis uastari neglexerit: magno dedecore imperii nec minore discrimine.

42 ceterum secreti licentiam nanctus et quasi ciuitatis oculis remotis, cuncta simul uitia male diu dissimulata tandem profudit: de quibus singillatim ab exordio referam. in castris tiro etiam tum propter nimiam uini auiditatem pro Tiberio Biberius, pro Claudio Caldius, pro Nerone Mero uocabatur. postea princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco et L. Pisone noctem continuumque biduum epulando potandoque consumpsit, quorum alteri Syriam prouinciam, alteri praefecturam urbis confestim detulit, codicillis quoque iucundissimos et omnium horarum amicos professus.
2 Cestio Gall[i]o, libidinoso ac prodigo seni, olim ab Augusto ignominia notato et a se ante paucos dies apud senatum increpito cenam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret utque nudis puellis ministrantibus cenaretur. ignotissimum quaesturae candidatum nobilissimis anteposuit ob epotam in conuiuio propinante se uini amphoram. Asellio Sabino sestertia ducenta donauit pro

---

7 *Epit. 2, 9* resolutis militiae artibus Armenia per Parthos, Moesia a Dacis, Pannonia a Sarmatis, Gallia a finitimis gentibus direptae sunt (*cf. Victor Caes. 2, 3*). 10 *cf. Victor Caes. 2, 2* dum urbes et conuentus exsecratur, Capreas insulam quaesiuerat flagitiis obtentui. 13 *Epit. 2, 2* iste, quia Claudius Tiberius Nero dicebatur, eleganter a iocularibus Caldius Biberius Mero ob uinolentiam nominatus est.

---

1 qui *VL¹PΠ¹Q* (*Roth*) ac] a *V* 10 osculis *G* 11 remotis *MGX'*, remotus *Υ et fere edd.* 12 singulatim *G* 15 principes *M¹* correptione *ΥS* 16 pompeio (pompeo *R*) *QRSN* 18 alteri *om. V* 20 Cestio *Roth*, sestio (sestigio *V*, sextio *T*) Ω Gallo *V²* (*Torr.*), gallio *MGVRδ*, gaulio *LPS*, gauinio *T*, claudio *ΠQ et sic pro u. l. ss. in R*, gauro *N* 22 ea *om. G* 24 questura *G*, in questura *N*

dialogo, in quo boleti et ficedulae et ostreae et turdi certa-
men induxerat. nouum denique officium instituit a uoluptati-
bus, praeposito equite R. T. Caesonio Prisco. secessu uero 43
Caprensi etiam sellaria excogitauit, sedem arcanarum libi-
dinum, in quam undique conquisiti puellarum et exoletorum
greges monstrosique concubitus repertores, quos spintrias
appellabat, triplici serie conexi, in uicem incestarent coram
ipso, ut aspectu deficientis libidines excitaret. cubicula plu- 2
rifariam disposita tabellis ac sigillis lasciuissimarum pictura-
rum et figurarum adornauit librisque Elephantidis instruxit,
ne cui in opera edenda exemplar impe[t]ratae schemae de-
esset. in siluis quoque ac nemoribus passim Venerios locos
commentus est prost[r]antisque per antra et cauas rupes ex
utriusque sexus pube Paniscorum et Nympharum habitu, quae
palam iam et uulgo nomine insulae abutentes Caprineum
dictitabant.

Maiore adhuc ac turpiore infamia flagrauit, uix ut referri 44
audiriue, nedum credi fas sit, quasi pueros primae teneri-
tudinis, quos pisciculos uocabat, institueret, ut natanti sibi
inter femina uersarentur ac luderent lingua morsuque sensim
adpetentes; atque etiam quasi infantes firmiores, necdum
tamen lacte depulsos, inguini ceu papillae admoueret, pro-
nior sane ad id genus libidinis et natura et aetate. quare 2

---

6 *Lamprid. Heliog. 33, 1* libidinum genera quaedam inuenit, ut spintrias ueterum †malorum (imperatorum *Oberdick*) uinceret, et omnis apparatus Tiberii et Caligulae et Neronis norat. *cf. Victor Caes. 2, 1* 17. 23 *Eutrop. VII 11, 1* turpi libidine.

---

1 ostria *MG*, ostrea *XN* (*corr.* L^2N^2) 2 indixerant L^1PS, indixerat L^2TN^1 3 equi. *MGVLIIR*, equiti (*et tum* Romano) *Q* 4 capsi *V*, Capreensi *uulg.* (*ed. Aldina 1516*) sellariam *TT* 7 inuicem se *LS*, se inuicem *PT* 9 dispositis *Casaub.* 11 edendi *G* exemplarū petratae *T*; imperatae *e libro Tornacensi laudat Torr., sic primum legi in ed. Lugd. 1508* 12 quoque] que *X* iocos *POSTδ*, lucos L^1 (*Bentley*) 13 prostantesque *ΠQ*, prostrantisque *MV*, prostratisque *G*, prostrantesque *XR* 14 habituque (q̃; *V*, quae *Stephanus Roth*) palam *Ω*; qui *uel* quin *pro* que *coni. Bentley,* quem *G. Becker*, ob quae *Madvig*; habitu palamque ς (*edd. Rom. Ven. I, uulg.*) 15 uulgato *T* ab*untes M^1 (e *erasa?*) Caprum eum *Bentley* 17 uix *om. G* referre *G* 18 puros M^1, petros G^1 (?, peeros *g*), pusos *Solmas.* 20 sensum *Halbkart* 22 ceu] cecoo *G* 23 et (*ante* aetate) *om. V*

Parrasi quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore morigeratur, legatam sibi sub condicione, ut si argumento offenderetur decies pro ea sestertium acciperet, non modo praetulit, sed et in cubiculo dedicauit. fertur etiam in sacrificando quondam captus facie ministri acerram praeferentis nequisse abstinere, quin paene uixdum re diuina peracta ibidem statim seductum constupraret simulque fratrem eius tibicinem; atque utrique mox, quod mutuo flagitium exprobrarant, crura
45 fregisse. feminarum quoque, et quidem illustrium, capitibus quanto opere solitus sit inludere, euidentissime apparuit Malloniae cuiusdam exitu, quam perductam nec quicquam amplius pati constantissime recusantem delatoribus obiecit ac ne ream quidem interpellare desiit, ecquid paeniteret; donec ea relicto iudicio domum se abripuit ferroque transegit, obscaenitate[m] oris hirsuto atque olido seni clare exprobrata. unde mora in Atellanico exhodio ⟨*com. inc. frg. p. 333*⟩ proximis ludis adsensu maximo excepta percrebruit: h i r c u m u e t u l u m c a p r e i s n a t u r a m l i g u r i r e.

46 Pecuniae parcus ac tenax comites peregrinationum expeditionumque numquam salario, cibariis tantum sustentauit, una modo liberalitate ex indulgentia uitrici prosecutus, cum tribus classibus factis pro dignitate cuiusque, primae sescenta sestertia, secundae quadringenta distribuit, ducenta tertiae, quam non amicorum sed Graecorum appellabat.

47 Princeps neque opera ulla magnifica fecit — nam et quae sola susceperat, Augusti templum restitutionemque Pompeiani

---

19 *Eutrop. VII 11, 1* scelesta auaritia.

---

1 parrhasi (-ii *R*) *GVLPR*, pharrasii *ΠQ*, pharrasi S^1 ore *om. Υ* 3 protulit *XΥ* 4 et *om.* $M\Pi^1Q$ 6 qui *G* 8 exprobrarent *V*, -brabant Π^1, -brant *Q* 9 capitis quanto tempore *V* 11 productam *X* nec] ne $G\Upsilon L^2$ (nequiquam *G*), et ς (*edd. Rom. pr.*), ac *Bentley* 13 ecquid Π^2, ecquit Π^1Q, haecquid (hec- *G*) *MGR*, ecqui *V*, etquid *X* 14 obscenitate (obscaen- *M*) moris *Ω* (-tē oris $P\Pi^1Q$, -tē horis *V*, -tē moris *S*), *recte* TO^2ς 15 hircoso *Bentley* mora] nota P^2Tς (*uulg.*), nec mora ϱ, mox *uel* uox *Bentley* 18 ligurire *MGT*, ligurrire (-ne *V*) *rel.* (*edd.*) 20 solario *Υ* (*corr.* Q^2) 21 unam — liberalitatem (ra *om. V*) *X'* 22 sexcenta *GΠT*, sescentena (sex- *L*) *LPS* 24 grecorum (grec- *V*) *Ω* (g̃cor- *R*, g̃tor- *PΠ*, *inde* gratorum *Turnebus*) 25 nam *del. Lipsius* 26 id est *post* susceperat *add.* $\Upsilon' P^2$

theatri, imperfecta post tot annos reliquit — neque spectacula omnino edidit; et iis, quae ab aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid exposceretur, utique postquam comoedum Actium coactus est manumittere. paucorum senatorum inopia sustentata, ne pluribus opem ferret, negauit se aliis subuenturum, nisi senatui iustas necessitatium causas probassent. quo pacto plerosque modestia et pudore deterruit, in quibus Hortalum, Quinti Hortensi oratoris nepotem, qui permodica re familiari auctore Augusto quattuor liberos tulerat.

48 Publice munificentiam bis omnino exhibuit, proposito milies sestertium gratuito in trienni tempus et rursus quibusdam dominis insularum, quae in monte Caelio deflagrarant, pretio restituto. quorum alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus est facere, cum per senatus consultum sanxisset, ut faeneratores duas patrimonii partes in solo collocarent, debitores totidem aeris alieni statim soluerent, nec res expediretur; alterum ad mitigandam temporum atrocitatem. quod tamen beneficium tanti aestimauit, ut montem Caelium appellatione mutata uocari Augustum iusserit. militi post duplicata ex Augusti testamento 2 legata nihil umquam largitus est, praeterquam singula milia denariorum praetorianis, quod Seiano se non accommodassent, et quaedam munera Syriacis legionibus, quod solae nullam Seiani imaginem inter signa coluissent. atque etiam missiones ueteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem, ex morte compendium captans. ne prouincias quidem liberalitate ulla subleuauit, excepta Asia, disiectis terrae motu ciuitatibus.

27 *Oros. VII 4, 18* Asiae ciuitates illo (*§ 13*) terrae motu dirutas tributo dimisso propria etiam liberalitate (libertate *codd.*, *οἰκείᾳ δαπάνῃ Phlegon de mir. 13*) donauit.

2 alico *V*, alio *Perizon.* (*Polak*) 3 ne quid] neq: *M* 4 est *om. MGX'* aucorum *MG et tum* inoppia *M* (*cf. Herm. 36 p. 293*) 5 nequit *post* ferret *add. V* ulli *et tum* probasset *Polak* 6 necessitatum *GXT* 9 permodicaret *MG*, permodica'. ret *V* familiaris *Mδ*, -es *G* (permodicae rei familiaris *Bentley*, per modica rei familiaris *Bücheler*) 12 sestertio ς (*edd. princ.*), *cf. Iul. 50 p. 26, 24* et *post* rursus *iterant MG* 14 ⟨in⟩ magna *Bentley* 15 est *om. V* 19 beneficii *G*

49 Procedente mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. satis constat, Cn. Lentulum Augurem, cui census maximus fuerit, metu et angore ad fastidium uitae ab eo actum et ut ne quo nisi ipso herede moreretur; condemnatam et generosissimam feminam Lepidam in gratiam Quirini consularis praediuitis et orbi, qui dimissam eam e matrimonio post uicensimum annum ueneni olim in se comparati arguebat;
2 praeterea Galliarum et Hispaniarum Syriaeque et Graeciae principes confiscatos ob tam leue ac tam inpudens calumniarum genus, ut quibusdam non aliud sit obiectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent; plurimis etiam ciuitatibus et priuatis ueteres immunitates et ius metallorum ac uectigalium adempta; sed et Vononem regem Parthorum, qui pulsus a suis quasi in fidem p. R. cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, spoliatum perfidia et occisum.

50 Odium aduersus necessitudines in Druso primum fratre detexit, prodita eius epistula, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat; deinde et in reliquis. Iuliae uxori tantum afuit ut relegatae, quod minimum est, offici aut humanitatis aliquid impertiret, ut ex constitutione patris uno oppido clausam domo quoque egredi et commercio hominum frui uetuerit; sed et peculio concesso a patre praebitisque annuis fraudauit, per speciem publici iuris, quod
2 nihil de his Augustus testamento cauisset. matrem Liuiam grauatus uelut partes sibi aequas potentiae uindicantem, et congressum eius assiduum uitauit et longiores secretioresque sermones, ne consiliis, quibus tamen interdum et egere et uti solebat, regi uideretur. tulit etiam perindigne actum in senatu, ut titulis suis quasi Augusti, ita et L i u i a e f i l i u s
3 adiceretur. quare non p a r e n t e m p a t r i a e appellari, non ullum insignem honorem recipere publice passus est; sed et frequenter admonuit; maioribus nec feminae conuenientibus negotiis abstineret, praecipue ut animaduertit incendio iuxta

2 sat ς (*uulg.*) 3 coactum *Bentley* 4 et ut] et *N*, ut *Madvig* 6 e *om. G* 19 esset *C. F. W. Müller* 23 fraudauerit *Bentley* 25 sibi *om. V* 28 solere reges *G* uidetur *M*, uidentur *G* 29 ut] et *G* et] ut *Π*[1]*Q* Iuliae *Bentley* 30 appellari *om. G* (appellari — recipere *om. T*) 31 ullum] nullum *MV* 32 quod non *post* admonuit *add. T*

aedem Vestae et ipsam interuenisse populumque et milites,
quo enixius opem ferrent, adhortatam, sicut sub marito solita
esset. dehinc ad simultatem usque processit hac, ut ferunt, **51**
de causa. instanti saepius, ut ciuitate donatum in decurias
adlegeret, negauit alia se condicione adlecturum, quam si
pateretur ascribi albo extortum id sibi a matre. at illa
commota ueteres quosdam ad se Augusti codicillos de acer-
bitate et intolerantia morum eius e sacrario protulit atque
recitauit. hos et custoditos tam diu et exprobratos tam in-
feste adeo grauiter tulit, ut quidam putent inter causas se-
cessus hanc ei uel praecipuam fuisse. toto quidem triennio, 2
quo uiuente matre afuit, semel omnino eam nec amplius
quam uno die paucissimis uidit horis; ac mox neque aegrae
adesse curauit defunctamque et, dum aduentus sui spem fa-
cit, complurium dierum mora corrupto demum et tabido cor-
pore funeratam prohibuit consecrari, quasi id ipsa mandasset.
testamentum quoque eius pro irrito habuit omnisque ami-
citias et familiaritates, etiam quibus ea funeris sui curam
moriens demandauerat, intra breue tempus afflixit, uno ex iis,
equestris ordinis uiro, et in antliam condemnato.

Filiorum neque naturalem Drusum neque adoptiuum Ger- **52**
manicum patria caritate dilexit, alterius uitiis infensus. nam
Drusus fluxioris remissiorisque uitae erat. itaque ne mortuo
quidem perinde adfectus est, sed tantum non statim a funere
ad negotiorum consuetudinem rediit iustitio longiore inhibito.
quin et Iliensium legatis paulo serius consolantibus, quasi ob- 2
literata iam doloris memoria, irridens se quoque respondit
uicem eorum dolere, quod egregium ciuem Hecto-
rem amisissent. Germanico usque adeo obtrectauit, ut et

21 *Oros. VII 4, 9* filios suos Drusum et Germanicum, quorum Drusus naturalis, Germanicus adoptiuus erat, manifestis ueneni signis perdidit (*cf. p. 162, 13 154, 8*).

9 et (*post* diu) *om. V*   12 nec *om. Mδ, in G ss. m. 1*   13 ac *om. X'*   14 et *om. Gδ*   20 equestri *MVLPS* (*corr. L²*)   andiā *GH* (*in hoc hastula post* n *erasa*), antiliam *LST*, italiam *P*   21 naturalem Drusum neque *om. V*   Germanicum *om. G* (*in fine quaternionis*)   22 alterius ⟨uirtutibus, alterius⟩ uitiis *Lipsius*, alteri eius uitiis *et tum* offensus *Bentley*

praeclara facta eius pro superuacuis eleuarit et gloriosissimas
uictorias ceu damnosas rei p. increparet. quod uero Alexan-
dream propter immensam et repentinam famem inconsulto se
3 adisset, questus est in senatu. etiam causa mortis fuisse ei
per Cn. Pisonem legatum Syriae creditur, quem mox huius
criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi ea
secreto ostentant ⟨......⟩ quae multifariam inscriptum et per
noctes celeberrime adclamatum est: redde Germanicum!
quam suspicionem confirmauit ipse postea coniuge etiam ac
liberis Germanici crudelem in modum afflictis.

53 Nurum Agrippinam post mariti mortem liberius quiddam
questam manu apprehendit Graecoque uersu ⟨*com. Att. frg. III
p. 449 n. 212*⟩: si non dominaris, inquit, filiola, iniuriam
te accipere existimas? nec ullo mox sermone dignatus
est. quondam uero inter cenam porrecta a se poma gustare
non ausam etiam uocare desiit, simulans ueneni se crimine
arcessi; cum praestructum utrumque consulto esset, ut et ipse
temptandi gratia offerret et illa quasi certissimum exitium
2 caueret. nouissime calumniatus modo ad statuam Augusti
modo ad exercitus confugere uelle, Pandatariam relegauit con-
uiciantique oculum per centurionem uerberibus excussit. rur-
sus mori inedia destinanti per uim ore diducto infulciri ci-
bum iussit. sed et perseuerantem atque ita absumptam cri-
minosissime insectatus, cum diem quoque natalem eius inter
nefastos referendum suasisset, imputauit etiam, quod non

---

10 *et* p. 149, 15 (*cf.* p. 152, 23) *Oros. VII 4, 9* filios Germanici filii sui interfecit.

---

1 praeclare *Bentley* elueret *ΠQ*, eluderet *R*, eleuaret *ed. Ven. 1510 al. fort. recte* 2 ceu] ueluti *G* increparit *S*[2] (*ed. Iunt. 1510 al.*) 4 causam *L*[2] 5 creditur *G et V*[2] *in marg. incertum quam recte*, crederetur *ΠQ*, credebatur ς, *om. rel.*, *et sic Bentley legens antea* questus sit *et* fuerit 6 nisi ea secreto ostentant quae *MX'*, a senatu capitis dampnatum nec ea (ex *g*) secreto ostentant quae *G* (*interpol. ex Cal. 2*), nisi ea secreta obstarent per quae *Υ* (*uulg.*), nisi (*uel* ni) spes secreto (*uel* a Seiano) ostenta esset uitae. inter quae *Bentley, melius* nisi ea s. ostentant⟨i auferenda ipsumque iugulandum curasset. propter⟩ quae *Roth* 7 increpitum *Υ*, inferibuntur *G* 8 creberrime *Beroald.* (ς) 11 quidem *G* 15 quandam *G* 17 accersi *Ω* (-siri *Q*[2]) utrique *Polak* 18 exitium *G et S*[2] *pro u. l.* (*Beroald.*), exitum *rel.* 19 ad] et *M* 20 pandantariam *V*, pandatarum *Π*[1]*Q*, -tarium *Π*[2]*R* 22 deducto *VLPQ* 24 insectatus est *Υ* (*edd.*) 25 sanxisset *Bentley*

laqueo strangulatam in Gemonias abiecerit: proque tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiae agerentur et Capitolino Ioui donum ex auro sacraretur.

Cum ex Germanico tres nepotes, Neronem et Drusum et 54
Gaium, ex Druso unum Tiberium haberet, destitutus morte liberorum maximos natu de Germanici filiis, Neronem et Drusum, patribus conscriptis commendauit diemque utriusque tirocinii congiario plebei dato celebrauit. sed ut comperit ineunte anno pro eorum quoque salute publice uota suscepta, egit cum senatu, non debere talia praemia tribui nisi expertis et aetate prouectis. atque ex eo patefacta interiore 2
animi sui nota omnium criminationibus obnoxios reddidit uariaque fraude inductos, ut et concitarentur ad conuicia et concitati proderentur, accusauit per litteras amarissime congestis etiam probris et iudicatos hostis fame necauit, Neronem in insula Pontia, Drusum in ima parte Palatii. putant Neronem ad uoluntariam mortem coactum, cum ei carnifex quasi ex senatus auctoritate missus laqueos et uncos ostentaret, Druso autem adeo alimenta subducta, ut tomentum e culcita temptauerit mandere; amborum sic reliquias dispersas, ut uix quandoque colligi possent.

Super ueteres amicos ac familiares uiginti sibi e numero 55
principum ciuitatis depoposcerat uelut consiliarios in negotiis publicis. horum omnium uix duos anne tres incolumis praestitit, ceteros alium alia de causa perculit, inter quos cum plurimorum clade Aelium Seianum; quem ad summam potentiam non tam beniuolentia prouexerat, quam ut esset cuius ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumueniret,

---

22 *Oros. VII 4, 8* plurimos senatorum proscripsit et ad mortem coegit; uiginti sibi patricios uiros consilii causa legerat: horum uix duos incolumes reliquit, ceteros diuersis causis necauit.

---

8 plebeis *G*, plebi *ΠX* (*cf. p. 150, 21*) 9 publica *G* 14 concitarentur (*om.* ti prode) *G* conuiciati *Bentley* perderentur ς ingestis *Bentley* 15 hostes *GXT* 17 cum ei] cui *G* 20 culina *G* reliquiae dispersae *Gronov.* 24 omnium *in M ss. m. 1 uel m. 2, om. Orosius* (*Roth*) anne] siue *G*, aut *TN* 25 alia *usque* clade *om. V* 26 summa *M* 27 beniuolentiam *VR* quam ut] qui autem *V*

nepotemque suum ex Druso filio naturalem ad successionem imperii confirmaret.

56 Nihilo lenior in conuictores Graeculos, quibus uel maxime adquiescebat, Xenonem quendam exquisitius sermocinantem cum interrogasset, quaenam illa tam molesta dialectos esset, et ille respondisset Doridem, relegauit Cinariam, existimans exprobratum sibi ueterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur. item cum soleret ex lectione cotidiana quaestiones super cenam proponere comperissetque Seleucum grammaticum a ministris suis perquirere, quos quoque tempore tractaret auctores, atque ita praeparatum uenire, primum a contubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulit.

57 Saeua ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus rhetoricae praeceptor et perspexisse primus sagaciter et assimulasse aptissime uisus est, subinde in obiurgando appellans eum πηλὸν αἵματι πεφυραμένον, id est lutum a sanguine maceratum. sed aliquanto magis in principe eluxit, etiam inter initia cum adhuc fauorem hominum
2 moderationis simulatione captaret. scurram, qui praetereunte funere clare mortuo mandarat, ut nuntiaret Augusto nondum reddi legata quae plebei reliquisset, adtractum ad se recipere debitum ducique ad supplicium imperauit et patri suo uerum referre. nec multo post in senatu Pompeio cuidam equiti R. quiddam pernegantі, dum uincula minatur, affirmauit fore ut ex Pompeio Pompeianus fieret, acerba cauillatione simul hominis nomen incessens ueteremque par-
58 tium fortunam. sub idem tempus consulente praetore an iudicia maiestatis cogi iuberet, exercendas esse leges respondit et atrocissime exercuit. statuae quidam Augusti caput dem-

4 Zenonem ς (*uulg.*) 6 cynariam *LP*, cynaram (*uel* cin-) *pars edd. post Bonon. a. 1488*, (a)enariam ς (*ed. Basil. 1533*) 9 comperissetque GVL^2PSR, comperisset ML^1, et comperisset $\Pi QTN\delta$ (*Roth*) 10 quoque] que *V* 14 cadareus (cath- *T*) Ω, Gad- *primum legi in ed. anonyma (a. 1472?) et in ed. a. 1480* 15 assimilasse *M* 16 id est — maceratum *del. ed. Iunt. a. 1510* 19 praetereuntē *MX'* 20 funus *X'*, funeri *et ss.* † funere L^2 (*hoc etiam ss. in S*) clare] patre *V*, *om. X* (*add.* L^2S^2), ad aurem *R. Unger* nuntiarat *M* 21 plebeis *G*, plebi Π^1X (*cf. p. 149, 8*) 22 dicique *M* ut — referret *Polak* 24 dum in *G* 26 ueterumque *cum codice Torrentii pars edd.* (*Roth*) 28 esset MVQ^1 29 augusto M^1

pserat, ut alterius imponeret; acta res in senatu et, quia ambigebatur, per tormenta quaesita est. damnato reo paulatim genus calumniae eo processit, ut haec quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum seruum cecidisse, uestimenta mutasse, nummo uel anulo effigiem impressam latrinae aut lupanari intulisse, dictum ullum factumue eius existimatione aliqua laesisse. perit denique et is, qui honorem in colonia sua eodem die decerni sibi passus est, quo decreti et Augusto olim erant.

Multa praeterea specie grauitatis ac morum corrigendo- 59
rum, sed et magis naturae optemperans, ita saeue et atrociter factitauit, ut nonnulli uersiculis ⟨*FPR p. 359*⟩ quoque et praesentia exprobrarent et futura denuntiarent mala:

Asper et immitis, breuiter uis omnia dicam?
  dispeream, si te mater amare potest.

Non es eques; quare? non sunt tibi milia centum;
  omnia si quaeras, et Rhodus exilium est.

Aurea mutasti Saturni saecula, Caesar:
  incolumi nam te ferrea semper erunt.

Fastidit uinum, quia iam sitit iste cruorem:
  tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.

Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam 2
  et Marium, si uis, aspice, sed reducem,
nec non Antoni ciuilia bella mouentis
  non semel infectas aspice caede manus,
et dic: Roma perit! regnauit sanguine multo,
  ad regnum quisquis uenit ab exilio.

---

3 hoc genus *uulg.* (*primum legi in ed. anon.* [*a. 1472?*]) 5 aut] uel *LPT* 7 periit *XT* 8 quod *MX'*, *corr. L²S² et V in marg.* 11 sed et] sed *G*, sed re *P. Thomas* 14 speret *G*, asper es *Heinsius* 16 Non es] ones *MVL¹P¹*, om̄is *uel* oñis *P²ST* (*recte L²*) 17 nomina *et* en (*pro* et) *Heinsius* 21 tam bibet *Gruter.* ante *om. V* 22 Aspice et *M*, Aspiçece *V* rem̊ula *G* (*sic m. 1*) 23 reduces *mauult Bährens* 24 nec] ne *MVLQ*, *corr. V in marg. m. 1* 26 regnabit *ΠQ* (*uulg.*) 27 quisquis *Gς*, quisque (quisq: *M*) *rel.*

quae primo, quasi ab impatientibus remedi⟨or⟩um ac non tam ex animi sententia quam bile et stomacho fingerentur, uolebat accipi dicebatque identidem: oderint, dum probent. dein uera plane certaque esse ipse fecit fidem.

60 In paucis diebus quam Capreas attigit piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit, territus quod is a tergo insulae per aspera et deuia erepsisset ad se; gratulanti autem inter poenam, quod non et lucustam, quam praegrandem ceperat, obtulisset, lucusta quoque lacerari os imperauit. militem praetorianum ob subreptum e uiridiario pauonem capite puniit. in quodam itinere lectica, qua uehebatur, uepribus impedita exploratorem uiae, primarum cohortium centurionem,
61 stratum humi paene ad necem uerberauit. mox in omne genus crudelitatis erupit numquam deficiente materia, cum primo matris, deinde nepotum et nurus, postremo Seiani familiares atque etiam notos persequeretur; post cuius interitum uel saeuissimus extitit. quo maxime apparuit, non tam ipsum ab Seiano concitari solitum, quam Seianum quaerenti occasiones sumministrasse; etsi commentario, quem de uita sua summatim breuiterque composuit, ausus est scribere Seianum se punisse, quod comperisset furere aduersus liberos Germanici filii sui; quorum ipse alterum suspecto iam, alterum oppresso demum Seiano interemit.

2 Singillatim crudeliter facta eius exequi longum est; genera, uelut exemplaria saeuitiae, enumerare sat erit. nullus a poena hominum cessauit dies, ne religiosus quidem ac sa-

---

3 *cf. Cal. 30* 14 sqq. *Victor Caes. 2, 1* atrocius puniens insontes noxios, suos pariter externosque. *cf. Eutrop. VII 11, 1 Oros. VII 4, 10* 25 *Oros. l. l.* referre singillatim facta eius horret pudetque.

---

1 remedi⟨or⟩um *Graevius*, remedii *Stephanus*, Romae domini *uel* dominii *uulg.* (Romae *om. ed. Rom. II*) 2 bile] ut bibe *V*, ut bile *ST*, um bile L^1 (um *del. m. 2*), **bile *P* 5 attigi *M* 7 is *om. V* 8 repsisset *XN* 9 locustam *TLPT* 10 locusta *TVLPT* impetrauit *MVL¹S* 11 uiridario *GQTN*, uiridiano *V* 12 punit *LS*, -iuit *PTN* quę *G* 13 praetoriarum *Lipsius* 18 sęuissimum *et* maximo *G* 19 Seianum] seiano *LPS*, seiani *R* 20 et sic *LST*, etsi ⟨in⟩ *P. Thomas* 23 filii sui *del. Torr.* ipsa *M* suscepto suspecto *M*, suscepto *V* (susp. iam alt. *om. T*) 27 hominum] omnino *Heinsius*, *Graevius*

cer; animaduersum in quosdam ineunte anno nouo. accusati damnatique multi cum liberis atque etiam a liberis suis. interdictum ne capite damnatos propinqui lugerent. decreta accusatoribus praecipua praemia, nonnumquam et testibus.
nemini delatorum fides abrogata. omne crimen pro capitali 3
receptum, etiam paucorum simpliciumque uerborum. obiectum est poetae, quod in tragoedia Agamemnonem probris lacessisset; obiectum et historico, quod Brutum Cassiumque ultimos Romanorum dixisset; animaduersum statim in auctores scriptaque abolita, quamuis probarentur ante aliquot an-
nos etiam Augusto audiente recitata. quibusdam custodiae 4
traditis non modo studendi solacium ademptum, sed etiam sermonis et conloqui usus. citati ad causam dicendam partim se domi uulnerauerunt certi damnationis et ad uexationem ignominiamque uitandam, partim in media curia uenenum hauserunt; et tamen conligatis uulneribus ac semianimes palpitantesque adhuc in carcerem rapti. nemo punitorum non in Gemonias abiectus uncoque tractus, uiginti uno die abiecti
tractique, inter eos feminae et pueri. immaturae puellae, quia 5
more tradito nefas esset uirgines strangulari, uitiatae prius a carnifice, dein strangulatae. mori uolentibus uis adhibita uiuendi. nam mortem adeo leue supplicium putabat, ut cum audisset unum e reis, Carnulum nomine, anticipasse eam, exclamauerit: Carnulus me euasit. et in recognoscendis custodiis precanti cuidam poenae maturitatem respondit: nondum
tecum in gratiam redii. annalibus suis uir consularis in- 6
seruit, frequenti quodam conuiuio, cui et ipse affuerit, inter-

---

1 nouo *om. G* 2 cum liberis (*om. Qε*, cum *om.* *Π*[1]) *Ω*, cum libertis *Roth*, cum coniugibus ς (*Polak*) a liberis *MGV*, liberis *XT* (*Roth*), uxoribus ς (*ed. Rom. II*, *uulg.*), *om.* (*cum seq.* suis) ϱ 7 agamemnonē *corr. ex* agamemnoni *M* (*m. 1?*), agamennonem (-menonem *LT*) *GXT*, Agamemnone ⟨principem⟩ *G. Becker* propriis *MLPSδ* (*corr.* P^2), probriis *V*, *om. Π* 8 incessisset (*uel* Agamemnoni probra ingessisset) *Bentley*, lacerasset *Lipsius* 11 custodia *MVT*, in custodia *δ* 14 et *X′*, sed *MGT*, sed et *Graevius* 17 non in *M*, non et in *rel.*, *fort. rectius* 18 obiectus *X′* *numerum* (xx· *R*) *corruptum putant multi* abiecti tractique *del. Torr.* 20 traditione fas *MVδ*, traditionis fas *G* 21 a *om. MGVδε* 23 carrulum *R*P^2*T* eam (*corr. m. 1 ex* iam, *uix* tam) exclamauerat *M* 24 carrulus *MVRPOST*, carn- *cum GLΠQ etiam HN* 27 quoddam *M*, quondam G^3ς, *edd. Ven. 1 et pleraeque* affuerat *Q*

rogatum eum subito et clare a quodam nano astante mensae inter copreas, cur Paconius maiestatis reus tam diu uiueret, statim quidem petulantiam linguae obiurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse senatui, ut de poena Paconi quam primum statueret.

62 Auxit intenditque saeuitiam exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi. quem cum morbo et intemperantia perisse existimaret, ut tandem ueneno interemptum fraude Liuillae uxoris atque Seiani cognouit, neque tormentis neque supplicio cuiusquam pepercit, soli huic cognitioni adeo per totos dies deditus et intentus, ut Rhodiensem hospitem, quem familiaribus litteris Romam euocarat, aduenisse sibi nuntiatum torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessariis quaestioni adesset, deinde errore detecto et occidi, ne uulgaret
2 iniuriam. carnificinae eius ostenditur locus Capreis, unde damnatos post longa et exquisita tormenta praecipitari coram se in mare iubebat, excipiente classiariorum manu et contis atque remis elidente cadauera, ne cui residui spiritus quicquam inesset. excogitauerat autem inter genera cruciatus etiam, ut larga meri potione per fallaciam oneratos, repente ueretris deligatis, fidicularum simul urinaeque tormento dis-
3 tenderet. quod nisi eum et mors praeuenisset et Thrasyllus consulto, ut aiunt, differre quaedam spe longioris uitae compulisset, plures aliquanto necaturus ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur, cum et Gaium suspectum haberet et Tiberium ut ex adulterio conceptum aspernaretur. nec abhorret a uero; namque identidem felicem Priamum uocabat, quod superstes omnium suorum extitisset.

63 Quam inter haec non modo inuisus ac detestabilis, sed praetrepidus quoque atque etiam contumeliis obnoxius uixerit, multa indicia sunt. haruspices secreto ac sine testibus con-

1 quoddam *M* 2 copreas *MVR*, capreas *rel.* (*cf. Claud.* 8) pauconius *Υ* 4 pauconii *Υ* 7 et] ex *Cornelissen* intemperantiam *Mδ* 8 ueneno *om. ΠQ*, *post* interemptum *habet S* interceptum *Bentley* 10 cuiquam *G* 12 euocarat (-uerat) ς (*Beroald.*), euocabat *Ω* (euocabat romam *G*) 17 mare *Π¹QPT*, mari *rel.* (*Ω*) 20 larga *corr. ex* largi (*m. 1?*) *M* 23 impulisset *Bentley* 25 nepotibus *om. G* 30 etiam contumeliis *del. Salmasius*

suli uetuit. uicina uero urbi oracula etiam dis[s]icere conatus
est, sed maiestate Praenestinarum sortium territus destitit,
cum obsignatas deuectasque Romam non repperisset in arca
nisi relata rursus ad templum. unum et alterum consulares 2
oblatis prouinciis non ausus a se dimittere usque eo detinuit,
donec successores post aliquot annos praesentibus daret,
cum interim manente officii titulo etiam delegaret plurima
assidue, quae illi per legatos et adiutores suos exequenda
curarent. nurum ac nepotes numquam aliter post damnatio- **64**
nem quam catenatos obsutaque lectica loco mouit, prohibitis
per militem obuiis ac uiatoribus respicere usquam uel con-
sistere.

Seianum res nouas molientem, quamuis iam et natalem **65**
eius publice celebrari et imagines aureas coli passim uideret,
uix tandem et astu magis ac dolo quam principali auctoritate
subuertit. nam primo, ut a se per speciem honoris dimitte-
ret, collegam sibi assumpsit in quinto consulatu, quem longo
interuallo absens ob id ipsum susceperat. deinde spe affini-
tatis ac tribuniciae potestatis deceptum inopinantem crimina-
tus est pudenda miserandaque oratione, cum inter alia patres
conscriptos precaretur, mitterent alterum e consulibus, qui
se senem et solum in conspectum eorum cum aliquo militari
praesidio perduceret. sic quoque diffidens tumultumque me- 2
tuens Drusum nepotem, quem uinculis adhuc Romae con-
tinebat, solui, si res posceret, ducemque constitui praecepe-
rat. aptatis etiam nauibus ad quascumque legiones medita-
batur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem signa,
quae, ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque factum
foret, mandauerat. uerum et oppressa coniuratione Seiani

13 *Oros. VII 4, 8* Seianum praefectum suum res nouas molientem interfecit. *cf. Einhard. 6*

1 disicere *T* 4 relatas *T* 5 ausus a se] ausa se *M*, ausus *LPS* (a se *post* dimittere *in marg. add. in P*) eo] eo ṣẹ *M*, adeo *Π* 8 assidueq(ue) *GΠ* (*uulg.*), assidueque quae *ed. Iunt. 1510* 14 passim coli *G* 17 absumpsit *MR*, ads- *GPS* (*Roth*) 24 pronepotem *G* in uinculis *G* (*Graevius*) 25 ducem *M*, et ducem *Salmasius fort. recte* 26 apparatis *Bentley* 28 ne *om. T*

nihilo securior aut constantior per nouem proximos menses non egressus est uilla, quae uocatur Ionis.

66 Vrebant insuper anxiam mentem uaria undique conuicia,
nullo non damnatorum omne probri genus coram uel per
libellos in orchestra positos ingerente. quibus quidem diuer-
sissime adficiebatur, modo ut prae pudore ignota et celata
cuncta cuperet, nonnumquam eadem contemneret et proferret
ultro atque uulgaret. quin et Artabani Parthorum regis lace-
ratus est litteris parricidia et caedes et ignauiam et luxuriam
obicientis monentisque, ut uoluntaria morte maximo iustissi-
67 moque ciuium odio quam primum satis faceret. postremo
semet ipse pertaesus, tali[s] epistulae principio tantum non
summam malorum suorum professus est: quid scribam uobis, p. c., aut quo modo scribam, aut quid omnino non scribam hoc tempore, dii me deaeque peius perdant quam cotidie perire sentio, si scio.

2 Existimant quidam praescisse haec eum peritia futurorum
ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas et infamia ma-
neret, prospexisse; ideoque, ut imperium inierit, et patris
patriae appellationem et ne in acta sua iuraretur obstinatis-
sime recusasse, ne mox maiore dedecore impar tantis hono-
3 ribus inueniretur. quod sane ex oratione eius, quam de utra-
que re habuit, colligi potest; uel cum ait: similem se semper sui futurum nec umquam mutaturum mores suos, quam diu sanae mentis fuisset; sed exempli causa cauendum esse, ne se senatus in acta cuiusquam obligaret, quia aliquo casu mutari posset. et rursus:

4 Si quando autem, inquit, de moribus meis deuotoque uobis animo dubitaueritis, — quod prius quam eueniat, opto ut me supremus dies huic mutatae ue-

2 iouis *Lδς edd.* (de uilla Iouis *Q*[2] *in marg.*), Iunonis *Heinsius* (*cf. Herm. 36 p. 287 sqq.*) 4 per *LPOT, om. rel., in marg. add. V* (*m. 1 ut uid.*) *et Q*[2] (*inde* libello . . . proposito *aliuque temptauit Bentley*) 7 caperet *X* conteneret *M*, contineret *GT* 12 tali *Muretus* (partę sustalis *M*) principia *G* 16 perire me cotidie *Tac. ann. VI 6, inde* me *addi uolunt post* quam *Wölfflin, post* perire *Bentley* si *om. MGT* (*del. P*[2]) 17 praescisse (pręcisse *G*) haec *del. G. Becker* 18 ac multo] multo *M* (*G. Becker*), multoque *Bentley* 22 ex *M T*, et ex *rel.* (*uulg.*) *nescio an melius* 27 q (ia *supra*) *P* (ia *in ras. m. 2*), qui *Beroald.* (*uulg.*)

strae de me opinioni eripiat — nihil honoris adiciet mihi patria appellatio, uobis autem exprobrabit aut temeritatem delati mihi eius cognominis aut inconstantiam contrarii de me iudicii.

Corpore fuit amplo atque robusto, statura quae iustam 68 excederet; latus ab umeris et pectore, ceteris quoque membris usque ad imos pedes aequalis et congruens; sinistra manu agiliore ac ualidiore, articulis ita firmis, ut recens et integrum malum digito terebraret, caput pueri uel etiam adulescentis talitro uulneraret. colore erat candido, capillo 2 pone occipitium summissiore ut ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo uidebatur; facie honesta, in qua tamen crebri et subiti tumores, cum praegrandibus oculis et qui, quod mirum esset, noctu etiam et in tenebris uiderent, sed ad breue et cum primum e somno patuissent; deinde rursum hebescebant. incedebat ceruice rigida et obstipa, adducto fero 3 uultu, plerumque tacitus, nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone eoque tardissimo, nec sine molli quadam digitorum gesticulatione. quae omnia ingrata atque arrogantiae plena et animaduertit Augustus in eo et excusare temptauit saepe apud senatum ac populum professus naturae uitia esse, non animi. ualitudine prosperrima usus est, tempore 4 quidem principatus paene toto prope inlaesa, quamuis a tricesimo aetatis anno arbitratu eam suo rexerit sine adiumento consilioue medicorum.

Circa deos ac religiones neglegentior, quippe addictus 69 mathematicae plenusque persuasionis cuncta fato agi, tonitrua tamen praeter modum expauescebat et turbatiore caelo numquam non coronam lauream capite gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis.

---

5 sqq. *Einhard. 22* corpore fuit amplo atque robusto, statura eminenti (*cf. Cal. 50*), quae tamen iustam non excederet . . . oculis praegrandibus (*l. 13*) ac uegetis (*cf. Iul. 45*) . . . incessu firmo (*l. 16*).

---

2 patriae P^2, patris *T*, patris patriae ς (*Torr.*) 5 fuit *post* robusto *G* 11 subtegeret *XN* 15 a somno Π^1ς (*Roth al.*) 19 atque] et *GT* 21 sepe temptauit *G* ac] et *X* 23 prope *del.* P^2, *om. ST* 27 persuasione *G*, persuasionibus $\Pi^2 R$ 29 gestabat *HN* 30 frondis] arboris *G*

70 Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. in oratione Latina secutus est Coruinum Messalam, quem senem adulescens obseruarat. sed adfectatione et morositate nimia obscurabat stilum, ut aliquanto ex tempore quam a
2 cura praestantior haberetur. composuit et carmen lyricum, cuius est titulus conquestio de morte L. Caesaris. fecit et Graeca poemata imitatus Euphorionem et Rhianum et Parthenium, quibus poetis admodum delectatus scripta omnium et imagines publicis bibliothecis inter ueteres et praecipuos auctores dedicauit; et ob hoc plerique eruditorum cer-
3 tatim ad eum multa de his ediderunt. maxime tamen curauit notitiam historiae fabularis usque ad ineptias atque derisum; nam et grammaticos, quod genus hominum praecipue, ut diximus, appetebat, eius modi fere quaestionibus experiebatur: quae mater Hecubae, quod Achilli nomen inter uirgines fuisset, quid Sirenes cantare sint solitae. et quo primum die post excessum Augusti curiam intrauit, quasi pietati simul ac religioni satis facturus Minonis exemplo ture quidem ac uino uerum sine tibicine supplicauit, ut
71 ille olim in morte filii. sermone Graeco quamquam alioqui promptus et facilis, non tamen usque quaque usus est abstinuitque maxime in senatu; adeo quidem, ut monopolium nominaturus ueniam prius postularet, quod sibi uerbo peregrino utendum esset. atque etiam cum in quodam decreto patrum ἔμβλημα recitaretur, commutandam censuit uocem et pro peregrina nostratem requirendam aut, si non reperiretur, uel pluribus et per ambitum uerborum rem enuntiandam.

---

1 *Einhard. 25* artes liberales studiosissime coluit. 4 *Epit. 2, 5* repentinis responsionibus aut consiliis melior quam meditatis. *cf. Victor Caes. 2, 1* ingenio ad repentina longe acriore.

---

6 conquaesitio *M*, conquesitio *VL*, conquisitio *Tδ* 8 omnium] eorum *uulg. post edd. princ.* (quibus *usque* omnium *om.* LP^1), omni⟨a eor⟩um *Sakellaropulos* 12 atque] et *G* 18 facturis M^1 minonis (mil- *T*) *MX'ΠR*, minois *GQ* (*cf. Galba 2*) 19 thure *GΠQLPT* 20 alioquin G^1X (*in G corr. m. antiqua*), alias ς (*edd. Rom. Ven. I, uulg.*) 23 prius ueniam *ΠQ* (*uulg.*) postularit *Erasmus* 24 cum *post* patrum *ponunt ΠQ* 25 ЄΜΒΛЄΜᴧ *MVLS* (ᴧ *pro* Λ *in LST*), *lacuna in P, om. T* censuerit *Erasmus* 26 nostratim *MGδ* aut] ut *M* non *om. V* 27 uerbis *Bentley*

militem quoque Graece testimonium interrogatum nisi Latine respondere uetuit.

Bis omnino toto secessus tempore Romam redire conatus, **72** semel triremi usque ad proximos naumachiae hortos subuectus est disposita statione per ripas Tiberis, quae obuiam prodeuntis submoueret, iterum Appia usque ad septimum lapidem; sed prospectis modo nec aditis urbis moenibus rediit, primo incertum qua de causa, postea ostento territus. erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetu- 2 dine manu sua cibaturus cum consumptum a formicis inuenisset, monitus est ut uim multitudinis caueret. rediens ergo propere Campaniam Asturae in languorem incidit, quo paulum leuatus Cerceios pertendit. ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis non tantum interfuit, sed etiam missum in harenam aprum iaculis desuper petit; statimque latere conuulso et, ut exaestuarat, afflatus aura in grauiorem recidit morbum. sustentauit tamen aliquamdiu, quam- 3 uis Misenum usque deuectus nihil ex ordine cotidiano praetermitteret, ne conuiuia quidem aut ceteras uoluptates partim intemperantia partim dissimulatione. nam Chariclen medicum, quod commeatu afuturus e conuiuio egrediens manum sibi osculandi causa apprehendisset, existimans temptatas ab eo uenas, remanere ac recumbere hortatus est cenamque protraxit. nec abstinuit consuetudine quin tunc quoque instans in medio triclinio astante lictore singulos ualere dicentis appellaret. interim cum in actis senatus legisset dimissos ac **73** ne auditos quidem quosdam reos, de quibus strictim et nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat, pro contempto se habitum fremens repetere Capreas quoquo modo destinauit, non temere quicquam nisi ex tuto ausurus. sed tempestatibus et ingrauescente ui morbi retentus paulo post obiit in uilla Lucullana octauo et septuagesimo aetatis anno, tertio

31 sqq. *Eutrop. VII 11,3* tertio et uicesimo imperii anno, aetatis sep-

2 uoluit *Π*, uetuerit *Bentley* 5 est *del. Roth* 8 primum *R* 9 ei *om. M* 12 in Camp. *Stephanus* statim *post* Asturae *add. POST* 13 circeios (cyr- *L*) *GXQ* (*cf. Aug. 16*) 15 petiit *T* 19 parintemperantia *M*[1], parint(IN)imperantia (*sic*) *M*[2] 25 singulis *MX'* dicentis *MVL*[1]*P*[1], dicentes (-te *T*) *rel. et L*[3]*P*[2] 30 sed et ς (*ed. Rom. II, uulg.*)

et uicesimo imperii, XVII. Kal. Ap. Cn. Acerronio Proculo
a. 37 C. Pontio Nigr⟨in⟩o conss.

2 Sunt qui putent uenenum ei a Gaio datum lentum atque tabificum; alii, in remissione fortuitae febris cibum desideranti negatum; nonnulli, puluinum iniectum, cum extractum sibi deficienti anulum mox resipiscens requisisset. Seneca eum scribit intellecta defectione exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse, dein rursus aptasse digito et compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem; subito uocatis ministris ac nemine respondente consurrexisse nec procul a lectulo deficientibus uiribus concidisse.

74 Supremo natali suo Apollinem Temenitem et amplitudinis et artis eximiae, aduectum Syracusis ut in bibliotheca templi noui poneretur, uiderat per quietem affirmantem sibi non posse se ab ipso dedicari. et ante paucos quam obiret dies, turris Phari terrae motu Capreis concidit. ac Miseni cinis e fauilla et carbonibus ad calficiendum triclinium inlatis, extinctus iam et diu frigidus, exarsit repente prima uespera atque in multam noctem pertinaciter luxit.

75 Morte eius ita laetatus est populus, ut ad primum nuntium discurrentes pars: Tiberium in Tiberim! clamitarent, pars Terram matrem deosque Manes orarent, ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent, alii uncum et Gemonias cadaueri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae cru-
2 delitatis etiam recenti atrocitate. nam cum senatus consulto cautum esset, ut poena damnatorum in decimum semper diem

---

tuagesimo octauo ... mortuus est in Campania. *Victor Caes. 3,1* cum imperium tres atque uiginti, aeui octogesimum uno minus annos egisset. *Epit. 2, 10* post septuagesimum octauum annum et mensem quartum *2,1* imperauit annis uiginti tribus. *Oros. VII 4, 1 Auson. 258, 3* 3 *Victor Caes. 3, 1* Claudio febri an (ferian *codd.*) insidiis oppresso. *Epit. 2, 10* insidiis Caligulae extinctus est. *Oros. VII 4, 18* ambiguis signis ueneni obiit. 20 *Eutrop. VII 11, 3* ingenti omnium gaudio mortuus est.

---

1 aprilis *GΠQPT* 2 nigro *Ω*, *corr. Torr. al.* 3 atque] quoque *L*P^{1}*S*, quoque et P^{2}*T* 8 tradendum parum pertenuisse *G* 9 subitoque *cod. Torr.* 12 tementem *G* 16 miseni icini se *M*, misenu cinis e *G* 17 calficiendum *GV*L^{1}*S*, ficiendum *M*, calfaciendum *P* (*Roth*), calefac- *TT*, calefic- L^{2} illatis ς, inlatus (ill- *GTP*S^{2}*T*) *Ω* 20 Mortem *MHGVR* (eius mortem *H*) 21 mittendum *post* Tiberim *add. G*, praecipitandum *post* clamitarent P^{2}*STN*

differretur, forte accidit ut quorundam supplicii dies is esset, quo nuntiatum de Tiberio erat. hos implorantis hominum fidem, quia absente adhuc Gaio nemo extabat qui adiri interpellarique posset, custodes, ne quid aduersus constitutum facerent, strangulauerunt abieceruntque in Gemonias. creuit 3
igitur inuidia, quasi etiam post mortem tyranni saeuitia permanente. corpus ut moueri a Miseno coepit, conclamantibus plerisque Atellam potius deferendum et in amphitheatro semiustilandum, Romam per milites deportatum est crematumque publico funere.

Testamentum duplex ante biennium fecerat, alterum sua, 76
alterum liberti manu, sed eodem exemplo, obsignaueratque etiam humillimorum signis. eo testamento heredes aequis partibus reliquit Gaium ex Germanico et Tiberium ex Druso nepotes substituitque in uicem; dedit et legata plerisque, inter quos uirginibus Vestalibus, sed et militibus uniuersis plebeique Romanae uiritim atque etiam separatim uicorum magistris.

---

5 stranguillauerunt *MQR*, transgula- *S* 11 alterum sua *om. GV* 12 liberati *M*, libertini *T*

subscr. tiberius liber III. explicit. incipit caligula liber IIII. feliciter *MV et sim. T* (feliciter *om. R*, gaius caligula *Q*, g. *pro* caligula *Π*) c. suetonii tranq. de uita cęsarum tiberius liber III. explič. incipit. caligula liber IIII. felič. *G* explicit lib. tercius. incipit de caligulo lib. IIII. *L et sim. ST* tiberius lib. tertius explicit *P*





C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM

LIBER IIII

C. CALIGVLA

1 Germanicus, C. Caesaris pater, Drusi et minoris Antoniae filius, a Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante quam per leges liceret et post eam consulatum statim gessit, missusque ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones uniuersas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantis et sibi summam rei p. deferentis incertum pietate an constantia maiore compescuit atque hoste
2 mox deuicto triumphauit. consul deinde iterum creatus ac prius quam honorem iniret ad componendum Orientis statum expulsus, cum Armeniae regem deuicisset, Cappadociam in prouinciae formam redegisset, annum agens aetatis quartum et tricensimum diuturno morbo Antiochiae obiit non sine ueneni suspicione. nam praeter liuores, qui toto corpore erant, et spumas, quae per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cuius ea natura existi-

cf. Lampr. Comm. 10, 2 qui Tranquilli librum uitam Caligulae continentem legerat. 1 *Eutrop VII 12, 1*

1 C. (gai *H*, gaii *PR*) *om. G* 10 expulsus] ex s. c. missus *Bentley* deiecisset *uel* dedisset *Lipsius* (*hoc probatum plerisque*), delegisset *O. Clason* 14 erant] extiterant *Graevius*, parebant *Heinsius*, comparuerant *Oud.*

matur, ut tinctum ueneno igne confici nequeat. obiit autem, 2
ut opinio fuit, fraude Tiberi, ministerio et opera Cn. Pisonis,
qui sub idem tempus Syriae praepositus, nec dissimulans
offendendum sibi aut patrem aut filium, quasi plane ita ne-
cesse esset, etiam aegrum Germanicum grauissimis uerborum
ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo adfecit; propter
quae, ut Romam rediit, paene discerptus a populo, a senatu
capitis damnatus est. omnes Germanico corporis animique 3
uirtutes, et quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat:
formam et fortitudinem egregiam, ingenium in utroque elo-
quentiae doctrinaeque genere praecellens, beniuolentiam singu-
larem conciliandaeque hominum gratiae ac promerendi amoris
mirum et efficax studium. formae minus congruebat graci-
litas crurum, sed ea quoque paulatim repleta assidua equi
uectatione post cibum. hostem comminus saepe percussit.
orauit causas etiam triumphalis; atque inter cetera studiorum 2
monimenta reliquit et comoedias Graecas. domi forisque
ciuilis, libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. sicubi
clarorum uirorum sepulcra cognosceret, inferias Manibus da-
bat. caesorum clade Variana ueteres ac dispersas reliquias
uno tumulo humaturus, colligere sua manu et comportare
primus adgressus est. obtrectatoribus etiam, qualescumque 3
et quantacumque de causa nanctus esset, lenis adeo et in-
noxius, ut Pisoni decreta sua rescindenti, clientelas di[u]-
uexanti non prius suscensere in animum induxerit, quam
ueneficiis quoque et deuotionibus impugnari se comperisset;
ac ne tunc quidem ultra progressus, quam ut amicitiam ei
more maiorum renuntiaret mandaretque domesticis ultionem,
si quid sibi accideret. quarum uirtutum fructum uberrimum 4
tulit, sic probatus et dilectus a suis, ut Augustus — omitto

---

5 ettam ** *M*, ettam G^1 *teste g* (etiam G^3, i *in ras.*), et tam *et ss* ƚ etiam *R*, tam *δ*, et iam *Bentley*, iam *Preud'homme* 7 quae] quod *Υ* 8 germanico *ΠQ*, germanici *rel.* (*Ω*) animęque *X* (ę *in L corr. ex* o?) 9 cuiquam] unquam *G* 10 ingeniumque *V*, ingenio *L* 14 equitatione *uel* equo uect- *Bentley* 15 saepe comminus *G* 16 triumphales *G* (*Torr.*) 20 putres *Polak* 22 qualiscumque *ΠR* 24 sua re] *hic deficit cod. V* diuexanti *Torr.* 25 suscensere ML^1S, succensere $G\Pi^2L^2PT$, successere *Υ* 26 ueneficiis ΠQL^2, beneficiis *rel.* (*Ω*) 30 ut] et *M*

enim necessitudines reliquas — diu cunctatus an sibi successo-
rem destinaret, adoptandum Tiberio dederit; sic uulgo fauo-
rabilis, ut plurimi tradant, quotiens aliquo adueniret uel si-
cunde discederet, prae turba occurrentium prosequentiumue
nonnumquam eum discrimen uitae adisse, e Germania uero
post compressam seditionem reuertenti praetorianas cohor-
tes uniuersas prodisse obuiam, quamuis pronuntiatum esset,
ut duae tantum modo exirent, populi autem Romani sexum,
aetatem, ordinem omnem usque ad uicesimum lapidem effu-
5 disse se. tamen longe maiora et firmiora de eo iudicia in
morte ac post mortem extiterunt. quo defunctus est die,
lapidata sunt templa, subuersae deum arae, Lares a quibus-
dam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi.
quin et barbaros ferunt, quibus intestinum quibusque aduer-
sus nos bellum esset, uelut in domestico communique mae-
rore consensisse ad indutias; regulos quosdam barbam posuisse
et uxorum capita rasisse ad indicium maximi luctus; regum
etiam regem et exercitatione uenandi et conuictu megistanum
6 abstinuisse, quod apud Parthos iusti⟨ti⟩ instar est. Romae
quidem, cum ad primam famam ualitudinis attonita et maesta
ciuitas sequentis nuntios opperiretur, et repente iam uesperi
incertis auctoribus conualuisse tandem percrebruisset, passim
cum luminibus et uictimis in Capitolium concursum est ac
paene reuolsae templi fores, ne quid gestientis uota reddere
moraretur, expergefactus e somno Tiberius gratulantium uo-
cibus atque undique concinentium ⟨*FPR p. 360*⟩:

salua Roma, salua patria, saluus est Germanicus.

2 et ut demum fato functum palam factum est, non solaciis
ullis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit durauitque
etiam per festos Decembris mensis dies. auxit gloriam de-
sideriumque defuncti et atrocitas insequentium temporum,
cunctis nec temere opinantibus reuerentia eius ac metu re-

1 cunctatus sit *G* 2 an optandum *G* tiberium M^1 3 tradunt *X* 4 sequentiumue *G* 5 e *om.* *T* 6 reuertentis *M* 10 inditia *T*, indicia *Bentley*, *cf. Cal.* 25 11 ac] et *G* 19 iusticii *ΠQ* (-tii L^3), iusti *rel.* (Ω) 22 conualuisset $MGL^1\delta$ tandemque *G* (*non g*) 25 morarentur $LP\Pi^1$ (*pars edd.*) e] a *Q* est *post* Tiberius *add.* *ΠQ* (*uulg.*) 28 et] sed *e cod. Torr. Casaub.* 30 perfectos GL^1PT, profestos (-as *Q*) $\Pi^1 Q$

pressam Tiberi saeuitiam, quae mox eruperit. habuit in 7 matrimonio Agrippinam, M. Agrippae et Iuliae filiam, et ex ea nouem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, unus iam puerascens insigni festiuitate, cuius effigiem habitu Cupidinis in aede Capitolinae Veneris Liuia dedicauit, Augustus in cubiculo suo positam, quotiensque introiret, exosculabatur; ceteri superstites patri fuerunt, tres sexus feminini, Agrippina Drusilla Liuilla, continuo triennio natae; totidem mares, Nero et Drusus et C. Caesar. Neronem et Drusum senatus Tiberio criminante hostes iudicauit.

C. Caesar natus est pridie Kal. Sept. patre suo et C. Fon- 8
teio Capitone coss. ubi natus sit, incertum diuersitas tra- a. 12 p. C.
dentium facit. Cn. Lentulus Gaetulicus Tiburi genitum scribit, Plinius Secundus in Treueris uico Ambitaruio supra Confluentes; addit etiam pro argumento aras ibi ostendi inscriptas OB AGRIPPINAE PVERPERIVM. uersiculi imperante mox eo diuulgati apud hibernas legiones procreatum indicant ⟨*FPR p. 361*⟩:

in castris natus, patriis nutritus in armis,
iam designati principis omen erat.

ego in actis Anti editum inuenio. Gaetulicum refellit Pli- 2
nius quasi mentitum per adulationem, ut ad laudes iuuenis gloriosique principis aliquid etiam ex urbe Herculi sacra sumeret, abusumque audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus et ipse C. Caesar, de cuius amabili pueritia immaturoque obitu supra
diximus ⟨*c. 7*⟩. Plinium arguit ratio temporum. nam qui res 3
Augusti memoriae mandarunt, Germanicum exacto consulatu in Galliam missum consentiunt iam nato Gaio. nec Plini opinionem inscriptio arae quicquam adiuuerit, cum Agrippina

---

11 *cf. Lampr. Comm. 10, 2 (1, 2)*

---

2 et ex ΠT, ex *rel., an recte?* 4 puerascens TL^2 (*uel* L^3), puer nascens *rel.* (puer insigni nascens *G*) 6 quotienscumque $\Pi QL^2P^2T\delta$ (*edd. uet.*) exosculabat *MGδ* 9 gaius *X* 11 C. *om. GLPSQ* (*tum* aesa *G*) 14 ambitarino $LST\Pi^2$, -riuo (*potius quam* -ruio) Π^1Q 17 hiberna legionum *Beroaldus al.* 19 natus patriis, nutritus *Bentley* 21 refert *X* primus *G* 23 hercula *Mδ*, hercule (-ę *L*) *LPS* sacrata *G* 25 fuerit *GT*, ⟨mortuus⟩ fuerat *Bergk*

bis in ea regione filias enixa sit, et qualiscumque partus sine ullo sexus discrimine puerperium uocetur, quod antiqui etiam
4 puellas pueras, sicut et pueros puellos dictitarent. extat et Augusti epistula, ante paucos quam obiret menses ad Agrippinam neptem ita scripta de Gaio hoc — neque enim quisquam iam alius infans nomine pari tunc supererat —: puerum Gaium XV. Kal. Iun. si dii uolent, ut ducerent Talarius et Asillius, heri cum iis constitui. mitto praeterea cum eo ex seruis meis medicum, quem scripsi Germanico si uellet ut retineret. ualebis, mea Agrippina, et dabis operam ut ualens peruenias ad
5 Germanicum tuum. abunde parere arbitror non potuisse ibi nasci Gaium, quo prope bimulus demum perductus ab urbe sit. uersiculorum quoque fidem eadem haec eleuant et eo facilius, quod ii sine auctore sunt. sequenda est igitur, quae sola [auctor] restat et publici instrumenti auctoritas, praesertim cum Gaius Antium omnibus semper locis atque secessibus praelatum non aliter quam natale solum dilexerit tradaturque etiam sedem ac domicilium imperii taedio urbis transferre eo destinasse.

9 Caligulae cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. apud quos quantum praeterea per hanc nutrimentorum consuetudinem amore et gratia ualuerit, maxime cognitum est, cum post excessum Augu-

---

21 *Epit. 3, 2* quia natus in exercitu fuerat, cognomentum calceamenti militaris, id est Caligulae, sortitus est. *Victor Caes. 3, 4* quia natus in exercitu — unde cognomentum calceamento militari quaesiuerat — legionibus carus acceptusque habebatur. *Eutrop. VII 12, 1* cognomento Caligula. *Auson. 264, 1* post hunc castrensi Caligae cognomine Caesar successit (*cf. 257, 4* Caesar, cognomen Caligae cui castra dederunt).

---

2 quod *usque* dictitarent *glossema putat Polak desiderans* dictitabant (-tarint *P. Thomas*) 6 iamiam *M* 8 assilius *S*, asellius *T* (*cf. Tib. 42*) 10 *post* uellet *nescio quid* (*octo fere litt.*) *erasum in M*, ⟨uti⟩ *suppl. Casaub.* 12 apparere $P^2\varsigma$, patere *T* 15 non sunt sequendi. Est igitur *G* 16 auctor (auctore *ST*) restat (ṛestat *S*) et *Ω*, auctor *et* et *del. Scriverius*, et *tuetur Oud.* (ei *pro* et *Heinsius*); quae sola auctoritas restat *Casaub.*, quae sola auctore stat *uel* quo solo auctore stetur *uel* quae sola auctor restat (*del.* et) *Bentley*, actorum *pro* auctor *Berouldus* (*uulg.*) 21 ioco *ϱ* (*Berould.*), loco *Ω* manipulari *G* (*Bentley*) 22 propterea *Casaub.* (*uel* postea *Bentley*), praeter (*om.* per) *Kraffert*

sti tumultuantis et in furorem usque praecipites solus haud
dubie ex conspectu suo flexit. non enim prius destiterunt,
quam ablegari eum ob seditionis periculum et in proximam
ciuitatem demandari animaduertissent; tunc demum ad paeni-
tentiam uersi repreнso ac retento uehiculo inuidiam quae sibi
fieret deprecati sunt. comitatus est patrem et Syriaca ex- **10**
peditione. unde reuersus primum in matris, deinde ea rele-
gata in Liuiae Augustae proauiae suae contubernio mansit;
quam defunctam praetextatus etiam tunc pro rostris laudauit.
transitque ad Antoniam auiam et undeuicensimo aetatis anno
accitus Capreas a Tiberio uno atque eodem die togam sum-
psit barbamque posuit, sine ullo honore qualis contigerat tiro-
cinio fratrum eius. hic omnibus insidiis temptatus elic⟨i⟩en- 2
tium cogentiumque se ad querelas nullam umquam occasio-
nem dedit, perinde obliterato suorum casu ac si nihil cuiquam
accidisset, quae uero ipse pateretur incredibili dissimulatione
transmittens tantique in auum et qui iuxta erant obsequii, ut
non immerito sit dictum n e c s e r u u m m e l i o r e m u l l u m n e c
d e t e r i o r e m d o m i n u m f u i s s e. naturam tamen saeuam atque **11**
probrosam ne tunc quidem inhibere poterat, quin et animad-
uersionibus poenisque ad supplicium datorum cupidissime in-
teresset et ganeas atque adulteria capillamento celatus et
ueste longa noctibus obiret ac scaenicas saltandi canendique
artes studiosissime appeteret; facile id sane Tiberio patiente,

---

16 sqq. *Victor Caes. 3, 7* quippe qui diu immania animi ita pudore ac parendi specie obtexerat, uti merito uulgaretur neque meliores famulos neque atrociorem dominum illo fuisse. *inde Epit. 3, 3* in principatu . . . talis, ut non inmerito uulgaretur atrociorem illo dominum non fuisse (*cf. Tac. ann. VI 20*). 22 *cf. ad Ner. 26*

---

1 haut *GΠR*, aut *Mδ* 2 ex *om.* $\Pi^1Q\varepsilon$ (*uulg.*), et *Roth* 3 ablegari *G* (*Beroaldus*), oblegari *rel.* (*Ω*) 5 reprehenso *X*, represso *ΠQ* 6 et] in *et tum* syriacam expeditionem P^2Tς 9 tunc *om.* *Υ* 10 transiitque L^2ST undeuicensimo M^1, -cesimo GLP^1, inde uicesimo (xx. *R*) $M^2\Upsilon'P^2$, unetuicesimo *Oud.* 12 post *MLQδ*, p̊ P^1, posuit post *S*, posit *G. Becker* 13 his *Π*, hinc *ed. Ven. 1490* (*Kraffert*) elicientium L^3ς (*edd. princ.*), elicentium *XΠQ*, et (*et ss.* ł e *R*) licentium *MGR*, inlicientium *Bentley*, *an* pellic-? 20 ne *G*ς, nec *rel.* (*Ω*) 21 poenis *M*, *del. Bentley* interesse *MGδ* 22 geneas *M* adulteria] popinas *Ursinus*, lupanaria *Bentley* (*cf. Capitol. Ver. 4, 6 Tac. ann. XIII 25*) 23 obire *MG*

si per has mansuefieri posset ferum eius ingenium. quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, ut aliquotiens praedicaret exitio suo omniumque Gaium uiuere et se natricem [serpentis id genus] p(opulo) R(omano), Phaet⟨h⟩ontem orbi terrarum educare.

12 Non ita multo post Iuniam Claudillam M. Silani nobilis-
simi uiri f(iliam) duxit uxorem. deinde augur in locum fra-
tris sui Drusi destinatus, prius quam inauguraretur ad pon-
tificatum traductus est insigni testimonio pietatis atque indolis,
cum deserta desolataque reliquis subsidiis aula, Seiano †uete
suspecto mox et oppresso, ad spem successionis paulatim ad-
2 moueretur. quam quo magis confirmaret, amissa Iunia ex
partu, Enniam Naeuiam, Macronis uxorem, qui tum praetori-
anis cohortibus praeerat, sollicitauit ad stuprum pollicitus et
matrimonium suum, si potitus imperio fuisset; deque ea re
et iure iurando et chirographo cauit. per hanc insinuatus
Macroni ueneno Tiberium adgressus est, ut quidam opinan-
tur, spirantique adhuc detrahi anulum et, quoniam suspicio-
nem retinentis dabat, puluinum iussit inici atque etiam fau-
ces manu sua oppressit, liberto, qui ob atrocitatem facinoris
3 exclamauerat, confestim in crucem acto. nec abhorret a ueri-
tate, cum sint quidam auctores ipsum postea etsi non de
perfecto, at certe de cogitato quondam parricidio professum;
gloriatum enim assidue in commemoranda sua pietate, ad
ulciscendam necem matris et fratrum introisse se cum pu-
gione cubiculum Tiberi[i] dormientis et misericordia cor-
reptum abiecto ferro recessisse; nec illum, quanquam sensisset,
aut inquirere quicquam aut exequi ausum.

13 Sic imperium adeptus, p(opulum) R(omanum), uel dicam

---

29 *Victor Caes. 3, 1* Caligula auentibus cunctis deligitur, maiorum gratiae parentisque. *3, 4* nitebantur omnes casum tantae familiae lenire

---

3 praedicarit *Bentley* 4 [ ] *proscripsit Graevius* phytonem *G* 5 educere *G* 10 uete *M*, uetere *G*, ue (ne *L*) tunc *LP¹S*, hoste *T*, hoste tunc *OP²Tς* (*uulg.*), iam tunc *Politianus* (*Roth*), uero tunc *Erasmus*, autem *Bentley* (*cf. Herm. 37 p. 593 ubi proposui* Seianoque tunc *uel* Seiano uero) 12 admissa *M*, dimissa *G* 13 Naevii *Casaub.* tunc *GPT* 15 de qua *M²* 19 renitentis *Reinesius* 23 quiddam *G* 26 et] sed *Lipsius*, at *Oud.* 29 uel] uelut *X*, uel ut ita *T*

hominum genus, uoti compotem fecit, exoptatissimus princeps maximae parti prouincialium ac militum, quod infantem plerique cognouerant, sed et uniuersae plebi urbanae ob memoriam Germanici patris miserationemque prope afflictae domus. itaque ut a Miseno mouit quamuis lugentis habitu et funus Tiberi prosequens, tamen inter altaria et uictimas ardentisque taedas densissimo et laetissimo obuiorum agmine incessit, super fausta nomina sidus et pullum et pupum et alumnum appellantium; ingressoque urbem, statim consensu **14** senatus et irrumpentis in curiam turbae, inrita Tiberi uoluntate, qui testamento alterum nepotem suum praetextatum adhuc coheredem ei dederat, ius arbitriumque omnium rerum illi permissum est tanta publica laetitia, ut tribus proximis mensibus ac ne totis quidem supra centum sexaginta milia uictimarum caesa tradantur.

Cum deinde paucos post dies in proximas Campaniae 2 insulas traiecisset, uota pro reditu suscepta sunt, ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda sollicitudine et cura de incolumitate eius. ut uero in aduersam ualitudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt qui depugnaturos se armis pro salute aegri quique capita sua titulo proposito uouerent. accessit 3 ad immensum ciuium amorem notabilis etiam externorum fauor. namque Artabanus Parthorum rex, odium semper contemptumque Tiberi prae se ferens, amicitiam huius ultro petiit uenitque ad colloquium legati consularis et transgressus Euphraten aquilas et signa Romana Caesarumque imagines adorauit.

Incendebat et ipse studia hominum omni genere popu- **15** laritatis. Tiberio cum plurimis lacrimis pro contione laudato funeratoque amplissime, confestim Pandateriam et Pontias ad transferendos matris fratrisque cineres festinauit, tempestate

adulescentuli spe; tum quia natus in exercitu ... legionibus carus acceptusque habebatur (*Epit. 3, 3* ante principatum omnibus carus acceptusque fuit).

1 compotes *G*   2 qui Π^1ς   7 lentissimo P^1ς (*Bentley*)   8 '*sunt qui* omina *legendum putent*' *Torr.* (*Gronov.*)   10 in irrita *M*, irrita *rel.*   25 se *om.* $G\Pi^1Q$ eius *X*   27 romani *M*, Romae *Bentley*   31 pontios *M*

turbida, quo magis pietas emineret, adiitque uenerabundus ac per semet in urnas condidit; nec minore scaena Ostiam praefixo in biremis puppe uexillo et inde Romam Tiberi subuectos per splendidissimum quemque equestris ordinis medio ac frequenti die duobus ferculis Mausoleo intulit inferiasque is annua religione publice instituit, et eo amplius matri cir-
2 censes carpentumque quo in pompa traduceretur. at in memoriam patris Septembrem mensem Germanicum appellauit. post haec Antoniae auiae, quidquid umquam Liuia Augusta honorum cepisset, uno senatus consulto congessit; patruum Claudium, equitem R. ad id tempus, collegam sibi in consulatu assumpsit; fratrem Tiberium die uirilis togae adopta-
3 uit appellauitque principem iuuentutis. de sororibus auctor fuit, ut omnibus sacramentis adicerentur: neque me liberosque meos cariores habebo quam Gaium habeo et sorores eius; item relationibus consulum: quod bonum felixque sit C. Caesari sororibusque eius.

4 Pari popularitate damnatos relegatosque restituit; criminum, si quae residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit; commentarios ad matris fratrumque suorum causas pertinentis, ne cui postmodum delatori aut testi maneret ullus metus, conuectos in forum, et ante clare obtestatus deos neque legisse neque attigisse quicquam, concremauit; libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens nihil sibi admissum cur cuiquam inuisus esset,

---

24 *Victor Caes. 3, 8* delataque coniuratione quasi minus credens praedicauit (-ret *codd.*) uix conuenire in eum, cuius uita nullius (nullis *uel* nulli usquam *Sylburg*) oneri aut incommodo esset.

---

3 biremi *GX* 5 feruenti *Lipsius, Torr.* fericulis *MGΥ* 6 is *MR*, has *L*, his *rel.* publici *M* 7 at] Ad hęc *G* 10 concessit *Heinsius* patrum *ML*[1]*PΠQ*, p· *G* 14 adi(i)cerentur *notaui ex ed. Lugd. a. 1534 multisque aliis saec. XVI*, adficerentur (adf- *MΠ*, aff- *rel.*) *Ω*, adiiceretur *ed. Basil. 1533 Stephanus*, adigerentur *Ursinus* ⟨ut⟩ neque *Casaub. retinens* adfic- neque liberos *Turnebus* 15 habebo *MΠ*[2]*R*, habeo *rel.* habeo et ς (*ed. pr. Rom. I*), et habeo (h *superscr.*) *M* (*sic m. 1, inde* et ab eo *Bentley*, *ut notatur esse etiam in cod. Dunelmensi*), et habeo *XΥ*, et *G ponens* habeo *post* eius, et (*del.* habeo) *edd. Rom. II Ven. I al. et sic corr. L*[3] *fort. rectius* 16 itemque *G* reuelationibus *Υ* 19 si qua *XN* temporum anebant *M*

negauitque se delatoribus aures habere. spintrias monstrosarum 16
libidinum aegre ne profundo mergeret exoratus, urbe sub-
mouit. Titi Labieni, Cordi Cremuti, Cassi Seueri scripta
senatus consultis abolita requiri et esse in manibus lectitari-
que permisit, quando maxime sua interesset ut facta
quaeque posteris tradantur. rationes imperii ab Augusto
proponi solitas sed a Tiberio intermissas publicauit. magistrati- 2
bus liberam iuris dictionem et sine sui appellatione concessit.
equites R. seuere curioseque nec sine moderatione recogno-
uit, palam adempto equo quibus aut probri aliquid aut igno-
miniae inesset, eorum qui minore culpa tenerentur nominibus
modo in recitatione praeteritis. ut leuior labor iudicantibus
foret, ad quattuor prioris quintam decuriam addidit. tempta-
uit et comitiorum more reuocato suffragia populo reddere.
legata ex testamento Tiberi quamquam abolito, sed et Iuliae 3
Augustae, quod Tiberius suppresserat, cum fide ac sine ca-
lumnia repraesentata persoluit. ducentesimam auctionum Ita-
liae remisit; multis incendiorum damna suppleuit; ac si qui-
bus regna restituit, adiecit et fructum omnem uectigaliorum
et reditum medii temporis, ut Antiocho Commageno sester-
tium milies confiscatum. quoque magis nullius non boni 4
exempli fautor uideretur, mulieri libertinae octingenta dona-
uit, quod excruciata grauissimis tormentis de scelere patroni
reticuisset. quas ob res inter reliquos honores decretus est
ei clipeus aureus, quem quotannis certo die collegia sacer-
dotum in Capitolium ferrent, senatu prosequente nobilibusque
pueris ac puellis carmine modulato laudes uirtutum eius
canentibus. decretum autem ut dies, quo cepisset imperium,
Parilia uocaretur, uelut argumentum rursus conditae urbis.

Consulatus quattuor gessit, primum ex Kal. Iul. per duos 17
menses, secundum ex Kal. Ian. per XXX dies, tertium us-

---

1 P. sinthrias *MGL*[1] (Ps- *L*[5]), Pinthrias *PST*, Psinstrias *QR* 2 ne *T*, non *MGδ* (*sic et tum* mergere *Bücheler*), ut non *X* exortatus (exh- *G*) *MGT* 14 reuocatos ut *MGLP*[1], reuocato ut *R*, reuocato sua *Bentley* (*cf. Herm.* 36 *p.* 302) redderet *G* 15 Liuiae ς (*Beroald.*) 17 centesimam *Turnebus* auctionem *X*, actionum *Π*[1]*Q* 19 adiecit ς (*Beroald.*), adfecit (adf- *MΠ*, aff- *rel.*) *Ω* 20 reditu *M*, -tuum *Beroald.* cummageno (cuma-*T*) *X*, comageno *T* 22 octoginta (-enta *Q*) *L*[1]*ΠQ*, octiginta *L*[2] 30 iañ. *ΠQ*, iuñ. *T* 31 iuñ (iunii *S*) *X*

que in Idus Ian., quartum usque septimum Idus easdem. ex omnibus duos nouissimos coniunxit. tertium autem Luguduni iniit solus, non ut quidam opinantur superbia neglegentiaue, sed quod defunctum sub Kalendarum diem colle-
2 gam rescisse absens non potuerat. congiarium populo bis dedit trecenos sestertios, totiens abundantissimum epulum senatui equestrique ordini, etiam coniugibus ac liberis utrorumque; posteriore epulo forensia insuper uiris, feminis ac pueris fascias purpurae ac conchylii distribuit. et ut laetitiam publicam in perpetuum quoque augeret, adiecit diem Saturnalibus appellauitque Iuuenalem.

18 Munera gladiatoria partim in amphitheatro Tauri partim in Saeptis aliquot edidit, quibus inseruit cateruas Afrorum Campanorumque pugilum ex utraque regione electissimorum. neque spectaculis semper ipse praesedit, sed interdum aut
2 magistratibus aut amicis praesidendi munus iniunxit. scaenicos ludos et assidue et uarii generis ac multifariam fecit, quondam et nocturnos accensis tota urbe luminibus. sparsit et missilia uariarum rerum et panaria cum obsonio uiritim diuisit; qua epulatione equiti R. contra se hilarius auidiusque uescenti partes suas misit, sed et senatori ob eandem causam codicillos, quibus praetorem eum extra ordinem designabat.
3 edidit et circenses plurimos a mane ad uesperam interiecta modo Africanarum uenatione modo Troiae decursione, et quosdam praecipuos, minio et chrysocolla constrato circo nec ullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. commisit et subitos, cum e Gelotiana apparatum circi prospicientem pauci ex proximis Maenianis postulassent.

19 Nouum praeterea atque inauditum genus spectaculi ex-

---

1 ex quibus tris *Bentley* (tres *iam Pagius legerat*, ordinariis *pro* omnibus *Ernesti*) 5 poterat *X* 9 fascias ς (*Beroald.*), fasces Ω ac *ΠX* (ac ochilii *T*), at *MQR*, atque *G rectius puto* (*cf. Herm. 40 p. 184 sq.*), a⟨u⟩t *Bücheler* et ut $GT'P^2$, ut et *M*ς, ut LP^1 10 diem *om.* $MGLP^1\delta$, *post* Saturnalibus *inserit* P^2, *ante* adiecit *Bücheler* 13 dedit GR^1 afrorumque campanorum (campanorumque P^2) MLP^1SR 17 quosdam ς (*edd. Rom. II Bonon. 1488*) 24 Africanarum uenatione modo *om. G* 25 quondam *Lipsius* 26 subito *M* 27 e gelotiana] lege lotiana (-ciana *R*) *GT* 29 praeterea auditum *G*

cogitauit. nam Baiarum medium interuallum †Puteolanas moles, trium milium et sescentorum fere passuum spatium, ponte coniunxit contractis undique onerariis nauibus et ordine duplici ad anc[h]oras conlocatis superiectoque terreno ac derecto in Appiae uiae formam. per hunc pontem ultro 2
citro commeauit biduo continenti, primo die phalerato equo insignisque quercea corona et caetra et gladio aureaque chlamyde, postridie quadrigario habitu curriculoque biiugi famosorum equorum, prae se ferens Dareum puerum ex Parthorum obsidibus, comitante praetorianorum agmine et in essedis cohorte amicorum. scio plerosque existimasse talem a 3
Gaio pontem excogitatum aemulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiorem Hellespontum contabulauerit; alios, ut Germaniam et Britanniam, quibus imminebat, alicuius inmensi operis fama territaret. sed auum meum narrantem puer audiebam causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thrasyl⟨l⟩us mathematicus anxio de successore Tiberio et in uerum nepotem proniori affirmasset non magis Gaium imperaturum quam per Baianum sinum equis discursurum.

---

1 *Epit. 3,9* in spatio trium milium, quod in sinu Puteolano inter moles (molem *Landolfi cod. m. 2*) iacet, duplici ordine naues contexens, arenae aggestu ad terrae speciem uiam solidatam phalerato (fal- *Landolf.*) equo insignis quercea (*sic Schottius*, insignisque aerea *codd.*, insignis querquea *Landolf.*) corona, quasi triumphans indutus aureo paludamento, curru biiugi decucurrit. *cf. Vict. Caes. 4, 3* adhuc annonae egestas composita, quam Caligula inuexerat, cum adactis toto orbe nauigiis peruium mare theatris curribusque damno publico efficere contendit.

---

1 Baulorum *Oud.* (*Dio 59,17 γεφυρώσας τὸ μεταξὺ τῶν τε Ποντεόλων καὶ τῶν Βαύλων*) interuallum] inter Baulos et *Bücheler* et puteolanas (et *ss. m. 1 ut uid.*) *S* (*edd. pler. post Berould.*, et Puteolanae molis *ed. Basil. 1533, Oud.*), usque ad P. *ed. Ven. 1490*, usque P. *ed. Paris. 1509* (*malim* Puteolanas usque), Puteolanas ad *uulg. post Casaub.*, ad P. *e cod. Torr. Roth* 2 sexcentorum *XΠQ* 4 ancoras *T* aggere *post* superiectoque *add.* *Υ'P²* (*edd.*) 6 falerato *Ω* 7 insignis quoque *X* quercea *ϱ* (*Roth*), quiercica *MG*, quercica *Tδ*, aerea (erea *PT*, exea *S¹*) *X*, aurea *L²S²*, quercina (*Lips.*) *et* quernea ς, *an* querquea? (*cf. testim. supra*) caethra *L¹*, cętura (cet- *ΠQ*) *MGΥ et pro u. l. L²*, cathedra *POST* (cetra *primum in ed. Bon. 1488*) 8 postero die *G* quadrigarii *Lipsius* bigi *G* 12 Xerxis (xersis *in archetypo fuit*) *usque* admiratione *om. G* 13 angustiorum *M* 18 in *om. M* (uerum in *Oud.*)

20 Edidit et peregre spectacula, in Sicilia Syracusis asticos ludos et in Gallia Luguduni miscellos; sed hic certamen quoque Graecae Latinaeque facundiae, quo certamine ferunt uictoribus praemia uictos contulisse, eorundem et laudes componere coactos; eos autem, qui maxime displicuissent, scripta sua spongia linguaue delere iussos, nisi ferulis obiurgari aut flumine proximo mergi maluissent.

21 Opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti theatrumque Pompei, absoluit. incohauit autem aquae ductum regione Tiburti et amphitheatrum iuxta Saepta, quorum operum a successore eius Claudio alterum peractum, omissum alterum est. Syracusis conlapsa uetustate moenia deorumque aedes refectae. destinauerat et Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymeum peragere, in iugo Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmum in Achaia perfodere, miseratque iam ad dimetiendum opus primipilarem.

22 Hactenus quasi de principe, reliqua ut de monstro narranda sunt.

Compluribus cognominibus adsumptis — nam et pius et castrorum filius et pater exercituum et optimus maximus Caesar uocabatur — cum audiret forte reges, qui officii causa in urbem aduenerant, concertantis apud se super cenam de nobilitate generis, exclamauit ⟨*Hom. Il. 2, 204*⟩:

εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς.

nec multum afuit quin statim diadema sumeret speciemque
2 principatus in regni formam conuerteret. uerum admonitus
et principum et regum se excessisse fastigium, diuinam ex
eo maiestatem asserere sibi coepit; datoque negotio, ut simu-
lacra numinum religione et arte praeclara, inter quae Olympii
Iouis, apportarentur e Graecia, quibus capite dempto suum

17 *Victor Caes. 3, 9* tanquam beluae (-lua *Mähly*) hausto sanguine ingenium exeruit. 25 *id. 3, 13* his elatus dominum dici atque insigne regni nectere capiti temptauerat. *Epit. 3, 8* primus diademate imposito dominum se iussit appellari. 29 sqq. *cf. Victor Caes. 3, 10* cum Iouem se ob incestum ... assereret.

2 sed] sed et *G* 6 lingua uelut spongia *Helmreich* 16 demetiendum *L* 21 maximusque *G* 23 exclamauit de cęlo uenit nobis (uobis *ST*) rex *XN*, *graeca om. PTN* 28 negotione (*om.* ut — religione) *G* 29 olympi *M*, -pici *GT* (*cf. Aug. 60*) 30 e Graecia *ed. Ven. 1510*, egregia *Ω*

imponeret, partem Palatii ad forum usque promouit, atque
aede Castoris et Pollucis in uestibulum transfigurata, consi-
stens saepe inter fratres deos, medium adorandum se adeun-
tibus exhibebat; et quidam eum Latiarem Iouem consaluta-
runt. templum etiam numini suo proprium et sacerdotes et 3
excogitatissimas hostias instituit. in templo simulacrum sta-
bat aureum iconicum amiciebaturque cotidie ueste, quali ipse
uteretur. magisteria sacerdotii ditissimus quisque et am-
bitione et licitatione maxima uicibus comparabant. hostiae
erant phoenicopteri, pauones, tetraones, numidicae, meleagri-
des, phasianae, quae generatim per singulos dies immolaren-
tur. et noctibus quidem plenam fulgentemque lunam inuita- 4
bat assidue in amplexus atque concubitum, interdiu uero cum
Capitolino Ioue secreto fabulabatur, modo insusurrans ac prae-
bens in uicem aurem, modo clarius nec sine iurgiis. nam
uox comminantis audita est ⟨*Hom. Il. 23, 724*⟩:

ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ,

donec exoratus, ut referebat, et in contubernium ultro inui-
tatus super templum Diui Augusti ponte transmisso Palatium
Capitoliumque coniunxit. mox, quo propior esset, in area
Capitolina nouae domus fundamenta iecit.

Agrippae se nepotem neque credi neque dici ob igno- **23**
bilitatem eius uolebat suscensebatque, si qui uel oratione uel
carmine imaginibus eum Caesarum insererent. praedicabat
autem matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia
filia admisisset, procreatam; ac non contentus hac Augusti
insectatione Actiacas Si[n]culasque uictorias, ut funestas p. R.
et calamitosas, uetuit sollemnibus feriis celebrari. Liuiam 2
Augustam proauiam Vlixem stolatum identidem appellans,
etiam ignobilitatis quadam ad senatum epistula arguere ausus
est quasi materno auo decurione Fundano ortam, cum publi-
cis monumentis certum sit Aufidium Lurconem Romae hono-

---

4 consalutarent *G* 7 iconium *Π¹Qς*, iouicū *T* 10 tetracones *M* 13 concubitus *G* 17 ЄΔΛΔΝΔΙΡΠЄΓѠCЄ *M et sim. rel.* (*primum signum* H *est in GTPT*), *om. N* 23 succensebatque *GΠ²QPST* 27 Siculasque ς (*Sabellicus*), singulasque (que *om. R*) *Ω*; Actiacam Siculamque *malebat Sabellicus* 28 Iuliam *Casaub.* 32 *propter titulos expectes* Alfidium Lurconem *Stephanus*, lyrgonem (lirg- *LΠ*, nirg- *T*) *Ω*

ribus functum. auiae Antoniae secretum petenti denegauit, nisi ut interueniret Macro praefectus, ac per istius modi indignitates et taedia causa extitit mortis, dato tamen, ut quidam putant, et ueneno; nec defunctae ullum honorem habuit
3 prospexitque e triclinio ardentem rogum. fratrem Tiberium inopinantem repente immisso tribuno militum interemit; Silanum item socerum ad necem secandasque nouacula fauces compulit: causatus in utroque, quod hic ingressum se turbatius mare non esset secutus ac spe occupandi urbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset; ille antidotum obol[e]uisset, quasi ad praecauenda uenena sua sumptum; cum et Silanus inpatientiam nauseae uitasset et molestiam nauigandi, et Tiberius propter assiduam et ingrauescentem tussim medicamento usus esset. nam Claudium patruum non nisi in ludibrium reseruauit.

24 Cum omnibus sororibus suis consuetudinem stupri fecit plenoque conuiuio singulas infra se uicissim conlocabat uxore supra cubante. ex iis Drusillam uitiasse uirginem praetextatus adhuc creditur atque etiam in concubitu eius quondam deprehensus ab Antonia auia, apud quam simul educabantur; mox Lucio Cassio Longino consulari conlocatam abduxit et in modum iustae uxoris propalam habuit; heredem quoque
2 bonorum atque imperii aeger instituit. eadem defuncta iustitium indixit, in quo risisse lauisse cenasse cum parentibus aut coniuge liberisue capital fuit. ac maeroris impatiens, cum repente noctu profugisset ab urbe transcucurrissetque Campaniam, Syracusas petit, rursusque inde propere rediit barba

---

16 *Eutrop. VII 12, 3* stupra sororibus intulit, ex una etiam natam filiam cognouit (agnouit *Merula*; *cf. cap. 25*). *Epit. 3, 4* tres sorores suas stupro maculauit (*cf. Cal. 7*). *Victor Caes. 3, 10* sororum stupro. *Oros. VII 5, 9* libidinibus suis etiam illud sceleris adiecit, ut sorores suas primum stupro pollueret, deinde exilio damnaret (*cf. Hier. chron. a. 2056*).

---

11 oboluisset *Beroald.*, oboleuisset (abol- $L^2 \Pi$, *om. T*) Ω 12 nausę (-se PS^1) $MLPS^1$ (*tum* euitasset *MR*), nausie S^2 (impatientia nauseae uitasset molestiam *Bentley*) et molestiam *usque* usus esset *om.* $\Pi^1 Q$ 14 patrum *ML*, *r. G* 16 consuetudo ei fuit *Bentley* 18 accubante *Bentley hic et alibi* 23 eademque *G* 25 capitale *GX*, capita (capta Π^1) *T* 26 transcurrissetque *XΠ* 27 petiit *T*

capilloque promisso; nec umquam postea quantiscumque de
rebus, ne pro contione quidem populi aut apud milites, nisi
per numen Drusillae deierauit. reliquas sorores nec cupiditate 3
tanta nec dignatione dilexit, ut quas saepe exoletis suis pro-
strau⟨er⟩it; quo facilius eas in causa Aemili Lepidi condem-
nauit quasi adulteras et insidiarum aduersus se conscias ei.
nec solum chirographa omnium requisita fraude ac stupro
diuulgauit, sed et tres gladios in necem suam praeparatos
Marti Vltori addito elogio consecrauit.

Matrimonia contraxerit turpius an dimiserit an tenuerit, 25
non est facile discernere. Liuiam Orestillam C. Pisoni nu-
bentem, cum ad officium et ipse uenisset, ad se deduci im-
perauit intraque paucos dies repudiatam biennio post relega-
uit, quod repetisse usum prioris mariti tempore medio uide-
batur. alii tradunt adhibitum cenae nuptiali mandasse ad
Pisonem contra accumbentem: noli uxorem meam pre-
mere, statimque e conuiuio abduxisse secum ac proximo
die edixisse: matrimonium sibi repertum exemplo Ro-
muli et Augusti. Lolliam Paulinam, C. Memmio consulari 2
exercitus regenti nuptam, facta mentione auiae eius ut quon-
dam pulcherrimae, subito ex prouincia euocauit ac perductam
a marito coniunxit sibi breuique missam fecit interdicto
cuiusquam in perpetuum coitu. Caesoniam neque facie in- 3
signi neque aetate integra matremque iam ex alio uiro trium
filiarum, sed luxuriae ac lasciuiae perditae, et ardentius et
constantius amauit, ut saepe chlamyde peltaque et galea or-
natam ac iuxta adequitantem militibus ostenderit, amicis uero

---

10 sqq. *Victor Caes. 3, 10* matrimoniis illudens nobilibus. 11 sqq. *cf. Schol. Iuu.* (*Valla*) *5, 109* Piso Calpurnius ... relegatus est, quia consuetudinem pristinae uxoris abductae sibi ab ipso (*Caligula*), deinde remissae repetiisse existimabatur. 27 *Schol. Iuu. 6, 615 u. ad Cal. 50*

---

3 deierauit *ΠQP^2ST et pro u. l. R,* delirauit (dely- *G*) *rel.* 4 ne- dignatione *M* prostrauerit ς (*Beroald.*), prostrarit *Burm.* 6 adultera *M* ei] et *X*, *om. TN* (*uulg.*) 7 re quaesita (*del.* fraude ac stupro) *Bentley* stupra *Lipsius* 8 paratos *G* 11 decernere *Perizon., Gronov.* 13 bimestri *Bentley* 17 secum *T*, cum *Mδ*, eum *G*, eam *Y* 19 C.] P. *praenomen in titulis est* memmio *GP^2ST* (*in S corr. ex* meminit *ut uid.*), memmi (-ii *$P^1\Pi R$*) *rel.* consulari *GQP^2S^2T*, consularis *rel.* 20 regentis ς *et edd. uet. retinentes genetiuum, fort. rectius* 26 pellaque *MG*, pallaque *Tδ*

etiam nudam. uxorio nomine dignatus est †quam enixam, uno atque eodem die professus et maritum se eius et patrem in-
4 fantis ex ea natae. infantem autem, Iuliam Drusillam appellatam, per omnium dearum templa circumferens Mineruae gremio imposuit alendamque et instituendam commendauit. nec ullo firmiore indicio sui seminis esse credebat quam feritatis, quae illi quoque tanta iam tunc erat, ut infestis digitis
26 ora et oculos simul ludentium infantium incesseret. leue ac frigidum sit his addere, quo propinquos amicosque pacto tractauerit, Ptolemaeum regis Iubae filium, consobrinum suum — erat enim et is M. Antoni ex Selene filia nepos — et in primis ipsum Macronem, ipsam Enniam, adiutores imperii: quibus omnibus pro necessitudinis iure proque meritorum gratia cruenta mors persoluta est.

2 Nihilo reuerentior leniorue erga senatum, quosdam summis honoribus functos ad essedum sibi currere togatos per aliquot passuum milia et cenanti modo ad pluteum modo ad pedes stare succinctos linteo passus est; alios cum clam interemisset, citare nihilo minus ut uiuos perseuerauit, pau-
3 cos post dies uoluntaria morte perisse mentitus. consulibus oblitis de natali suo edicere abrogauit magistratum fuitque per triduum sine summa potestate res p. quaestorem suum in coniuratione nominatum flagellauit ueste detracta subiectaque militum pedibus, quo firme uerberaturi insisterent.

4 Simili superbia uiolentiaque ceteros tractauit ordines. inquietatus fremitu gratuita in circo loca de media nocte occupantium, omnis fustibus abegit; elisi per eum tumultum uiginti amplius equites R., totidem matronae, super innumeram turbam ceteram. scaenicis ludis, inter plebem et equitem

3 *cf. ad p. 176, 16*

1 quam enixam *post* nudam *collocant T (uulg.)*, non prius *post* nomine *excidisse uidetur Rothio*, haud ante *post* nudam *Oud.*; quam *corruptum putat Bücheler coniciens* qua⟨rtu⟩m *uel* quarto 3 nata *M*, nati *XR* 6 indicio $T^1 P^2$ (at indicio Π^2, *sic Bentley, cf. p. 164, 10*). *post* feritatis *habet G nescio an melius, om.* $M L P^1$ (*cf. Herm. 36 p. 296*) 8 incesserit *L*, appeteret *N* 11 iis *MR*, bis S^1 antonio M^1, antonii M^2 *rel.* helenę (*uel* -ne, h *in S ss.*, leue *T*) *X* 16 occurrere $T^1 P^2$, accurrere *Casaub.* 19 ut uiuos *om.* ς, *del. Bentley* 20 ⟨e⟩mentitus *Bentley fort. recte* 24 qua firme *uel potius* quo firmius *Polak* 25 insolentiaque *Bentley*

causam discordiarum ferens, decimas maturius dabat, ut equestri⟨a⟩ ab infimo quoque occuparentur. gladiatorio mu- 5
nere reductis interdum flagrantissimo sole uelis emitti quemquam uetabat, remotoque ordinario apparatu tabidas feras, uilissimos senioque confectos gladiatores, †quoque paegniaris patres familiarum notos in bonam partem sed insignis debilitate aliqua corporis subiciebat. ac nonnumquam horreis praeclusis populo famem indixit.

Saeuitiam ingenii per haec maxime ostendit. cum ad 27
saginam ferarum muneri praeparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos adnotauit, et custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans tantum modo intra porticum mediam, a caluo ad caluum duci imperauit. uotum exegit ab eo, qui pro salute sua gladiatoriam operam 2
promiserat, spectauitque ferro dimicantem nec dimisit nisi uictorem et post multas preces. alterum, qui se periturum ea de causa uouerat, cunctantem pueris tradidit, uerbenatum infulatumque uotum reposcentes per uicos agerent, quoad praecipitaretur ex aggere. multos honesti ordinis 3
deformatos prius stigmatum notis ad metalla et munitiones uiarum aut ad bestias condemnauit aut bestiarum more quadripedes cauea coercuit aut medios serra dissecuit: nec omnes grauibus ex causis, uerum male de munere suo opinatos, uel quod numquam per genium suum deierassent. parentes suppli- 4

---

1 serens ς *et fere edd., uix necesse* inferens   decima *Sabellicus*, tesseras decima *Casaub.*, mimos *Bentley*   2 equestria *Sδ* ς (*ut in ras. ut uid.* equestria ab in- *S*), equestri (-es P^2T) *rel.* (Ω)   infirmo *G*   3 omitti *G*   4 apparat ut *M*, apparatu ut *G*   tabidas (rab- $Π^2$) feras *MGT*, tabidis feris LP^1S^1 (*Roth*), rabidis (rap- *T*) feris P^2S^2T 5 *uulgo coniungunt* gladiatores quoque pegmares, *lacunam post* gladiatores *statuit Roth supplens* gladiatoribus; uilissimos quosque confectores, gladiatores quoque primores *aliaque temptauit Bentley*; uilissimosque senesque confectores *B.-Crusius*; proque *pro* quoque *Bücheler*, *quod uerum puto*   paegniaris (pę- *M*, pe- *rel.*, -iis S^2) *MGX*, pegmares *ΠQ* (*uulg.*), pmares *R*, paegniarios *Scutilli*   6 in bonam partem *om. X* (*edd.*)   insignis MLP^1, -es *rel.*   7 obiciebat *Burm.* (*Roth*)   8 populo *om. T*

9 Saeuitiem *M*, Seuici^{a}em *G* (*m. 1*)   13 medios *Pulm., Torr.*   17 nouerat *XΠQN*   ut *post* tradidit *add. N* (*Polak*), qui *post* infulatumque *Beroald.* (*uulg.*)   uerbenatum M^2G, ubenatum M^1, uerberatum (uer *om.* $Π^1Q$) *XTN*   24 deierassent (degerasset *T*) $T'P^2O^2$, delerassent *M*, delir- $GLP^1O^1δ$ suppliciis *N*

cio filiorum interesse cogebat; quorum uni ualitudinem excusanti lecticam misit, alium a spectaculo poenae epulis statim adhibuit atque omni comitate ad hilaritatem et iocos prouocauit. curatorem munerum ac uenationum per continuos dies in conspectu suo catenis uerberatum non prius occidit quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellan[i]ae poetam ob ambigui ioci uersiculum media amphitheatri harena igni cremauit. equitem R. obiectum feris, cum se innocentem proclamasset,
28 reduxit abscisaque lingua rursus induxit. reuocatum quendam a uetere exilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: deos semper oraui ut, quod euenit, periret Tiberius et tu imperares, opinans sibi quoque exules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui uniuersos contrucidarent. cum discerpi senatorem concupisset, subornauit qui ingredientem curiam repente hostem publicum appellantes inuaderent, graphisque confossum lacerandum ceteris traderent; nec ante satiatus est quam membra et artus et uiscera hominis tracta per uicos atque ante se
29 congesta uidisset. immanissima facta augebat atrocitate uerborum. nihil magis in natura sua laudare se ac probare dicebat quam, ut ipsius uerbo utar, ἀδιατρεψίαν, hoc est inuerecundiam. monenti Antoniae auiae tamquam parum esset non oboedire: memento, ait, omnia mihi et ⟨in⟩ omnis licere. trucidaturus fratrem, quem metu uenenorum praemuniri medicamentis suspicabatur: antidotum, inquit, aduersus Caesarem? relegatis sororibus non solum insulas
2 habere se, sed etiam gladios minabatur. praetorium uirum ex secessu Anticyrae, quam ualitudinis causa petierat, propagari sibi commeatum saepius desiderantem cum mandasset

13 *Oros. VII 5, 9* omnes simul exules iussit occidi.

5 catomis *Gronov., Reinesius* 6 Atellanae *ed. Bonon. 1488 (cf. Ner. 39)*, atallaniae *MT*, Tallaniae *G*, atellaniae (att- *P*) *X* 7 loci *Ω*, *corr. M² (Beroald.)* igne *RXN* 14 trucidarent *Hς* 21 ΔΔΙΔΤΡΕΦΙΔΝ *MG (in G secunda litt.* Δ), *primum signum om. rel. et H* (ΔΙΔΤΡ-), -ΦΙΔΝ *Ω*, *-ψιαν ed. Rom. II.; ss.* disciplinam *in LS* hoc est inuerecundiam *del. Egnatius* 23 et in omnes *δς*, et hominis *MXΠR*, et ominis *Q¹* (et omnis *cod. Cantabrig. KK. 5. 24*), et dominis *Q²*, edominis *G*. in omnes *ς* (*ed. Bon. 1488*), ut dominis *Goesius*, et domi *Gronov.*, et non meis *Oud.* 27 etiam] et *H* 28 prorogari *ς*

interimi, adiecit necessariam esse sanguinis missionem,
cui tam diu non prodesset elleborum. decimo quoque
die numerum puniendorum ex custodia subscribens rationem
se purgare dicebat. Gallis Graecisque aliquot uno tempore
condemnatis gloriabatur Gallograeciam se subegisse. non 30
temere in quemquam nisi crebris et minutis ictibus animaduerti
passus est, perpetuo notoque iam praecepto: ita feri ut se
mori sentiat. punito per errorem nominis alio quam quem
destinauerat, ipsum quoque paria meruisse dixit. tragicum
⟨*Acc. trag. 203*⟩ illud subinde iactabat:

oderint, dum metuant.

saepe in cunctos pariter senatores ut Seiani clientis, ut ma- 2
tris ac fratrum suorum delatores, inuectus est prolatis libellis,
quos crematos simulauerat, defensaque Tiberi saeuitia quasi
necessaria, cum tot criminantibus credendum esset. equestrem
ordinem ut scaenae harenaeque deuotum assidue proscidit.
infensus turbae fauenti aduersus studium suum exclamauit:
utinam p. R. unam ceruicem haberet! cumque Tetrinius
latro postularetur, et qui postularent, Tetrinios esse
ait. retiari tunicati quinque numero gregatim dimicantes sine 3
certamine ullo totidem secutoribus succubuerant; cum occidi
iuberentur, unus resumpta fuscina omnes uictores interemit:
hanc ut crudelissimam caedem et defleuit edicto et eos, qui
spectare sustinuissent, execratus est. queri etiam palam de 31
condicione temporum suorum solebat, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur; Augusti principatum clade Variana, Tiberi ruina spectaculorum apud Fidenas memorabilem factum, suo obliuionem imminere prosperitate rerum; atque identidem exercituum caedes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terrae optabat.

17 *Oros. VII 5, 2* hic, ut breuiter magnitudinem crudelitatis eius expromam, exclamasse fertur: utinam populus Romanus unam ceruicem haberet. 24 *ibid.* saepe etiam de condicione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur.

1 interemi $M^1\Pi^1Q$ (*cf. Nero 37*) 7 feri M^2LPS, fieri M^1 *et rel.* (*etiam N*) 21 succubuerunt cumque *G* 22 unius *MLPS* 23 et eos edicto *X* 27 memorabile *TPT* 28 sui *PSTX*, sub L^3 29 exercitus *M*, exercitū *G*, exercitibus *Bentley*

32 Animum quoque remittenti ludoque et epulis dedito eadem factorum dictorumque saeuitia aderat. saepe in conspectu prandentis uel comisantis seriae quaestiones per tormenta habebantur, miles decollandi artifex quibuscumque e custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significauimus ⟨*cap. 19*⟩, cum multos e litore inuitasset ad se, repente omnis praecipitauit, quosdam gubernacula apprehendentes contis remisque detrusit in mare.
2 Romae publico epulo seruum ob detractam lectis argenteam laminam carnifici confestim tradidit, ut manibus abscisis atque ante pectus e collo pendentibus, praecedente titulo qui causam poenae indicaret, per coetus epulantium circumduceretur. murmillonem e ludo rudibus secum battuentem et sponte prostratum confodit ferrea sica ac more uictorum cum
3 palma discucurrit. admota altaribus uictima succinctus poparum habitu elato alte malleo cultrarium mactauit. lautiore conuiuio effusus subito in cachinnos consulibus, qui iuxta cubabant, quidnam rideret blande quaerentibus: quid, inquit, nisi uno meo nutu iugulari utrumque uestrum statim posse?
33 inter uarios iocos, cum assistens simulacro Iouis Apellen tragoedum consuluisset uter illi maior uideretur, cunctantem flagellis discidit conlaudans subinde uocem deprecantis quasi etiam in gemitu praedulcem. quotiens uxoris uel amiculae collum exoscularetur, addebat: tam bona ceruix simul ac iussero demetur. quin et subinde iactabat exquisiturum se uel fidiculis de Caesonia sua, cur eam tanto opere diligeret.

34 Nec minore liuore ac malignitate quam superbia saeuitiaque paene aduersus omnis aeui hominum genus grassatus est. statuas uirorum inlustrium ab Augusto ex Capitolina

---

27 *Eutrop. VII 12, 4 cf. Epit. 11, 10* in omne hominum genus, etiam in suos, ferarum more grassabatur (*Domitianus*).

---

4 ⟨et⟩ miles *Ruhnken, Polak* 7 repente] ponte *ΠQ*, repente e ponte *Casaub.* 8 retrusit *Bentley* (*cod. Torr.*) 9 lecto *N* 10 tradit *MLPS* 13 e] in *Lipsius* 15 pomparum *ΠRXNG*^{3} 17 cubabant] *cf. p. 176, 18* 18 quidnam *usque* quaerentibus *om. G* 20 apellen (app- δ) *Hδ*, appellent *M*, appellem (p *simplex in S*) *rel.* 21 consuluisse *M* 24 demetetur *Reinesius* (*Graevius*) 28 omnis aeui hominum genus (genus *om. PQ*) *MGL*(*P*^{1}*?*)*Q*, omne genus hominum *P*^{2}*ΠR*, omne hominum genus *STN*, omne *ante* omnis *add. Graevius Madvig*

area propter angustias in campum Martium conlatas ita sub-
uertit atque disiecit ut restitui saluis titulis non potuerint,
uetuitque posthac uiuentium cuiquam usquam statuam aut
imaginem nisi consulto et auctore se poni. cogitauit etiam 2
de Homeri carminibus abolendis, cur enim sibi non licere
dicens, quod Platoni licuisset, qui eum e ciuitate quam
constituebat eiecerit? sed et Vergili[i] ac Titi Liui scripta
et imagines paulum afuit quin ex omnibus bibliothecis amo-
ueret, quorum alterum ut nullius ingenii minimaeque doctri-
nae, alterum ut uerbosum in historia neglegentemque car-
pebat. de iuris quoque consultis, quasi scientiae eorum
omnem usum aboliturus, saepe iactauit se mehercule effectu-
rum, ne quid respondere possint praeter eum. uetera 35
familiarum insignia nobilissimo cuique ademit, Torquato tor-
quem, Cincinnato crinem, Cn. Pompeio stirpis antiquae Magni
cognomen. Ptolemaeum, de quo ret⟨t⟩uli ⟨*c. 26*⟩, et arcessitum
e regno et exceptum honorifice, non alia de causa repente per-
cussit, quam quod edente se munus ingressum spectacula
conuertisse hominum oculos fulgore purpureae abollae anim-
aduertit. pulchros et comatos, quotiens sibi occurrerent, 2
occipitio raso deturpabat. erat Aesius Proculus patre primi-
pilari, ob egregiam corporis amplitudinem et speciem Colos-
seros dictus; hunc spectaculis detractum repente et in hare-
nam deductum Thr⟨a⟩eci et mox hoplomacho comparauit
bisque uictorem constringi sine mora iussit et pannis obsitum
uicatim circumduci ac mulieribus ostendi, deinde iugulari.
nullus denique tam abiectae condicionis tamque extremae 3
sortis fuit, cuius non commodis obtrectaret. Nemorensi regi,

---

1 conlocatas *L*, † collocata *ss.* Π^2 2 saluis] suis *Torr.* 4 nisi se — auctore poni *Τ* (*uulg.*), nisi se (ex *P*) — auctore se poni *PST* 5 liceret $HSQ^2\delta$ 9 nimiaeque *Modd.* 13 quid — possent *N*, qui — possint ϛ, quis — possit *Lipsius al.* praeter eum] praeterea *Reinesius* (possint. praeterea *Torr.*), praeter se *Heinsius*, p. reum *Rutgers.*, p. aequum *Sabellicus*, p. rem *Is. Vossius* (*duo haec probata Mommseno*), *aliter alii* 15 crimen *M* 16 retulimus *G* accersitum $G\Pi^1TN$ 17 perculit *Lipsius* 19 purpurę ac obollę *G* 21 Aesius *scripsi*, esius (hesius *Π*, e suis *Q*) *Ω*, Caesius *Heinsius* 22 colesferos *Τ* 23 e spectaculis *G Ţ* (detr. sp. *T*), *cf. Dom. 10* 24 thraci *Τ* hoplomacho *Sabellicus* (opl- ϛ, *ut saepe in titulis*), aplomacho *MGΤ*, ampl- *X* 28 nemorensi G^3ϛ (*Sabellicus*), nemoressi (-esi G^1) *Ω*

quod multos iam annos poteretur sacerdotio, ualidiorem aduersarium subornauit. cum quodam die muneris essedario Porio post prosperam pugnam seruum suum manumittenti studiosius plausum esset, ita proripuit se spectaculis, ut calcata lacinia togae praeceps per gradus iret, indignabundus et clamitans dominum gentium populum ex re leuissima plus honoris gladiatori tribuentem quam consecratis principibus aut praesenti sibi.

36 Pudicitiae ⟨neque suae⟩ neque alienae pepercit. M. Lepidum, Mnesterem pantomimum, quosdam obsides dilexisse fertur commercio mutui stupri. Valerius Catullus, consulari familia iuuenis, stupratum a se ac latera sibi contubernio eius defessa etiam uociferatus est. super sororum incesta et notissimum prostitutae Pyrallidis amorem non temere ulla
2 inlustriore femina abstinuit. quas plerumque cum maritis ad cenam uocatas praeterque pedes suos transeuntis diligenter ac lente mercantium more considerabat, etiam faciem manu adleuans, si quae pudore submitterent; quotiens deinde libuisset egressus triclinio, cum maxime placitam seuocasset, paulo post recentibus adhuc lasciuiae notis reuersus uel laudabat palam uel uituperabat, singula enumerans bona malaue corporis atque concubitus. quibusdam absentium maritorum nomine repudium ipse misit iussitque in acta ita referri.

37 Nepotatus sumptibus omnium prodigorum ingenia superauit, commentus nouum balnearum usum, portentosissima genera ciborum atque cenarum, ut calidis frigidisque unguentis lauaretur, pretiosissima margarita aceto liquefacta sorberet,

---

9 *Victor Caes. 5, 5* neque suae neque aliorum pudicitiae parcens (*de Nerone, u. ad Ner. 29*) 26 *Eutrop. VII 14, 1* (*de Nerone*) ut qui exemplo C. Caligulae [in] calidis et frigidis lauaret unguentis (*inde Hier. chron. a. 2075 et Oros. VII 7, 3 item de Nerone, ubi om. praepositio* in).

---

1 poteretur $M\Pi^{1}Q$, potir- *rel.* 3 Porio *om.* $\Pi^{1}Q$, Poro *Torr.* post] ob *ΠQ* (*uulg.*) 4 esse *M* proripuit se *Roth*, proripuit $ML^{1}P$, proripuit e *GR*, se proripuit $L^{3}ST$, se proripuit e *ΠQ* (*uulg.*), prorupit *Bentley* 7 tribuere *Lipsius* 9 ⟨neque suae⟩ *Nϱς*, *cf. testim. supra* 16 uocatis M^{1} 17 manu faciem *G* 22 nomine maritorum *G* 24 Nepotiatus *P*, Nepotinis *ΠQ et sic pro u. l. ss. in R* (*uulg.*), Depotatus *G*, Depotatis *S*, Deportatus *T*, Epotatus L^{2} prodigiorum *MGT* (*corr.* Q^{2}) 27 pretiosissimas margaritas — liquefactas *XN* (*uulg.*), pretiosissimā margaritā — liquefactā *R*

conuiuis ex auro panes et obsonia apponeret, aut frugi ho-
minem esse oportere dictitans aut Caesarem. quin et
nummos non mediocris summae e fastigio basilicae Iuliae
per aliquot dies sparsit in plebem. fabricauit et deceris Li- 2
burnicas gemmatis puppibus, uersicoloribus uelis, magna ther-
marum et porticuum et tricliniorum laxitate magnaque etiam
uitium et pomiferarum arborum uarietate; quibus discumbens
de die inter choros ac symphonias litora Campaniae pera-
graret. in extructionibus praetoriorum atque uillarum omni
ratione posthabita nihil tam efficere concupiscebat quam quod
posse effici negaretur. et iactae itaque moles infesto ac pro- 3
fundo mari et excisae rupes durissimi silicis et campi mon-
tibus aggere aequati et complanata fossuris montium iuga,
incredibili quidem celeritate, cum morae culpa capite lueretur.
ac ne singula enumerem, immensas opes totumque illud T⟨i⟩.
Caesaris uicies ac septies milies sestertium non toto uertente
anno absumpsit.

Exhaustus igitur atque egens ad rapinas conuertit ani- 38
mum uario et exquisitissimo calumniarum et auctionum et
uectigalium genere. negabat iure ciuitatem Romanam usur-
pare eos, quorum maiores sibi posterisque eam impetrassent,
nisi si filii essent, neque enim intellegi debere posteros
ultra hunc gradum; prolataque Diuorum Iuli et Augusti di-
plomata ut uetera et obsoleta deflabat. arguebat et perperam 2
editos census, quibus postea quacumque de causa quicquam
incrementi accessisset. testamenta primipilarium, qui ab initio
Tiberi principatus neque illum neque se heredem reliquissent,
ut ingrata rescidit; item ceterorum ut irrita et uana, quos-
cumque quis diceret herede Caesare mori destinasse. quo
metu iniecto cum iam et ab ignotis inter familiares et a

---

4 de cedris TL^2N, de ceteris *T*, decem S^2 8 horos Π^1Q, hortos Π^2R symphonias $GSNL^3\varsigma$ (*num recte dubitat Oud., cf. Capitolin. Verus* 6, 9), symphro ML^1P, simphro *T*, simpro *T* 10 tam̄ *MR*, tamen *δ* 15 numerem *X* T. *Ω* (Ty. S^2, tiberii *GP*), *corr. Roth* 22 nisi si *M*, nisi *rel.* 24 ut] et *R*, ut et *LPS* deflabat *corr. in* deflæbat (*i.* deflebat) *M*, deflebat (defie- *T*) *XT*, delebat *G*, deflabat *uel* difflabat *Lipsius*, eleuabat *Heinsius*, deridebat *Ernesti Polak* et] ut *Bentley* 25 editi *Casaub.* 28 ut gygrata *G* 30 inlecto (ill- *S*, ille *P*) *MX* (*corr.* L^2), illato *N*

parentibus inter liberos palam heres nuncuparetur, derisores
uocabat, quod post nuncupationem uiuere perseuerarent, et
3 multis uenenatas matteas misit. cognoscebat autem de tali-
bus causis, taxato prius modo summae ad quem conficien-
dum consideret, confecto demum excitabatur. ac ne paulu-
lum quidem morae patiens super quadraginta reos quondam
ex diuersis criminibus una sententia condemnauit gloriatusque
est expergefacta e somno Caesonia q u a n t u m e g i s s e t, d u m
e a m e r i d i a r e t.
4 Auctione proposita reliquias omnium spectaculorum sub-
iecit ac uenditauit, exquirens per se pretia et usque eo ex-
tendens, ut quidam immenso coacti quaedam emere ac bonis
exuti uenas sibi inciderent. nota res est, Aponio Saturnino
inter subsellia dormitante, monitum a Gaio praeconem ne
praetorium uirum crebro capitis motu nutantem sibi prae-
teriret, nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores
39 sestertium nonagies ignoranti addicerentur. in Gallia quoque,
cum damnatarum sororum ornamenta et supellectilem et ser-
uos atque etiam libertos immensis pretiis uendidisset, inui-
tatus lucro, quidquid instrumenti ueteris aulae erat ab urbe
repetiit, comprensis ad deportandum meritoriis quoque uehi-
culis et pistrinensibus iumentis, adeo ut et panis Romae
saepe deficeret et litigatorum plerique, quod occurrere ab-
2 sentes ad uadimonium non possent, causa caderent. cui in-
strumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit,
modo auaritiae singulos increpans et quod non puderet eos
locupletiores esse quam se, modo paenitentiam simulans quod
principalium rerum priuatis copiam faceret. comperérat
prouincialem locupletem ducenta sestertia numerasse uocato-
ribus, ut per fallaciam conuiuio interponeretur, nec tulerat

1 heredes *T* 5 ⟨et⟩ confecto *Madvig* 7 uana *T* 8 expergefacta e] expergefactę (experr- *Q*, -facte *ΠT*) $M\Pi QP^2T$ (*inde* cesoniae ΠQP^2T), expergefacta LP^1S 11 intendens *N* (*Madvig*) 16 ne dicendi $P^1\Pi^2R$, nec dicendi $\Pi^1X(P^2)$ quo*ad *M*, quod ad *R*, quod *G* 17 sestertio *Ernesti* (*cf. ad Iul. 50 p. 26, 24*) 18 damnatorum sociorum *Oud.*, damnatorum [sororum] *Burm.* 19 libertos ς (*Beroaldus*), liberios *M*, liberos *rel.* (*Oud.*) 23 saepe *aut del. aut mutandum in* paene *putat G. Becker* 24 uademonium M^1 26 ecquid puderet *uel* ecquidnam *Bentley*

moleste tam magno aestimari honorem cenae suae; huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid friuoli ducentis milibus traderet diceretque cenaturum apud Caesarem uocatu ipsius.

Vectigalia noua atque inaudita primum per publicanos, 40
deinde, quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosque praetorianos exercuit, nullo rerum aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. pro edulibus, quae tota urbe uenirent, certum statumque exigebatur; pro litibus ac iudiciis ubicumque conceptis quadragesima summae, de qua litigaretur, nec sine poena, si quis composuisse uel donasse negotium conuinceretur; ex gerulorum diurnis quaestibus pars octaua; ex capturis prostitutarum quantum quaeque uno concubitu mereret; additumque ad caput legis, ut tenerentur publico et quae meretricium quiue lenocinium fecissent, nec non et matrimonia obnoxia essent. eius modi 41
uectigalibus indictis neque propositis, cum per ignorantiam scripturae multa commissa fierent, tandem flagitante populo proposuit quidem legem, sed et minutissimis litteris et angustissimo loco, uti ne cui describere liceret. ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in Palatio constituit, districtisque et instructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronae ingenuique starent, misit circum fora et basilicas nomenculatores ad inuitandos ad libidinem iuuenes senesque; praebita aduenientibus pecunia faenebris appositique qui nomina palam subnotarent, quasi adiuuantium

21 *Epit. 3, 7* in palatio matronas nobiles publicae libidini subiecit.

2 friuoli *om. G*, boli *$Π^1Q$*   8 tributo *M^1*   prędulibus *M*, pro eduliis *XN* (*uulg.*)   9 statutumque *GRT*, statimque *N*   12 condonasse *Polak*   14 et caput legis *Gronov.*, id capiti l. *Heinsius*, caput legi *Bentley*   15 teneretur *MG^1(g)X*   quae] qui *G*   meretricium *RTδ et sic corr. $P^2S^2Π^2Q^2$ dubito num recte*, meretricum *rel.*, meritorium *Bentley*, quae⟨stus⟩ meretricum *Bücheler retinens* teneretur   quiue] et qui *PT* (*uulg.*), et quiuę *S*   18 scripturae *glossema putant Burm. aliique*   20 uti] utque *Burm.*, cautumque *G. Becker*   22 districtisque *$M^1δ$*, distructisque *$Π^1Q$ et sic corr. in M* (*m. 1?*), destructisque *rel.*, distinctisque *ed. Basil. 1533*, discretisque *Bentley*   24 in libidinem ς (*ed. Ven. I. uulg.*)   25 fenebris (foe- *G*) *MGX*, fenoris *T*   fenebri appositisque *e codd. duobus offert Torr et sic ed. Aldina 1516 aliaeque* (adpositisque *etiam L^3*)

2 Caesaris reditus. ac ne ex lusu quidem aleae compendium spernens plus mendacio atque etiam periurio lucrabatur. et quondam proximo conlusori demandata uice sua progressus in atrium domus, cum praetereuntis duos equites R. locupletis sine mora corripi confiscarique iussisset, exultans rediit gloriansque numquam se prosperiore alea usum.

42 Filia uero nata paupertatem nec iam imperatoria modo sed et patria conquerens onera conlationes in alimonium ac dotem puellae recepit. edixit et strenas ineunte anno se recepturum stetitque in uestibulo aedium Kal. Ian. ad captandas stipes, quas plenis ante eum manibus ac sinu omnis generis turba fundebat. nouissime contrectandae pecuniae cupidine incensus, saepe super immensos aureorum aceruos patentissimo diffusos loco et nudis pedibus spatiatus et toto corpore aliquamdiu uolutatus est.

43 Militiam resque bellicas semel attigit neque ex destinato, sed cum ad uisendum nemus flumenque Clitumni Meuaniam processisset, admonitus de supplendo numero Batauorum, quos circa se habebat, expeditionis Germanicae impetum cepit; neque distulit, sed legionibus et auxiliis undique excitis, dilectibus ubique acerbissime actis, contracto et omnis generis commeatu quanto numquam antea, iter ingressus est confecitque modo tam festinanter et rapide, ut praetorianae cohortes contra morem signa iumentis imponere et ita subsequi cogerentur, interdum adeo segniter delicateque, ut octaphoro ueheretur atque a propinquarum urbium plebe uerri sibi uias et conspergi propter puluerem exigeret.

19 *Eutrop. VII 12, 2* bellum contra Germanos suscepit et ingressus Suebiam nihil strenue fecit. *Oros. VII 5, 5* hic siquidem magno et incredibili apparatu profectus quaerere hostem uiribus otiosis, Germaniam Galliamque percurrens, in ora Oceani circa prospectum Britanniae restitit.

8 alimoniam *ΠQP²TN*, -nia *S²* ac] et *G* 9 Et dixit *GN¹* 10 uestibuli medio *G* 13 incessus *MQ¹δς* (cupidus *pro* cupidine incensus *H*) 17 clitumin (cli- *L*) *MGX*, clitumni (-unni *R*) in *TP²*, *corr. ed. Bon. 1488* (Clitunni *sine* in *ed. Rom. II*) 22 quantos *MΠ²R* antea iter *Gronov.*, ante alter *Ω*, ante alius iter *Graevius* 25 delicatęque *G*, delicate *MLP¹*, et delicate *T'P²* (*edd.*) 26 atque a] atque *MGLP¹*, aque *Bentley nescio an rectius* 27 et aqua inspergi *H* (aqua *uoluerat etiam Heinsius*)

Postquam castra attigit, ut se acrem ac seuerum ducem 44
ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuersis locis ad-
duxerant, cum ignominia dimisit; at in exercitu recensendo
plerisque centurionum maturis iam et nonnullis ante paucis-
simos quam consummaturi essent dies, primos pilos ademit,
causatus senium cuiusque et imbecillitatem; ceterorum in-
crepita cupiditate commoda emeritae militiae ad †sescentorum
milium summam recidit. nihil autem amplius quam Ad- 2
minio Cynobellini Britannorum regis filio, qui pulsus a patre
cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto, quasi
uniuersa tradita insula, magnificas Romam litteras misit,
monitis speculatoribus, ut uehiculo ad forum usque et curiam
pertenderent nec nisi in aede Martis ac frequente senatu con-
sulibus traderent.

Mox deficiente belli materia paucos de custodia Ger- 45
manos traici occulique trans Rhenum iussit ac sibi post
prandium quam tumultuosissime adesse hostem nuntiari. quo
facto proripuit se cum amicis et parte equitum praetoria-
norum in proximam siluam, truncatisque arboribus et in
modum tropaeorum adornatis ad lumina reuersus, eorum qui-
dem qui secuti non essent timiditatem et ignauiam corripuit,
comites autem et participes uictoriae nouo genere ac nomine
coronarum donauit, quas distinctas solis ac lunae siderum-
que specie exploratorias appellauit. rursus obsides quosdam 2
abductos e litterario ludo clamque praemissos, deserto repente
conuiuio, cum equitatu insecutus ueluti profugos ac repre-
hensos in catenis reduxit; in hoc quoque mimo praeter mo-
dum intemperans. repetita cena renuntiantis coactum agmen

---

8 *Oros. VII 5, 5* cumque ibi Minocynobelinum (*sic codd. plerique*) Britannorum regis filium, qui a patre pulsus cum paucis oberrabat, in deditionem recepisset, deficiente belli materia (*l. 15*) Romam rediit.

---

2 e *X* 3 cum *om. MGLP¹* (*cf. Aug. 24*) 4 maturos *MGL* (*non P*) 5 essent] estis *M* primipilos *G* 6 imbecillitate *M* 7 commode meritae *MP*, commode m. *GL*, comodu m. *T* sescentorum (sexc- *ΠQX*) *Ω*, sex *uel* senum *Lipsius*, sexagenum *Bücheler* 8 milium] nummum *Bentley* rescidit *ΠQ* (*in Π corr. ex* recc-, *ut habent etiam M²L*) adnimio *G* 9 cynobelini *L*, cinobellini *Π*, tiniobellini *T*, *an* Cunobellini? 12 sepe latoribus *X* (*corr. P²*) ut *eras. in Π* 23 quasi *MGδ* 27 immo *G* 28 repetita *cum antecedentibus coniungit Bentley*

sic ut erant loricatos ad discumbendum adhortatus est. monuit etiam notissimo Vergili ⟨*Aen. I 207*⟩ uersu durarent secundisque se rebus seruarent.

3 Atque inter haec absentem senatum populumque grauissimo obiurgauit edicto, quod Caesare proeliante et tantis discriminibus obiecto tempestiua conuiuia, circum et

46 theatra et amoenos secessus celebrarent. postremo quasi perpetraturus bellum, derecta acie in litore Oceani ac ballistis machinisque dispositis, nemine gnaro aut opinante quidnam coepturus esset, repente ut conchas legerent galeasque et sinus replerent imperauit, spolia Oceani uocans Capitolio Palatioque debita, et in indicium uictoriae altissimam turrem excitauit, ex qua ut Pharo noctibus ad regendos nauium cursus ignes emicarent; pronuntiatoque militi donatiuo centenis uiritim denariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus: abite, inquit, laeti, abite locupletes.

47 Conuersus hinc ad curam triumphi praeter captiuos ac transfugas barbaros Galliarum quoque procerissimum quemque et, ut ipse dicebat, *ἀξιοθριάμβ⟨ε⟩υτον*, ac nonnullos ex principibus legit ac seposuit ad pompam coegitque non tantum rutilare et summittere comam, sed et sermonem Germanicum addiscere et nomina barbarica ferre. praecepit etiam triremis, quibus introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Romam deuehi. scripsit et procuratoribus, triumphum appararent quam minima summa, sed quantus numquam alius fuisset, quando in omnium hominum bona ius haberent.

48 Prius quam prouincia decederet, consilium iniit nefandae atrocitatis legiones, quae post excessum Augusti seditionem

8 *Victor Caes. 3, 11sq.* contractis ad unum legionibus spe in Germaniam transgrediendi conchas umbilicosque in ora maris Oceani legi iussit, cum ipse nunc fluxo cultu Venerioque (*cf. p. 194, 1*) interesset, nunc armatus spolia a se non ex hominibus, sed caelestium capi dictitaret.

6 intempestiua *ΠQSTδ* 9 ignaro *MRδ* (ignaro agmine quidnam *H*) 13 turrim *G* pharao *M*[1] 19 ΑΖΙΟΘΡΙΑΜΒΥΤΟΝ (-ΒΙΤΟΝ *LS*) Ω, inuictissimum *N et sic ss. in LS, corr.* ς 22 nomine ... ferre praecepit. Etiam triremes (-es *etiam T*) ... deuehi iussit. Scripsit *eqs. G* 25 nimia *X* alias *Bentley* 27 iniit] misit *G* 28 post exc. Aug. *del. A. Riese*

olim mouerant, contrucidandi, quod et patrem suum Germanicum ducem et se infantem tunc obsedissent, uixque a tam praecipiti cogitatione reuocatus, inhiberi nullo modo potuit quin decimare uelle perseueraret. uocatas itaque ad contionem inermes, atque etiam gladiis depositis, equitatu armato
circumdedit. sed cum uideret suspecta re plerosque dilabi ad 2
resumenda si qua uis fieret arma, profugit contionem confestimque urbem †omnem petit, deflexa omni acerbitate in senatum, cui ad ⟨a⟩uertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur; querens inter cetera fraudatum se iusto triumpho, cum ipse paulo ante, ne quid de honoribus suis
ageretur, etiam sub mortis poena denuntiasset. aditus ergo in 49
itinere a legatis amplissimi ordinis ut maturaret orantibus, quam maxima uoce: ueniam, inquit, ueniam, et hic mecum, capulum gladii crebro uerberans, quo cinctus erat. edixit et reuerti se, sed iis tantum qui optarent, equestri ordini et populo; nam se neque ciuem neque principem sena-
tui amplius fore. uetuit etiam quemquam senatorum sibi 2
occurrere. atque omisso uel dilato triumpho ouans urbem natali suo ingressus est; intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus et aliquanto maiora moliens, siquidem proposuerat Antium, deinde Alexandream commigrare interempto
prius utriusque ordinis electissimo quoque. quod ne cui du- 3
bium uideatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli diuerso

24 sqq. *Oros. VII 5, 10* duo libelli in secretis eius reperti sunt, quorum alteri 'pugio', alteri 'gladius' pro signo nominis adscriptum erat; ambo lectissimorum uirorum utriusque ordinis, senatorii et equestris, nomina et notas continebant morti destinatorum. inuenta est et arca ingens uariorum uenenorum, quibus mox Claudio Caesare iubente demersis infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim aestus eiecit.

5 dispositis *Υ* 8 urbem omnem *MGδ*, omnem urbem *X*, urbem *Υ* (*edd.*); *quid lateat incertum, de* Romam *uel* amens *cogitauit Burm.* petiit *Υ* 9 senatu MG^{1} (*corr.* G^{3}) ad auertendos TL^{3} (*Sabellicus*), aduertendos $MGL^{1}PS$, animaduertendos *Υ* 15 uersans *G* edixit et TL^{3} (*num recte quaeritur*), edixisse $ML^{1}P$, edixit *ST*, dicens se *G* 16 reuertisse sed iis L^{1}, reuerti sese diis *P*, reuertisse diis *G*, reuerti sese is *T*, reuerti sese *S* optauerant G^{1} (-uerint G^{3}) 18 amplius *om. G* 20 quintum *Rycqius al.* 23 quoque] que *M*

titulo, alteri **gladius**, alteri **pugio** index erat; ambo nomina et notas continebant morti destinatorum. inuenta et arca ingens uariorum uenenorum plena, quibus mox a Claudio demersis infecta maria traduntur non sine piscium exitio, quos enectos aestus in proxima litora eiecit.

50 Statura fuit eminenti, colore expallido, corpore enormi, gracilitate maxima ceruicis et crurum, oculis et temporibus concauis, fronte lata et torua, capillo raro at circa uerticem nullo, hirsutus cetera. quare transeunte eo prospicere ex superiore parte aut omnino quacumque de causa capram nominare, criminosum et exitiale habebatur. uultum uero natura horridum ac taetrum etiam ex industria efferabat componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem.

2 Valitudo ei neque corporis neque animi constitit. puer
comitiali morbo uexatus, in adulescentia ita patiens laborum
erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare,
colligere semet ac sufferre uix posset. mentis ualitudinem et
ipse senserat ac subinde de secessu deque purgando cerebro
cogitauit. creditur potionatus a Caesonia uxore amatorio qui-
3 dem medicamento, sed quod in furorem uerterit. incitabatur
insomnio maxime; neque enim plus quam tribus nocturnis
horis quiescebat ac ne iis quidem placida quiete, sed pauida
miris rerum imaginibus, ut qui inter ceteras pelagi quondam
speciem conloquentem secum uidere uisus sit. ideoque magna
parte noctis uigiliae cubandique taedio nunc toro residens,
nunc per longissimas porticus uagus inuocare identidem at-
que expectare lucem consuerat.

---

6 *cf. ad Tib. 68* 19 *cf. Schol. Iuu. 6, 615* quem adeo medicatis potionibus uxor Caesonia in amorem suum deduxit, ut de nimia inpotentia furens saepe eam nudam amicis ostenderet (*u. p. 177, 27*).

5 enecatos *Oros.* 6 pallido *YTN*, squalido *Bentley* 7 timporibus *M²ST*, tymp- *G* 8 at (ad *M*) *MGY*, et *H*, ac *LPTN* (*edd.*), aut *S*, *uix fuit* atque 10 qualicumque *H* 11 exitiabile (exici- *G*) *HGII* 12 efferabat *L²POT*, efferebat *rel. et N* (Ω?) 16 ingredi *X*, gredi *M*, gradi *GY* (*cf. Vesp. 7*) 19 potione inuitatus *Heinsius*, potione temptatus *Oud. coll. Ner. 35* 20 uerteret *G* 21 insomnio (-no *STN*) Ω, insomnia *edd. cum Stephano fortasse rectius* 24 colloquentis *G* 25 cubandi quoque *XN* 26 inuocare et identidem ex amatque etiam exspectare *G* 27 consueuerat *M* (*corr. m. 1*) *Tδε*

Non inmerito mentis ualitudini attribuerim diuersissima **51**
in eodem uitia, summam confidentiam et contra nimium me-
tum. nam qui deos tanto opere contemneret, ad minima toni-
trua et fulgura coniuere, caput obuoluere, at uero maiore
proripere se e strato sub lectumque condere solebat. pere-
grinatione quidem Siciliensi irrisis multum locorum miraculis
repente a Messana noctu profugit Aetnaei uerticis fumo ac
murmure pauefactus. aduersus barbaros quoque minacissi- 2
mus, cum trans Rhenum inter angustias densumque agmen
iter essedo faceret, dicente quodam non mediocrem fore con-
sternationem sicunde hostis appareat, equum ilico conscendit
ac propere ⟨re⟩uersus ad pontes, ut eos calonibus et impedi-
mentis stipatos repperit, impatiens morae per manus ac super
capita hominum translatus est. mox etiam audita rebellione 3
Germaniae fugam et subsidia fugae classes apparabat, uno
solacio adquiescens transmarinas certe sibi superfuturas pro-
uincias, si uictores Alpium iuga, ut Cimbri, uel etiam urbem,
ut Senones quondam, occuparent; unde credo percussoribus
eius postea consilium natum apud tumultuantes milites emen-
tiendi, ipsum sibi manus intulisse nuntio malae pugnae per-
territum.

Vestitu calciatuque et cetero habitu neque patrio neque **52**
ciuili, ac ne uirili quidem ac denique humano semper usus
est. saepe depictas gemmatasque indutus paenulas, manu-
leatus et armillatus in publicum processit; aliquando serica-
tus et cycladatus; ac modo in crepidis uel coturnis, modo in
speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri; plerumque
uero aurea barba, fulmen tenens aut fuscinam aut caduceum

---

22 sqq. *Victor Caes. 3, 10* deorum habitu incedebat. *Einhard. 23* uestitu patrio, id est Francico, utebatur.

---

2 et econtra *G* 4 at (ad *M*) uero maiore *MLP*, ad (at $G^{1}OT$) uero maiora *GT'O* (*Madvig*), ad maiora uero *HNϱς*, at uero ad maiora *Heinsius* (*cf. Herm. 40 p. 185*) 5 se stratu *G*, sese strato *S* concedere *M* 6 multorum (*at* or *expunct. in G m. 1*) *G T* (*uulg.*) Palicorum *Bentley* 7 crateris '*e peruetusto libro*' *affert Turneb. adu. 27, 20* 12 prope uersus *N*, *corr. Bentley*, *Cannegieter* fontes *T* 12 impedientibus *G* 15 apparebat MQ^{1} 18 caperent *X* 23 nec denique *Ernesti*, aut d. *Wolf* ⟨non⟩ humano *uulg.* (*Beroald.*) 24 pictas *Ernesti* 28 fiscinam *MGS'δ*

deorum insignia, atque etiam Veneris cultu conspectus est. triumphalem quidem ornatum etiam ante expeditionem assidue gestauit, interdum et Magni Alexandri thoracem repetitum e conditorio eius.

53 Ex disciplinis liberalibus minimum eruditioni, eloquentiae plurimum attendit, quantumuis facundus et promptus, utique si perorandum in aliquem esset. irato et uerba et sententiae suppetebant, pronuntiatio quoque et uox, ut neque eodem loci prae ardore consisteret et exaudiretur a procul stanti-
2 bus. peroraturus stricturum se lucubrationis suae telum minabatur, lenius comptiusque scribendi genus adeo contemnens, ut Senecam tum maxime placentem commissiones meras componere et harenam esse sine calce diceret. solebat etiam prosperis oratorum actionibus rescribere et magnorum in senatu reorum accusationes defensionesque meditari ac, prout stilus cesserat, uel onerare sententia sua quemque uel subleuare, equestri quoque ordine ad audiendum inuitato per edicta.

54 Sed et aliorum generum artes studiosissime et diuersissimas exercuit. Thra⟨e⟩x et auriga, idem cantor atque saltator, battuebat pugnatoriis armis, aurigabat extructo plurifariam circo; canendi ac saltandi uoluptate ita efferebatur, ut ne publicis quidem spectaculis temperaret quo minus et tragoedo pronuntianti concineret et gestum histrionis quasi laudans
2 uel corrigens palam effingeret. nec alia de causa uidetur eo die, quo periit, peruigilium indixisse quam ut initium in scaenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. saltabat autem nonnumquam etiam noctu; et quondam tres consulares secunda uigilia in Palatium accitos multaque et extrema metuentis super pulpitum conlocauit, deinde repente magno tibiarum et scabellorum crepitu cum palla tunicaque talari

1 *Victor Caes. 3, 11 u. ad p. 190, 8*

1 deorum insignia *del. Bentley*, in deorum figura *G* 4 eius *om. G* 9 loco *GT* 12 cum maxime *Bentley* 13 componere *del. Torr.* 16 stilus *om. G* ornare *G* 18 aliarum *ML¹PQ* 19 edocuit *G* Threx *Torr.* 26 scaenam (sce-) *TG³*, -na *rel.* (Ω) 29 deinde *MTδ*, dein *rel. et N, fort. rectius, at cf. Aug. 94, 9 (u. Herm. 36 p. 303)* 30 scabillorum *tituli suadent* pallatum utique *G*

prosiluit ac desaltato cantico abiit. atque hic tam docilis ad cetera natare nesciit.

Quorum uero studio teneretur, omnibus ad insaniam fauit. 55
Mnesterem pantomimum etiam inter spectacula osculabatur, ac si qui saltante eo uel leuiter obstreperet, detrahi iussum manu sua flagellabat. equiti R. tumultuanti per centurionem denuntiauit, abiret sine mora Ostiam perferretque ad Ptolemaeum regem in Mauretaniam codicillos suos; quorum exemplum erat: ei quem istoc misi, neque boni quicquam neque mali feceris. Thr⟨a⟩eces quosdam Germanis cor- 2
poris custodibus praeposuit. murmillonum armaturas recidit. Columbo uictori, leuiter tamen saucio, uenenum in plagam addidit, quod ex eo Columbinum appellauit; sic certe inter alia uenena scriptum ab eo repertum est. prasinae factioni ita addictus et deditus, ut cenaret in stabulo assidue et maneret, agitatori Eutycho comisatione quadam in apophoretis uicies sestertium contulit. Incitato equo, cuius causa pridie 3
circenses, ne inquietaretur, uiciniae silentium per milites indicere solebat, praeter equile marmoreum et praesaepe eburneum praeterque purpurea tegumenta ac monilia e gemmis domum etiam et familiam et supellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur; consulatum quoque traditur destinasse.

Ita bacchantem atque grassantem non defuit plerisque 56
animus adoriri. sed una ⟨atque⟩ altera conspiratione detecta aliis per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communicauerunt perfeceruntque, non sine conscientia potentissimorum libertorum praefectorumque praetori; quod ipsi quoque etsi falso in quadam coniuratione quasi participes nominati, suspectos tamen se et inuisos sentiebant. nam et statim seductis

1 prosiliuit *L S^2 T*, prosiliit *X* 2 notare *Bentley* nescit *LP* 3 studiis *G* 4 mnesther. *M*, Mnestera *Bentley* 5 at *GT* leniter *LN* 7 ut abiret *L* 8 mauritaniam *Ω* 10 germani *MGL* 13 indidit *Polak* 14 inscriptum *Bentley* 16 euthico *Ω* (ey-, cy-, ei- *codd. praeter M*); *Εὔτυχος Ioseph. ant. Iud. XIX 4, 4* 19 equum *LPOT* ebureum *MG L^1 PT* 20 ac] et *G* monilia gemmas *XR* (*uerba* ac mon. *usque* dedit *in marg. add. R*), monilia et gemmas *δ*, monile e gemmis *ΠQ* 25 atque altera *scripsi* (*cf. Herm. 40 p. 182*), altera *Mδ*, et altera *GΠQ*, alteraque *XR* (*edd.*) 26 dubitantibus *G* duo *ΠQT*, duae *rel.* (*Ω*)

magnam fecit inuidiam destricto gladio affirmans sponte se periturum, si et illis morte dignus uideretur, nec cessauit ex eo criminari alterum alteri atque inter se omnis committere.
2 Cum placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie adgredi, primas sibi partes Cassius Chaerea tribunus cohortis praetoriae depoposcit, quem Gaius seniorem iam et mollem et effeminatum denotare omni probro consuerat et modo signum petenti Priapum aut Venerem dare, modo ex aliqua causa agenti gratias osculandam manum offerre formatam commotamque in obscaenum modum.

57 Futurae caedis multa prodigia extiterunt. Olympiae simulacrum Iouis, quod dissolui transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis opifices diffugerint; superuenitque ilico quidam Cassius nomine, iussum se somnio affirmans immolare taurum Ioui.
2 Capitolium Capuae Id. Mar⟨t.⟩ de caelo tactum est, item Romae cella Palatini atriensis. nec defuerunt qui coniectarent altero ostento periculum a custodibus domino portendi, altero caedem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. consulenti quoque de genitura sua Sulla mathematicus cer-
3 tissimam necem appropinquare affirmauit. monuerunt et Fortunae Antiatinae, ut a Cassio caueret; qua causa ille Cassium Longinum Asiae tum proconsulem occidendum delegauerat inmemor Chaeream Cassium nominari. pridie quam periret, somniauit consistere se in caelo iuxta solium Iouis impulsumque ab eo dextri pedis pollice et in terras praecipitatum. prodigiorum loco habita sunt etiam, quae forte illo ipso die
4 paulo prius acciderant. sacrificans respersus est phoenicopteri sanguine; et pantomimus Mnester tragoediam ⟨*trag. frg. adesp. p. 838*⟩ saltauit, quam olim Neoptolemus tragoedus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat; et cum in Laureolo mimo, in quo a[u]ctor proripiens se ruina sanguinem

---

5 *Auson. 259, 4* expetiit poenas de Caesare Chaerea mollis.

---

2 dignos *et* necessauit *M* 4 ludi *X* 6 et *om. X*, ut *edd. Rom. pr.* 13 dedit *M* 18 portento *G* 19 eadem *X* die *om. Υ* 20 de] si (*et tum* sullam) *G* 21 et *om. X* 30 neoptolomeus *M*, neptolemus *Υ* 32 laureaco *Υδ* auctor *Ω, corr. ς* (*Beroaldus*) prorepens e ruina *Beatus Rhenanus* (e ruina *pro* se ruina *R*, se e ruina *Torr.*, eruina *Reinesius*)

uomit, plures secundarum certatim experimentum artis darent,
cruore scaena abundauit. parabatur et in noctem spectaculum,
quo argumenta inferorum per Aegyptios et Aethiopas expli-
carentur. VIIII. Kal. Febr. hora fere septima cunctatus an 58
ad prandium surgeret marcente adhuc stomacho pridiani cibi
onere, tandem suadentibus amicis egressus est. cum in crypta,
per quam transeundum erat, pueri nobiles ex Asia ad eden-
das in scaena operas euocati praepararentur, ut eos inspiceret
hortareturque restitit, ac nisi princeps gregis algere se di-
ceret, redire ac repraesentare spectaculum uoluit. duplex de- 2
hinc fama est: alii tradunt adloquenti pueros a tergo Chae-
ream ceruicem gladio caesim grauiter percussisse praemissa
uoce: hoc age! dehinc Cornelium Sabinum, alterum e con-
iuratis, tribunum ex aduerso traiecisse pectus; alii Sabinum
summota per conscios centuriones turba signum more militiae
petisse et Gaio Iouem dante Chaeream exclamasse: accipe
ratum! respicientique maxillam ictu discidisse. iacentem con- 3
tractisque membris clamitantem se uiuere ceteri uulneribus
triginta confecerunt; nam signum erat omnium: repete! qui-
dam etiam per obscaena ferrum adegerunt. ad primum tu-
multum lecticari cum asseribus in auxilium accucurrerunt,
mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussori-
bus, quosdam etiam senatores innoxios interemerunt.

Vixit annis uiginti nouem, imperauit triennio et decem 59
mensibus diebusque octo. cadauer eius clam in hortos La-
mianos asportatum et tumultuario rogo semiambustum leui
caespite obrutum est, postea per sorores ab exilio reuersas
erutum et crematum sepultumque. satis constat, prius quam

24 *Eutrop. VII 12, 4* interfectus in Palatio est anno aetatis uicesimo nono, imperii tertio, mense decimo dieque octauo. *Oros. VII 5, 1* mansitque in imperio annis non plenis quattuor. *cf. Auson. 258, 4*

1 uomit *ΠQ*, uomitu *MGδ*, uomit ut *LR*, uouit (no *suprascr.*) ut *P*, uomuit ut *ST* 6 egressus, cum in cr. *Bentley* cripta *T*, cryptam (cri- *GPST*) *rel.* 9 sortireturque *Nic. Hopsius* 10 praesentare *et* deplex *M* 12 cęsam *GL*[2] 16 Iouem] uocem *G* cherean *MΠ* 17 ręatum *L*, iratum *Lipsius* 19 xxx· *GXΥ* omnibus *edd. Rom. al.* 20 tumultus *M*[1] 21 accurrerunt *RL*[1]*P*[2]*T*, occurr- *ΠQP*[1] 23 etiam *om. G* 24 xxviiii (xxix *ST*) *GXΥ* 25 viii *XΥ*, vii *G*, septem *δ* 26 leui — obrutum est *om. G*

id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos; in ea quoque domo, in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpta sit. perit una et uxor Caesonia gladio a centurione confossa et filia parieti inlisa.

60 Condicionem temporum illorum etiam per haec aestimare quiuis possit. nam neque caede uulgata statim creditum est, fuitque suspicio ab ipso Gaio famam caedis simulatam et emissam, ut eo pacto hominum erga se mentes deprehenderet; neque coniurati cuiquam imperium destinauerunt; et senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut consules primo non in curiam, quia Iulia uocabatur, sed in Capitolium conuocarent, quidam uero sententiae loco abolendam Caesarum memoriam ac diruenda templa censuerint. obseruatum autem notatumque est in primis Caesares omnes, quibus Gai praenomen fuerit, ferro perisse, iam inde ab eo, qui Cinnanis temporibus sit occisus.

1 fieret et *G* 2 errore $M\Pi^1Q$, horrore *Gδ* 3 periit *GΥ'* 7 caede *om. G* 8 caedis famam *G* 12 conuocarint *Oud.* 14 diripienda *G*, diluenda *Q* censuerunt (consul- *T*) *X*, censerent *Ernesti*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarum. c. caligula liber IIII. explicit incipit diuus claudius liber quintus feliciter *M et sim. GΠR* (felic. *om. R*) explicit gaius. incipit diuus claudius liber quintus feliciter *Q* explicit liber quartus. incipit de claudio liber quintus *L et* (*om.* de claudio) *S* *nulla subscriptio in P*





C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM

LIBER V

DIVVS CLAVDIVS

Patrem Claudi Caesaris Drusum, olim Decimum mox 1
Neronem praenomine, Liuia, cum Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit, fuitque suspicio ex uitrico per adulterii consuetudinem procreatum. statim certe uulgatus est uersus ⟨*com. Att. frg. III p. 449 n. 213*⟩:

τοῖς εὐτυχοῦσι καὶ τρίμηνα παιδία.

is Drusus in quaesturae praeturaeque honore dux Raetici, 2
deinde Germanici belli Oceanum septemtrionalem primus Romanorum ducum nauigauit transque Rhenum fossas naui et immensi operis effecit, quae nunc adhuc Drusinae uocantur.

7 *cf. Oros. VI 21, 12* Claudius Drusus ... Galliam Raetiamque sortitus maximas fortissimasque gentes Germaniae armis subegit.

6 ЄΥΤΥΧΟΙϹΙ *MLS* *ss.* felicibus et indoctis pueris *in LS* 9 naui *MG* (gnaui *Bentley*), noui *T* (*edd.*), magna ui *X*, *om. δ interpolans* fossas immensis operibus (*cf. Herm. 40 p. 189*)

hostem etiam frequenter caesum ac penitus in intimas solitu-
dines actum non prius destitit insequi, quam species barbarae
mulieris humana amplior uictorem tendere ultra sermone La-
3 tino prohibuisset. quas ob res ouandi ius et triumphalia
ornamenta percepit; ac post praeturam confestim inito con-
sulatu atque expeditione repetita supremum diem morbo obiit
in aestiuis castris, quae ex eo Scelerata sunt appellata. cor-
pus eius per municipiorum coloniarumque primores suscipien-
tibus obuiis scribarum decuriis ad urbem deuectum sepultum-
que est in campo Martio. ceterum exercitus honorarium ei
tumulum excitauit, circa quem deinceps stato die quotannis
miles decurreret Galliarumque ciuitates publice supplicarent.
praeterea senatus inter alia complura marmoreum arcum cum
tropaeis uia Appia decreuit et Germanici cognomen ipsi poste-
4 risque eius. fuisse autem creditur non minus gloriosi quam
ciuilis animi; nam ex hoste super uictorias opima quoque
spolia captasse summoque saepius discrimine duces Germa-
norum tota acie insectatus; nec dissimulasse umquam pristi-
num se rei p. statum, quandoque posset, restituturum. unde
existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto
reuocatumque ex prouincia et quia cunctaretur, interceptum
5 ueneno. quod equidem magis ne praetermitterem rettuli,
quam quia uerum aut ueri simile putem, cum Augustus tanto
opere et uiuum dilexerit, ut coheredem semper filiis institue-
rit, sicut quondam in senatu professus est, et defunctum ita
pro contione laudauerit, ut deos precatus sit, similes ei Cae-
sares suos facerent sibique tam honestum quandoque
exitum darent quam illi dedissent. nec contentus elogium
tumulo eius uersibus a se compositis insculpsisse, etiam uitae
memoriam prosa oratione composuit.

6 Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit, uerum
tres omnino reliquit: Germanicum, Liuillam, Claudium.

10 *cf. Eutrop. VII 13, 1* Drusi, qui apud Mogontiacum monumentum habet.

7 scelerato *M* 9 decuris *Roth* 11 statuto *GRL*^{2}*POT* 14 germani *MGL* 15 generosi *Bentley* ciuilis quam gloriosi *Polak* 16 optima *G* 17 summo *Polak* 18 pristinum *om. G* 20 ęstimo *G* 22 ne ⟨quid⟩ *Polak* 25 et *om. MGX* 29 exculpsisse *X* 32 liuiam *G*

a. 10 a. C. Claudius natus est Iullo Antonio Fabio Africano conss. 2 Kal. Aug. Lugduni eo ipso die quo primum ara ibi Augusto dedicata est, appellatusque Tiberius Claudius Drusus. mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato Germanici cognomen assumpsit. infans autem relictus a patre ac per omne fere pueritiae atque adulescentiae tempus uariis et tenacibus morbis conflictatus est, adeo ut animo simul et corpore hebetato ne progressa quidem aetate ulli publico priuatoque muneri habilis existimaretur. diu atque etiam post tutelam 2 receptam alieni arbitrii et sub paedagogo fuit: quem barbarum et olim superiumentarium ex industria sibi appositum, ut se quibuscumque de causis quam saeuissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur. ob hanc eandem ualitudinem et gladiatorio munere, quod simul cum fratre memoriae patris edebat, palliolatus nouo more praesedit; et togae uirilis die circa mediam noctem sine sollemni officio lectica in Capitolium latus est. disciplinis tamen liberalibus ab 3 aetate prima non mediocrem operam dedit ac saepe experimenta cuiusque etiam publicauit. uerum ne sic quidem quicquam dignitatis assequi aut spem de se commodiorem in posterum facere potuit.

Mater Antonia p o r t e n t u m e u m h o m i n i s dictitabat, 2 n e c a b s o l u t u m a n a t u r a, s e d t a n t u m i n c o h a t u m; ac si quem socordiae argueret, s t u l t i o r e m aiebat f i l i o s u o C l a u d i o. auia Augusta pro despectissimo semper habuit, non affari nisi rarissime, non monere nisi acerbo et breui scripto aut per internuntios solita. soror Liuilla cum audisset quandoque imperaturum, tam iniquam et tam indignam sortem p. R. palam et clare detestata est. nam auunculus maior Augustus quid de eo in utramque partem opinatus sit, quo certius cognoscatur, capita ex ipsius epistulis posui.

---

7 *Victor Caes. 4, 1* uecors iuxta atque immemor. *Epit. 4, 3* uecors et prope hebes.

---

1 iulio *Ω*, Iulo *Pulmannus* 5 ac *malim abesse* 7 est *del. Bentley* 8 priuatoue ς (*Casaub.*) 9 munere *MGδ* 11 supermentarium *M*[1] 12 quam *om. G* 19 nec *M*[1]*PT* 24 claudi (-ii *G*) *MGQ, item Π*[1] *ut uid., ubi* o *est in ras. m. 2* 27 liuia *G* 28 regnaturum *G* tam *posterius om. G* ς 29 et *post* nam *add. T* (*uulg.*) 31 agnoscatur *Y*

4 Collocutus sum cum Tiberio, ut mandasti mea Liuia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum esset ludis Martialibus. consentit autem uterque nostrum, semel nobis esse statuendum, quod consilium in illo sequamur. nam si est artius, ut ita dicam, holocleros, quid est quod dubitemus, quin per eosdem articulos et gradus producendus sit, per quos frater eius pro-
2 ductus sit? sin autem *ἠλαττῶσθαι* sentimus eum et *βεβλάφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψ⟨υ⟩χῆς ἀρτιότητα*, praebenda materia deridendi et illum et nos non est hominibus *τὰ τοιαῦτα σκώπτειν καὶ μυκτηρίζειν εἰωθόσιν*. nam semper aestuabimus, si de singulis articulis temporum deliberabimus, *μὴ προϋποκειμένου ἡμῖν* posse arbitremur eum gerere
3 honores necne. in praesentia tamen quibus de rebus consulis, curare eum ludis Martialibus triclinium sacerdotum non displicet nobis, si est passurus se ab Siluani filio homine sibi affini admoneri, ne quid faciat quod conspici et derideri possit. spectare eum circenses ex puluinari non placet nobis; expositus enim in fronte prima spectaculorum conspicietur. in Albanum montem ire eum non placet nobis aut esse Romae Latinarum diebus. cur enim non praeficitur
4 urbi, si potest sequi fratrem suum in montem? habes nostras, mea Liuia, sententias, quibus placet semel de tota re aliquid constitui, ne semper inter spem

---

4 collocatus *MΠ*^{1} cum *om. G* 5 *ἄρτιος uulg.* ut] et ut *Beroaldus,* et *Casaub.* *ὁλόκληρος uulg.* 6 est quod *om. G* 7 perducendus *et tum* perductus *L*^{2}(*L*^{3}*?*)ς (*illud etiam Π*) 8 sit] est *Q*, fuit *pars edd. post Erasmum* *ἠλαττῶσθαι Beroaldus,* ΕΛΑΤΤΩϹΘΑΙ (*uel* -ΩϹΕΑΙ, *sic MG*^{1} *al.*)*Ω*, *ss.* muniendus *in LS et tum in iisdem* ad nocendum corpori et anime uelox 9 ΤΗΨΧΗϹ *M*, ΤΗϹΥΧΗϹ *uel* ΤΗϹΨΧΗϹ *rel.* (*ψυχῆς om. Π*), *corr. edd. Rom.* 10 ΑΡΠΟΤΗΤΑ *MQR*, ΑΡΡΟΤΗΤΑ *G*, *corruptius rel., corr.* ς (*edd. Rom.*) 11 ΤΟΙΑΥϹΤΑ *MLS* ϹΚΩΤΙΓΕΙΝ *MG*^{1} *et sim. rel., corr. G*^{3}ς (*ed. Rom.*) 12 ΕΗΙΩΘΟϹΙΝ *M et sim. rel.* (Ε·ΝΙΩΤΟϹΙΝ *G*), *corr.* ς (*edd. Rom.*) *ss.* talia intendere et subsannari *in LS* 14 ΠΡΟΥΠΡΟΚΕΙΜΕΝΟΥ *MLS,* ΠΡΟΥΠΟΚΕΙΜΕΝΩΥ *PR, recte G, corruptius ΠQ* (*qui tamen terminant in* ΟΥ, *non in* ΟΝ, *ut exhibet pars edd.*), *ss.* non conueniunt hec nobis *in LS* 18 Silani *Roth al. cum Beroaldo,* sillani ς 22 montem *om. Π*^{1}*Q* 26 detectare *G*

et metum fluctuemur. licebit autem, si uoles, Antoniae quoque nostrae des hanc partem epistulae huius legendam. rursus alteris litteris:

Tiberium adulescentem ego uero, dum tu aberis, 5
cotidie inuitabo ad cenam, ne solus cenet cum suo Sulpicio et Athenodoro. qui uellem diligentius et minus *μετεώρως* deligeret sibi aliquem, cuius motum et habitum et incessum imitaretur. misellus *ἀτυχεῖ·* nam *ἐν τοῖς σπουδαίοις*, ubi non aberrauit eius animus, satis apparet *ἡ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ εὐγένεια.* item tertiis litteris:

Tiberium nepotem tuum placere mihi declaman- 6
tem potuisse, peream nisi, mea Liuia, admiror. nam qui tam *ἀσαφῶς* loquatur, qui possit cum declamat *σαφῶς* dicere quae dicenda sunt, non uideo.

Nec dubium est, quid post haec Augustus constituerit et 7
reliquerit eum nullo praeter auguralis sacerdotii honore impertitum ac ne heredem quidem nisi inter tertios ac paene extraneos [u]e parte sexta nuncuparet, legatoque non amplius quam octingentorum sestertiorum prosecutus.

Tiberius patruus petenti honores consularia ornamenta **5**
detulit; sed instantius legitimos flagitanti id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia et Sigillari⟨a⟩ misisse ei. tunc demum abiecta spe dignitatis ad otium concessit, modo in hortis et suburbana domo, modo in Campaniae secessu delitescens, atque ex contubernio sordidissimorum ho-

1 fluctuemus *XT* 3 rursus alteris litteris *om. T* 5 nec *MG* cenat *G* 7 ΜΕΤΕΩΡΟϹ *G*, iocundus *ss. in LPS* deligeret *MΠ*, delegeret *RS*, delegerit *L*, diligeret *GQT*, *om. P*, deligerent *Burm. Oud.* 9 nam *Roth*, ·ΔΜ *Ω*, *λίαν uel πάνυ priores, καὶ μὴν Turnebus* *ss.* inesse prudentibus *L* 9 *ss.* anime illius (animo alius *L*) nobilitas *LS* 10 item — litteris *om. GT* 13 potuisse *et* Liuia *om. G* admirer *G* 16 et] qui *Stephanus*, cum *Bentley*, cum et *Oud.*, ut *Smilda* 18 inter tercios *T*, intertios (*uel* -cios) *rel.* (*Ω?*), in tertiis (*et tum* extraneis) *Bentley* 19 e *ed. Rom. II*, ex *Stephanus* (*cf. c. 6*) partes exta L^1, partes extra *GX*(L^2) nuncuparit *Steph.*, *fort. recte* legatoque (-taque *G*) *Ω*, legato *Torr.*, legato quoque *Ernesti* 20 octogintorum *M* prosecutus sit *Steph.*, sit prosecutus (sit *pro nota* HS) *Bentley* 23 sigillaria L^3ς (*edd. Rom. Ven. I*) 25 suburbana domo modo *X*, suburbana modo domo *M*, suburbanis modo *G*, suburbano modo $\Pi^1 Q$, suburbano modo domo modo $\Pi^2 R$ 26 delitiscens MLP^2Q, *fort. melius*

minum super ueterem segnitiae notam ebrietatis quoque et aleae infamiam subiit, cum interim, quanquam hoc modo agenti, numquam aut officium hominum aut reuerentia publice defuit.

6 Equester ordo bis patronum eum perferendae pro se legationis elegit, semel cum deportandum Romam corpus Augusti [h]umeris suis ab consulibus exposcere[n]t, iterum cum oppressum Seianum apud eosdem gratularetur; quin et spectaculis ad-
2 uenienti assurgere et lacernas deponere solebat. senatus quoque, ut ad numerum sodalium Augustalium sorte ductorum extra ordinem adiceretur, censuit et mox ut domus ei, quam incendio amiserat, publica impensa restitueretur, dicendaeque inter consulares sententiae ius esset. quod decretum abolitum est, excusante Tiberio imbecillitatem eius ac damnum liberalitate sua resarsurum pollicente. qui tamen moriens et in tertiis heredibus eum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa sestertium uicies prosecutus commendauit insuper exercitibus ac senatui populoque R. inter ceteras necessitudines nominatim.

7 Sub Gaio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente honores auspicatus consulatum gessit una per duos menses, euenitque ut primitus ingredienti cum fascibus forum praeteruolans aquila dexteriore umero consideret. sortitus est et de altero consulatu in quartum annum; praeseditque nonnumquam spectaculis in Gai uicem, adclamante populo: feliciter par-
8 tim patruo imperatoris partim Germanici fratri! nec eo minus contumeliis obnoxius uixit. nam et si paulo serius ad praedictam cenae horam occurrisset, non nisi aegre et circuito demum triclinio recipiebatur, et quotiens post cibum addormisceret, quod ei fere accidebat, olearum aut palmula-

2 *a* Cum interim *uulgo incip. nouum caput* (*sic in M*, Tum *pro* Cum *G*, Cui *B.-Crusius mauult, ut est in marg. edd. Gryphii*), *rectius Torr. al. ab* Equester 3 reuertenti a M^1 publica *T*ς (*uulg.*) 4 legationi *Bentley* 6 exposcerent Ω (*etiam T*), exposceret ς, exposceretur *Casaub.* 8 lacernas $\Pi^2 T$ς, lucernas *rel.* (Ω) 9 doctorum MT^1 11 incendiomiserat *M* 12 sententiae eius *M*, sententia eius *GR* (*inde antea* dicendaque *G*) 13 eius *om. X* 14 resarsurum (resaus- *Π*) Ω *et sic ut uid. Suet.*, -turum Q^2ς (*uulg.*) et *del. Lipsius* 16 sestertii *I. F. Gronov.* (*cf. ad Iul. 50 p. 26, 24*) 18 ęstimationem *G* 25 paruo ·λ· patruo *M* partem *M* 26 contumeliis *del. Salmasius* 29 obdormisceret *ed. Bon. 1488 al.* (ad *in G ss. m. 1*)

rum ossibus incessebatur, interdum ferula flagroue uelut per ludum excitabatur a copreis. solebant et manibus stertentis socci induci, ut repente expergefactus faciem sibimet confricaret.

Sed ne discriminibus quidem caruit. primum in ipso 9 consulatu, quod Neronis et Drusi fratrum Caesaris statuas segnius locandas ponendasque curasset, paene honore summotus est; deinde extraneo uel etiam domesticorum aliquo deferente assidue uarieque inquietatus. cum uero detecta esset Lepidi et Gaetulici coniuratio, missus in Germaniam inter legatos ad gratulandum etiam uitae periculum adiit, indignante ac fremente Gaio patruum potissimum ad se missum quasi ad puerum regendum, adeo ut non defuerint, qui traderent praecipitatum quoque in flumen, sic ut uestitus aduenerat. atque ex eo numquam non in senatu nouissimus 2 consularium sententiam dixit, ignominiae causa post omnis interrogatus. etiam cognitio falsi testamenti recepta est, in quo et ipse signauerat. postremo sestertium octogies pro introitu noui sacerdotii coactus impendere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam aerario fidem liberare non posset, in uacuum lege praediatoria uenalis pependerit sub edicto praefectorum. Per haec ac talia maxima aetatis 10 parte transacta quinquagesimo anno imperium cepit quantumuis mirabili casu. exclusus inter ceteros ab insidiatoribus Gai, cum quasi secretum eo desiderante turbam submouerent, in diaetam, cui nomen est Hermaeum, recesserat; neque multo post rumore caedis exterritus prorepsit ad solarium proximum interque praetenta foribus uela se abdidit. laten- 2 tem discurrens forte gregarius miles, animaduersis pedibus, [e]

---

28 *cf. Victor Caes. 3, 16* centurio ... Claudium occultantem se repperit deformi latebra: protractoque eo exclamat apud socios, si sapiant, adesse principem. *cf. Epit. 4, 2*

---

1 ferulę(-le) flagro *T* 2 capreis *X*, cropeis *Π* (*cf. Tib. 61*) 3 indui *Π*[1]*Q* 5 primo *M* 6 cesaris fratrum *G* ⟨C.⟩ Caesaris *Bentley* 8 est *del. Bentley* 15 non numquam in *G* 20 recidit *Bentley* 25 desideranti *MGX* (desid. eo *T*) 27 perterritus *G* scolarium *ML*[1]*PR* 29 e *om. G* (*del. Madvig*), ex *T*, et *Politianus*, eius *Bentley*

studio sciscitandi quisnam esset, ad[co]gnouit extractumque et prae metu ad genua sibi adcidentem imperatorem salutauit. hinc ad alios commilitones fluctuantis nec quicquam adhuc quam frementis perduxit. ab his lecticae impositus et, quia sui diffugerant, uicissim succollantibus in castra delatus est tristis ac trepidus, miserante obuia turba quasi ad poenam
3 raperetur insons. receptus intra uallum inter excubias militum pernoctauit, aliquanto minore spe quam fiducia. nam consules cum senatu et cohortibus urbanis forum Capitoliumque occupauerant asserturi communem libertatem; accitusque et ipse per tr. pl. in curiam ad suadenda quae uiderentur, ui
4 se et necessitate teneri respondit. uerum postero die et senatu segniore in exequendis conatibus per taedium ac dissensionem diuersa censentium et multitudine, quae circumstabat, unum rectorem iam et nominatim exposcente, armatos pro contione iurare in nomen suum passus est promisitque singulis quina dena sestertia, primus Caesarum fidem militis etiam praemio pigneratus.

11 Imperio stabilito nihil antiquius duxit quam id biduum, quo de mutando rei p. statu haesitatum erat, memoriae eximere. omnium itaque factorum dictorumque in eo ueniam et obliuionem in perpetuum sanxit ac praestitit, tribunis modo ac centurionibus paucis e coniuratorum in Gaium nu-

8 sqq. *Victor Caes. 3, 18 sq.* quod ubi patres accepere, mittunt ocius si ualerent ausum comprimere. sed postquam uariis taetrisque seditionibus ciuitas cunctique ordines lacerabantur, tanquam ex imperio omnes dedere se. *Oros. VII 6, 3 sq.* cum interfecto Caligula multa de abrogando imperio ac re publica in antiquum ordinem restituenda euerrendaque penitus Caesarum uniuersa familia senatus et consules decreuissent, Claudius mox ut confirmauit imperium, magna atque adhuc Romae incognita usus clementia, ne in tantam nobilium multitudinem ultio, si esset coepta, saeuiret, (*l. 19*) biduum illud, quo de rei publicae statu infeliciter consultatum actumque fuerat, memoriae exemit omniumque factorum dictorumue in eo ueniam et obliuionem in perpetuum sanxit.

1 adcognouit (acc- *GΠ²R*) *Ω*, agnouit *Tς* (*cf. Aug. 65*), *delet Madvig legens* extractum et   et] ac *G*   11 in curiam *om. G*   12 postero uero die senatu *T*   13 dissensione *G*   15 eum poscente *Casaub.* armatos *ΠQ*, armatus *rel.* (*Ω*), *sic et tum* iurari *Bentley*   17 quindena *GST*, xx *Ernesti*   18 milites *MGRδ*, multis *Π*, uel militi militis *T*   20 erat *om. G*   21 dictorumue *G* (*Oros.*), *cf. p. 208, 21*   23 ac] a *Mδε*   e *om. MGX*, *fort.* ex

mero interemptis, exempli simul causa et quod suam quo-
que caedem depoposcisse cognouerat. conuersus hinc ad 2
officia pietatis ius iurandum neque sanctius sibi neque cre-
brius instituit quam per Augustum. auiae Liuiae diuinos
honores et circensi pompa currum elephantorum Augustino
similem decernenda curauit; parentibus inferias publicas, et
hoc amplius patri circenses annuos natali die, matri carpen-
tum, quo per circum duceretur, et cognomen Augustae ab
uiua recusatum. †a fratris memoria per omnem occasio-
nem celebratam comoediam quoque Graecam Neapolitano
certamine docuit ac de sententia iudicum coronauit. ne Mar- 3
cum quidem Antonium inhonoratum ac sine grata mentione
transmisit, testatus quondam per edictum, tanto impensius
petere se ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem
esset et aui sui Antoni[i]. Tiberio marmoreum arcum iuxta
Pompei theatrum, decretum quidem olim a senatu uerum
omissum, peregit. Gai quoque etsi acta omnia rescidit, diem
tamen necis, quamuis exordium principatus sui, uetuit inter
festos referri.

At in semet augendo parcus atque ciuilis praenomine **12**
Imperatoris abstinuit, nimios honores recusauit, sponsalia
filiae natalemque geniti nepotis silentio ac tantum domestica
religione transegit. neminem exulum nisi ex senatus aucto-
ritate restituit. ut sibi in curiam praefectum praetori tribu-
nosque militum secum inducere liceret utque rata essent quae
procuratores sui in iudicando statuerent, precario exegit. ius 2
nundinarum in priuata praedia a consulibus petit. cognitio-
nibus magistratuum ut unus e consiliariis frequenter interfuit;
eosdem spectacula edentis surgens et ipse cum cetera turba
uoce ac manu ueneratus est. tr(ibunis) pl(ebis) adeuntibus
se pro tribunali excusauit, quod propter angustias non posset
audire eos nisi stantes. quare in breui spatio tantum amoris 3

2 conuersis hunc *M* 4 Liuiae *om. M* (*Bentley*) 8 quo *X*, quod *rel.* 9 uiua *Lipsius*, auia Ω †a — memoria *MGX* (-riā *T in ras.*), ad — memoriam *T*, at — memoria *et tum* celebrata *Bentley*, at in — memoriam *leg. puto* (*cf. Herm. 40 p. 185*) 10 quoque ⟨eius⟩ *Bentley* 11 dedit *Berоald.* 15 marmoreo marcum *M* 17 gaio *M*, gaii *GRS*² 18 interfectos *ML*¹*Π*¹, inter fastos (*et ss.* † e *m. 1*) *G* 20 At | Et *X* 24 p̄terem *G* 25 militumq: *M* 27 petiit *T'P* 31 pro se *M* 32 eo *M*

fauorisque collegit, ut cum profectum eum Ostiam perisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus et militem quasi proditorem et senatum quasi parricidam diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter et mox plures a magistratibus in rostra producti saluum et appropinquare confirmarent.

13 Nec tamen expers insidiarum usque quaque permansit, sed et a singulis et per factionem et denique ciuili bello infestatus est. e plebe homo nocte media iuxta cubiculum eius cum pugione deprehensus est; reperti et equestris ordinis duo in publico cum dolone ac uenatorio cultro praestolantes, alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis
2 aedem adoreretur. conspirauerunt autem ad res nouas Gallus Asinius et Statilius Coruinus, Pollionis ac Messalae oratorum nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius atque seruis. bellum ciuile mouit Furius Camillus Scribonianus Delmatiae legatus; uerum intra quintum diem oppressus est legionibus, quae sacramentum mutauerant, in paenitentiam religione conuersis, postquam denuntiato ad nouum imperatorem itinere casu quodam ac diuinitus neque aquila ornari neque signa conuelli mouerique potuerunt.

14 Consulatus super pristinum quattuor gessit; ex quibus duos primos iunctim, sequentis per interuallum quarto quem-

16 *Epit. 4, 4* Scribonianus Camillus intra Dalmatias imperator creatus continuo occiditur. *Oros. VII 6, 6 sq.* accidit ... praesentis gratiae dei grande miraculum: siquidem Furius Camillus Scribonianus, Dalmatiae legatus, bellum ciuile molitus legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. itaque die dato, ut in unum undique ad nouum imperatorem conueniretur, neque aquilae ornari neque conuelli quoquo modo signa moueriue potuerunt. exercitus tanta et tam inusitata miraculi fide motus et conuersus in paenitentiam Scribonianum quinta statim die destitutum interfecit seseque sacramento prioris militiae continuit. (*cf. VII 6, 8* istud ciuile bellum . . . diuinitus esse conpressum. *VII 8, 2*)

4 incessent *M, om. G*, incessens *Bentley* 6 confirmant *L*, festinarent *Π*, affirmarent ς (*Roth*) 8 sed et a *Υ*, etaeta *M*, et a *GX et sic Bentley delens l. 9* est 9 nocte *GRL²S²*, noctu *MΠQX* 13 adoreretur *MQ*, adorir- *rel.* (adorar- *Π¹*) gallius *MGΥ* 14 polionis *MGδ* massalae *MΥ* (*corr. Π²*) 20 ac] an *Torr.* aquila *om. G*, aquilae *Oros.* (*Roth*) 21 moueriue *Oros.* 22 ingessit *pro* quattuor (IIII *RLPT*) gessit *G* 23 duo *Mε* primus *MG*

que anno, semenstrem nouissimum, bimenstris ceteros, tertium autem nouo circa principem exemplo in locum demortui suffectus. ius et consul et extra honorem laboriosissime dixit, etiam suis suorumque diebus sollemnibus, nonnumquam festis quoque antiquitus et religiosis. nec semper praescripta legum secutus duritiam lenitatemue multarum ex bono et aequo, perinde ut adficeretur, moderatus est; nam et iis, qui apud priuatos iudices plus petendo formula excidissent, restituit actiones et in maiore fraude conuictos legitimam poenam supergressus ad bestias condemnauit. in cognoscendo autem **15**
ac decernendo mira uarietate animi fuit, modo circumspectus et sagax, interdum inconsultus ac praeceps, nonnumquam friuolus amentique similis. cum decurias rerum actu expungeret, eum, qui dissimulata uacatione quam beneficio liberorum habebat responderat, ut cupidum iudicandi dimisit; alium interpellatum ab aduersariis de propria lite negantemque cognitionis rem sed ordinari iuris esse, agere causam confestim apud se coegit, proprio negotio documentum daturum, quam aequus iudex in alieno negotio futurus esset.
feminam non agnoscentem filium suum dubia utrimque argu- 2
mentorum fide ad confessionem compulit indicto matrimonio iuuenis. absentibus secundum praesentes facillime dabat, nullo dilectu culpane quis an aliqua necessitate cessasset. proclamante quodam praecidendas falsario manus, carnificem statim acciri cum machaera mensaque laniona flagitauit. peregrinitatis reum orta inter aduocatos leui contentione, togatumne an palliatum dicere causam oporteret, quasi aequitatem integram ostentans, mutare habitum saepius et prout accusaretur defendereturue, iussit. de quodam etiam negotio ita 3
ex tabella pronuntiasse creditur: secundum eos se sentire,

3 et (*post* consul) *om. X* 4 sollemnis *MT, corr. Q*² 11 ac] et *GT* animi uarietate *G* 13 actui *B.-Crusius* expunget *M*, expungetur *Π*¹*Q* 14 uocatione *MG* (*in G corr. m. 1*) 17 sed *ss. in M* 18 daturus *G* 20 adcognoscentem (acco- *G*) *GPS* 22 ⟨de⟩ absentibus *I. F. Gronov.* 23 dilecto (v *ss.*) *M* (*m. 1*), delectu *T* culpa (nequis) *M*, culpae *GT*, culpam *X* an *Stephanus*, in *Ω* cesasse (s *ss.*) *M*, cessasse uideretur *δ* 24 praecidendas (-dandas *M*¹) *om. G* 26 leui *om. G* contentione *MQ*², contentatione *GT*, concertatione *X* 27 ampalleatum *M* (gneam *pro* -ne an *δ*, palle- *codd. praeter Π*²*R*) 28 et *del. B.-Crus. et G. Becker*

qui uera proposuissent. propter quae usque eo euiluit, ut passim ac propalam contemptui esset. excusans quidam testem e prouincia ab eo uocatum negauit praesto esse posse dissimulata diu causa; ac post longas demum interrogationes: mortuus est, inquit, puto, licuit. alius gratias agens quod reum defendi pateretur, adiecit: et tamen fieri solet. illud quoque a maioribus natu audiebam, adeo causidicos patientia eius solitos abuti, ut discedentem e tribunali non solum uoce reuocarent, sed et lacinia togae retenta, interdum pede ap-
4 prehenso detinerent. ac ne cui haec mira sint, litigatori Graeculo uox in altercatione excidit: *καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός.* equitem quidem Romanum obscaenitatis in feminas reum, sed falso et ab impotentibus inimicis conficto crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari aduersus se et audiri pro testimonio uideret, graphium et libellos, quos tenebat in manu, ita cum magna stultitiae et saeuitiae exprobratione iecisse in faciem eius, ut genam non leuiter perstrinxerit.

16 Gessit et censuram intermissam diu post Plancum Paulumque censores; sed hanc quoque inaequabiliter uarioque et animo et euentu. recognitione equitum iuuenem probri plenum, sed quem pater probatissimum sibi affirmabat, sine ignominia dimisit, habere dicens censorem suum; alium corruptelis adulteriisque famosum nihil amplius quam monuit, ut aut parcius aetatulae indulgeret aut certe cautius; addiditque: quare enim ego scio, quam amicam habeas? et cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appositam
2 notam: litura tamen, inquit, extet. splendidum uirum Graeciaeque prouinciae principem, uerum Latini sermonis ignarum, non modo albo iudicum erasit, sed in peregrinitatem

18. 20 *Victor Caes. 4, 4* neque secus censu nouato, cum senatu motis pluribus lasciuum adulescentem, quem sibi probatum parens asseruerat, retinuisset, censorem et liberis patrem debere esse recte adiecerat.

5 puteoli cui talius *X* (-is cui- *L m. 2 in ras.*) 8 descendentem *T* (*edd.*) e | et *M* 11 *graeca* (OI *pro* ЄI *MLS*, MOPωC *T*) *om. P* (*relicto spatio*) *et T*, *καὶ μωρός om. G*, *ss.* estu senex et stultus *LS* 13 potentibus L^2 (*uel* L^3), impudentibus *Bentley* 16 et s(a)euitiae *XT*, saeuitiae *M*, s(a)euiti(a)eque *Gδ nescio an uerius* fecisse $ML^1P\delta$, ferisse L^2 19 inaequaliter *T*, inaequabili *Bentley* 20 Equitem *G* (*male antea distinguens* euenturae cognitione, *sic etiam M*) 22 confessorem *et* corruptibiliis *G* 25 ego *ss. in M*

redegit. nec quemquam nisi sua uoce, utcumque quis posset, ac sine patrono rationem uitae passus est reddere. notauitque multos, et quosdam inopinantis et ex causa noui generis, quod se inscio ac sine commeatu Italia excessissent; quendam uero et quod comes regis in prouincia fuisset, referens, maiorum temporibus Rabirio Postumo Ptolemaeum Alexandriam crediti seruandi causa secuto crimen maiestatis apud iudices motum. plures notare conatus, magna inquisitorum 3
neglegentia sed suo maiore dedecore, innoxios fere repperit, quibuscumque caelibatum aut orbitatem aut egestatem obiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus; eo quidem, qui sibimet uim ferro intulisse arguebatur, inlaesum corpus ueste deposita ostentante. fuerunt et illa in censura eius 4
notabilia, quod essedum argenteum sumptuose fabricatum ac uenale ad Sigillaria redimi concidique coram imperauit; quodque uno die XX edicta proposuit, inter quae duo, quorum altero admonebat, ut uberi uinearum prouentu bene dolia picarentur; altero, nihil aeque facere ad uiperae morsum quam taxi arboris sucum.

Expeditionem unam omnino suscepit eamque modicam. 17
cum decretis sibi a senatu ornamentis triumphalibus leuiorem maiestati principali titulum arbitraretur uelletque iusti triumphi decus, unde adquireret Britanniam potissimum elegit

20 sqq. *Oros. VII 6, 9 sq.* quarto imperii sui anno, cupiens utilem rei publicae ostentare ⟨se?⟩ principem, bellum ubique et uictoriam undecumque quaesiuit. itaque expeditionem in Britanniam mouit, quae excitata in tumultum propter non redhibitos transfugas uidebatur: transuectus in insulam est, quam neque ante Iulium Caesarem neque post eum quisquam adire ausus fuerat, ibique — ut uerbis Suetoni Tranquilli loquar — sine ullo proelio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulae partem in deditionem recepit . . . ac sexto quam profectus erat mense Romam rediit. *cf. Eutrop. VII 13, 2* Britannis intulit bellum, quam nullus Romanorum post C. Caesarem attigerat, eaque deuicta . . . triumphum celebrem egit (*p. 212, 8*). *Victor Caes. 4, 2* simul ultima occasus, Britanniae partes contusae, quam solam adiit, Ostia profectus mari.

3 causis *X* 4 se in socio *MGL*, sine inscio *P* italiae *M* 11 et quodam *Lipsius* 12 sibi metu uim ferro *MΥ*, sibi ferro metū *G* 16 quoque *M* 17 ubere *G* 22 maiestate *Sabellicus in comm. ed. Ven. 1490* (*Stephanus*) principali ς (*ed. Bon. 1488*), principalem (-em *corr. ex* -im *S*) Ω, principis talem *Torr.* 23 undeunde acquirere (acquirere ς, *edd. pr.*) *I. F. Gronov.*

neque temptatam ulli post Diuum Iulium et tunc tumultuantem
2 ob non redditos transfugas. huc cum ab Ostia nauigaret, uehementi circio bis paene demersus est, prope Liguriam iuxtaque Sto⟨e⟩chadas insulas. quare a Massilia Gesoriacum usque pedestri itinere confecto inde transmisit ac sine ullo proelio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulae in deditionem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam
3 rediit triumphauitque maximo apparatu. ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum praesidibus prouinciarum permisit, uerum etiam exulibus quibusdam; atque inter hostilia spolia naualem coronam fastigio Palatinae domus iuxta ciuicam fixit, traiecti et quasi domiti Oceani insigne. currum eius Messalina uxor carpento secuta est; secuti et triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed ceteri pedibus et in praetexta, M. Crassus Frugi equo phalerato et in ueste palmata, quod eum honorem iterauerat.

18 Vrbis annonaeque curam sollicitissime semper egit. cum Aemiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit ac deficiente militum ac familiarum turba auxilio plebem per magistratus ex omnibus uicis conuocauit ac positis ante se cum pecunia fiscis ad subueniendum hortatus est,
2 repraesentans pro opera dignam cuique mercedem. artiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio foro a turba conuiciisque et simul fragminibus panis ita infestatus, ut aegre nec nisi postico euadere in Palatium ualuerit, nihil non ex[eo]cogitauit ad inuehendos etiam tempore hiberno commeatus. nam et negotiatoribus certa lucra pro-

---

22 *Victor Caes. 4, 3* adhuc annonae egestas composita. *Oros. VII 6, 17* sequenti anno tanta fames Romae fuit, ut medio foro imperator correptus a populo conuiciis et fragminibus panis turpissime infestatus aegre per pseudothyrum in Palatium refugiens furorem excitatae plebis euaserit.

---

2 ab] ad *G* (hostia *codd. praeter* $G\Pi PS^2$) 4 Stoechadas ς (*ed. Ven. pr.*), stochadas *MGT*, stoca- *X* a (*add. in M m. 1*) *del. Graevius* gessoriacum *X*, *fort. scrib.* Gaesor- 6 ac *Oros.* 12 traiecto ML^1P 13 secuta *LT* 14 p̃texta M. *G* (*admisi dubitanter*), praetextam *M*, pretexta *X* (eodem *usque* palmata *om. T*) 20 magistros *Lipsius* 24 conuiciis *G* ita *om. G* 26 excogitauit *T*ς, ex eo excog- ς, ex eo agitauit *Bentley* inueniendos *XR*

posuit suscepto in se damno, si cui quid per tempestates
accidisset, et naues mercaturae causa fabricantibus magna
commoda constituit pro condicione cuiusque: ciui[s] uacatio- **19**
nem legis Papiae Poppaeae, Latino ius Quiritium, feminis
ius IIII liberorum; quae constituta hodieque seruantur.

Opera magna potius †quam necessaria quam multa per- **20**
fecit, sed uel praecipua: ductum aquarum a Gaio incohatum,
item emissarium Fucini lacus portumque Ostiensem, quan-
quam sciret ex iis alterum ab Augusto precantibus assidue
Marsis negatum, alterum a Diuo Iulio saepius destinatum ac
propter difficultatem omissum. Claudiae aquae gelidos et
uberes fontes, quorum alteri Caeruleo, alteri Curtio et Albu-
digno nomen est, simulque riuum Anienis noui lapideo opere
in urbem perduxit diuisitque in plurimos et ornatissimos la-
cus. Fucinum adgressus est non minus conpendii spe quam **2**
gloriae, cum quidam priuato sumptu emissuros se repromit-
terent, si sibi siccati agri concederentur. per tria autem pas-
suum milia partim effosso monte partim exciso canalem ab-
soluit aegre et post undecim annos, quamuis continuis XXX
hominum milibus sine intermissione operantibus. portum **3**
Ostiae extruxit circumducto dextra sinistraque brachio et ad
introitum profundo iam solo mole obiecta; quam quo stabi-
lius fundaret, nauem ante demersit, qua magnus obeliscus ex
Aegypto fuerat aduectus, congestisque pilis superposuit altis-

---

11 *Epit. 4, 5* aqua Claudia Romae (est *add. Landolf.*) introducta. 24 sq. *cf. Einhard. ann. Lauriss. 811* farumque ibi ad nauigantium cursus dirigendos antiquitus constitutam restaurauit et in summitate eius nocturnum ignem accendit. *cf. Cal. 46*

---

3 ciui *Turnebus, Ursin.*, ciuibus ς   uocationem $G\Pi^1S^1T$ 4 poppeȩ (popeȩ *corr. ut uid. ex* ,l ppeȩ *Π*) *T*, pompeae *MX*, pompeię *G*   latine (-ȩ *P*) L^2PST, Latinis ς (*Berould.*)   5 hodie *T*   6 potiusque necessaria *ed. Rom. II* (*Roth*), potius necessariaque *Madvig*, *at aptior uidetur alia copula* (ac *Bentley*, atque *Kraffert*, et *ego*)   quam *posterius om.* Π^1Q 7 aquae ductum *ΠR*, ductum (*om.* aquarum) *Q*   11 aquae *om. G*   12 Albudino *uulg.* (*Frontin. aq. 14*)   13 nouo *Xδ*   15 facinum *M*   17 passus *MGLδ* (*prior* s *in M ss.*)   18 effosso *S*ς, exfossa *M*, exfosso *GLPT*, *om.* (*cum sequ.* monte partim) *T*, ecfosso *Roth*   19 continuis *del. uel legendum* annos continuos quamuis *putat Burm.*   21 ostia *MX* (ostrie *T*)   22 salo *Stephanus* (*Roth*)   23 nauim *G*   24 pellis *T*

simam turrem in exemplum Alexandrini Phari, ut ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent.

21 Congiaria populo saepius distribuit. spectacula quoque complura et magnifica edidit, non usitata modo ac solitis locis, sed et commenticia et ex antiquitate repetita, et ubi praeterea nemo ante eum. ludos dedicationis Pompeiani theatri, quod ambustum restituerat, e tribunali posito in orchestra commisit, cum prius apud superiores aedes supplicasset perque mediam caueam sedentibus ac silentibus cunctis
2 descendisset. fecit et saeculares, quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori reseruatos, quamuis ipse in historiis suis prodat, intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorum ratione subducta in ordinem redegisse. quare uox praeconis irrisa est inuitantis more sollemni ad ludos, q u o s n e c s p e c t a s s e t q u i s q u a m n e c s p e c t a t u r u s e s s e t, cum superessent adhuc qui spectauerant, et quidam histrionum producti olim tunc quoque producerentur. circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnumquam inter-
3 iecta per quinos missus uenatione. circo uero maximo marmoreis carceribus auratisque metis, quae utraque et tofina ac lignea antea fuerant, exculto propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis; ac super quadrigarum certamina Troiae lusum exhibuit et Africanas, conficiente turma equitum praetorianorum, ducibus tribunis ipsoque praefecto; praeterea Thessalos equites, qui feros tauros per spatia circi agunt insiliuntque defessos et ad terram cornibus detrahunt.

4 Gladiatoria munera plurifariam ac multiplicia exhibuit: anniuersarium in castris praetorianis sine uenatione apparatuque, iustum atque legitimum in Saeptis; ibidem extraordinarium et breue dierumque paucorum, quodque appellare

10 *cf. Victor Caes. 4, 14* huius anno sexto ... octingentesimus urbis mire celebratus.

1 turrim *GΠQ* Alexandrinae *Beroaldus, fort. recte* 2 *an* derig-? 3 diremit *G* 8 apud] ad *G* 12 prodat *om. G* 15 spectasse *M* quisquam — esset *om. G* 19 de *post* maximo *add. G* 20 et *del. Madvig* (*om. ς?*), *fort. recte* 21 ac] et *T* (adignea *M*[1] *ut uid.*) ante ẹa *M*, ante *QT* 23 exhibuit. Exhibuit et *T* 27 plurifaria (-pharia *S*) *MXΠQ* (*Ω*), multifaria *G*, *recte R ς* 30 quodquod *M*, quotquot *G*, quod *Bücheler* appellari — sportula *Lipsius*

coepit sportulam, quia primum daturu[m]s edixerat, uelut ad
subitam condictamque cenulam inuitare se populum.
nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat, adeo 5
ut oblatos uictoribus aureos prolata sinistra pariter cum uulgo
uoce digitisque numeraret ac saepe hortando rogandoque ad
hilaritatem homines prouocaret, dominos identidem appellans,
immixtis interdum frigidis et arcessitis iocis; qualis est ut
cum Palumbum postulantibus daturum se promisit, si captus
esset. illud plane quantumuis salubriter et in tempore: cum
essedario, pro quo quattuor fili deprecabantur, magno om-
nium fauore indulsisset rudem, tabulam ilico misit admonens
populum, quanto opere liberos suscipere deberet, quos
uideret et gladiatori praesidio gratiaeque esse. edidit 6
et in Martio campo expugnationem direptionemque oppidi ad
imaginem bellicam et deditionem Britanniae regum praeseditque
paludatus. quin et emissurus Fucinum lacum naumachiam
ante commisit. sed cum proclamantibus naumachiariis: haue
imperator, morituri te salutant! respondisset: aut non!
neque post hanc uocem quasi uenia data quisquam dimicare
uellet, diu cunctatus an omnes igni ferroque absumeret, tan-
dem e sede sua prosiluit ac per ambitum lacus non sine
foeda uacillatione discurrens partim minando partim adhor-
tando ad pugnam compulit. hoc spectaculo classis Sicula et
Rhodia concurrerunt, duodenarum triremium singulae, ex-
ciente bucina Tritone argenteo, qui e medio lacu per machi-
nam emerserat.

Quaedam circa caerimonias ciuilemque et militarem mo- 22
rem, item circa omnium ordinum statum domi forisque aut

---

1 daturus edixerat *ed. Basil. 1533*, daturum se dixerat (dixerant *T*, daturum *ss. in R*) *Ω* 2 dictamque *T* 7 accersitis *G* Π^1*QPST* locis *MGX* (*corr.* S^2) qualis est *suspectum Bentleio* ut *om.* ς, *del. multi*, uel *Bücheler* 9 quoque *post* illud *add. Π* (*uulg.*) 12 debere *M* 15 editionem *MX* 17 aue *ΠQLST* imperator *om. LPT* (*uox* aue *in L uersum et paginam claudit*) 18 autem non *S*, an non *G*, at non ϱ, auete uos ς 19 posthac *G* 20 uellent *MG*Π^1 (n *in G ss. m. 1*) omines (a nomine signi) *M*, homines *X*, omnis *Roth* 21 prosiliuit Π^2S^2 22 bacillatione *Ω*, *corr.* ς hortando *G* 23 classes *Bentley* et Rhodia *om. G* 24 quinquagenarum *Casaub.*, *lacunam statuunt alii* exciente *ΠR*, eiciente (eiti- *G*) *rel.* (*ortum ex* et ciente?) 25 bucinam *X*

correxit aut exoleta reuocauit aut etiam noua instituit. in cooptandis per collegia sacerdotibus neminem nisi iuratus nominauit; obseruauitque sedulo, ut quotiens terra in urbe mouisset, ferias aduocata contione praetor indiceret, utque dira aue in Capitolio uisa obsecratio haberetur, eamque ipse iure maximi pontificis pro rostris populo praeiret summotaque operariorum seruorumque turba.

23 Rerum actum diuisum antea in hibernos aestiuosque menses coniunxit. iuris dictionem de fidei commissis quotannis et tantum in urbe delegari magistratibus solitam in perpetuum atque etiam per prouincias potestatibus demandauit. capiti Papiae Poppaeae legis a Tiberio Caesare, quasi sexa-
2 genarii generare non possent, addito obrogauit. sanxit ut pupillis extra ordinem tutores a consulibus darentur, utque ii, quibus a magistratibus prouinciae interdicerentur, urbe quoque et Italia summouerentur. ipse quosdam nouo exemplo relegauit, ut ultra lapidem tertium uetaret egredi ab urbe.

De maiore negotio acturus in curia medius inter consulum sellas tribunicio subsellio sedebat. commeatus a senatu
24 peti solitos benefici sui fecit. ornamenta consularia etiam procuratoribus ducenariis indulsit. senatoriam dignitatem recusantibus equestrem quoque ademit. latum clauum, quamuis initio affirmasset non lecturum se senatorem nisi ciuis R. abnepotem, etiam libertini filio tribuit, sed sub condicione si prius ab equite R. adoptatus esset; ac sic quoque reprehensionem uerens, et Appium Caecum censorem, generis sui proauctorem, libertinorum filios in senatum adlegisse docuit, ignarus temporibus Appi et deinceps aliquamdiu libertinos dictos non ipsos, qui manu emitterentur, sed ingenuos ex
2 his procreatos. collegio quaestorum pro stratura uiarum gladiatorium munus iniunxit detractaque Ostiensi et Gallica pro-

---

5 aue *Roth* (aui *Turneb.*), aut *MGLP*, aut in urbe aut *T'O* 6 commonito *post* pontificis *add. T*, commonente (-uente *T*) *SOT* paulo *G* summota *G* (que *del. etiam Bentley*) 12 legi *Bentley* 13 addita *G*, abdito Π^2, edicto *X* abrogauit *GT* sanxitque *G* 19 tribunicio⟨ue⟩ *Mommsen*, ⟨sella uel⟩ tribunicio *Smilda* 22 flatum *MG* 25 R. (romano *S*) *om.* $G\Pi^1Q\varepsilon$ 26 proactorem *S*, auctorem ϱς, *del. Bentley legens antea* auctorem *pro* censorem 29 mitterentur *Q* (*in P* e *ss. m. 1*)

uincia curam aerari Saturni reddidit, quam medio tempore praetores aut, uti nunc, praetura functi sustinuerant.

Triumphalia ornamenta Silano, filiae suae sponso, non- 3
dum puberi dedit, maioribus uero natu tam multis tamque facile, ut epistula communi[s] legionum nomine extiterit petentium, ut legatis consularibus simul cum exercitu et triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quaererent. Aulo Plautio etiam ouationem decreuit ingressoque urbem obuiam progressus et in Capitolium eunti et inde rursus reuertenti latus texit. Gabinio Secundo Cauchis gente Germanica superatis cognomen Cauchius usurpare concessit.

Equestris militias ita ordinauit, ut post cohortem alam, 25
post alam tribunatum legionis daret; stipendiaque instituit et imaginariae militiae genus, quod uocatur supra numerum, quo absentes et titulo tenus fungerentur. milites domus senatorias salutandi causa ingredi etiam patrum decreto prohibuit. libertinos, qui se pro equitibus R. agerent, publicauit, ingratos et de quibus patroni quererentur reuocauit in seruitutem aduocatisque eorum negauit se aduersus libertos ipsorum ius dicturum. cum quidam aegra et adfecta mancipia in 2
insulam Aesculapi[i] taedio medendi exponerent, omnes qui exponerentur liberos esse sanxit, nec redire in dicionem domini, si conualuissent; quod si quis necare quem mallet quam exponere, caedis crimine teneri. uiatores ne per Italiae oppida nisi aut pedibus aut sella aut lectica transirent, monuit edicto. Puteolis et Ostiae singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocauit.

Peregrinae condicionis homines uetuit usurpare Romana 3

---

8 *Eutrop. VII 13, 4* tam ciuilis ... circa quosdam amicos extitit, ut etiam Plautium nobilem uirum ... triumphantem ipse prosequeretur et conscendenti Capitolium laeuus incederet.

---

2 haut *G (Bentley)* utique nunc *R*, utique *ΠQST* 5 communi *ed. Basil. 1533* (ς?) numero *G* exierit *Ernesti* 7 nec *T* 10 chauchis *Gg* (h *prior exp. m. 1*), chaucis *Π* 11 chaucius *Π*, Cauchici *Bentley, puto* Cauchi[us] *i. Cauchii* (Chaucii *uel* Chaucium *B.-Crusius*) 12 aliam (*om.* post alam) *G* (aliam *utroque loco Q*) 13 deret *M* constituit *et tum* generi *uel* in — genus *Bentley* 15 domos *Erasmus* (*Roth*), *ut trad. Aug. 56 Ner. 16* 18 in] ad *G* 23 quod *om. G* 24 per uiale *ΠQ et sic pro u. l. ss. in R* oppidi *MΠQ*

nomina dum taxat gentilicia. ciuitatem R. usurpantes in campo Esquilino securi percussit. prouincias Achaiam et Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles inter se discordias libertatem ademit, Rhodiis ob paenitentiam ueterum delictorum reddidit. Iliensibus quasi Romanae gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit recitata uetere epistula Graeca senatus populique R. Seleuco regi amicitiam et societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere im-
4 munes praestitisset. Iudaeos impulsore Chresto assidue tumultuantis Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere permisit, simplicitate eorum et fiducia commotus, quod in popularia deducti, cum animaduertissent Parthos et Armenios sedentis in senatu, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem uirtutem aut condicionem suam praedicantes.
5 Druidarum religionem apud Gallos dirae immanitatis et tantum ciuibus sub Augusto interdictam penitus aboleuit; contra sacra Eleusinia etiam transferre ex Attica Romam conatus est, templumque in Sicilia Veneris Erycinae uetustate conlapsum ut ex aerario pop. R. reficeretur, auctor fuit. cum regibus foedus in foro i[e]cit porca caesa ac uetere fetialium praefatione adhibita. sed et haec et cetera totumque adeo ex parte magna principatum non tam suo quam uxorum libertorumque arbitrio administrauit, talis ubique plerumque, qualem esse eum aut expediret illis aut liberet.

10 *Orosius VII 6, 15* anno eiusdem nono expulsos per Claudium urbe Iudaeos Iosephus refert. sed me magis Suetonius mouet, qui ait hoc modo: 'Claudius Iudaeos inpulsore Christo adsidue tumultuantes Roma expulit'. quod utrum contra Christum tumultuantes Iudaeos coerceri et conprimi iusserit, an etiam Christianos simul uelut cognatae religionis homines uoluerit expelli, nequaquam discernitur. 16 *Victor Caes. 4, 2* denique bonis auctoribus compressa per eum uitia ac per Galliam Druidarum (drysadarum *et* drysudarum *codd.*) famosae superstitiones. 23 *Auson. 265, 3* libertina tamen nuptarum et crimina passus non faciendo nocens, sed patiendo fuit.

2 esquilino *GQT*, -nio *rel.* 3 curam] usuram *G* 7 grecię *G* populusque *MGR* 9 pollicentes *GΠ²R* 10 Christo *cum Orosio multi* 16 druidarum *N*ς (druidorum *et ss.* at druidarum ε), driadarum (drya- *Π²RLS*) *Ω*, Dryidarum *ed. Ven. I* (*Roth*) 21 iecit *Ω*, *corr.* ς (*Sabellicus*) 24 liberorumque *G*, libertorum *S* ministrauit *GX* utique *Ursin.*, rebus uerbisque *Polak* 25 illis *om. G*, eis *T*

Sponsas admodum adulescens duas habuit: Aemiliam 26
Lepidam Augusti proneptem, item Liuiam Medullinam, cui
et cognomen Camillae erat, e genere antiquo dictatoris Ca-
milli. priorem, quod parentes eius Augustum offenderant,
uirginem adhuc repudiauit, posteriorem ipso die, qui erat
nuptiis destinatus, ex ualitudine amisit. uxores deinde duxit 2
Plautiam Vrgulanillam triumphali et mox Aeliam Paetinam
consulari patre. cum utraque diuortium fecit, sed cum Pae-
tina ex leuibus offensis, cum Vrgulanilla ob libidinum pro-
bra et homicidii suspicionem. post has Valeriam Messalinam,
Barbati Messalae consobrini sui filiam, in matrimonium ac-
cepit. quam cum comperisset super cetera flagitia atque de-
decora C. Silio etiam nupsisse dote inter auspices consignata,
supplicio adfecit confirmauitque pro contione apud praetorianos,
q u a t e n u s s i b i m a t r i m o n i a m a l e c e d e r e n t, p e r m a n s u r u m
s e i n c a e l i b a t u, a c n i s i p e r m a n s i s s e t, n o n r e c u s a t u r u m
c o n f o d i m a n i b u s i p s o r u m. nec durare ualuit quin de con- 3
dicionibus continuo tractaret, etiam de Paetinae, quam olim
exegerat, deque Lolliae Paulinae, quae C. Caesari nupta fuerat.
uerum inlecebris Agrippinae, Germanici fratris sui filiae, per
ius osculi et blanditiarum occasiones pellectus in amorem,
subornauit proximo senatu qui censerent, cogendum se ad
ducendum eam uxorem, quasi rei p. maxime interesset, dan-
damque ceteris ueniam talium coniugiorum, quae ad id tem-
pus incesta habebantur. ac uix uno interposito die confecit
nuptias, non repertis qui sequerentur exemplum, excepto
libertino quodam et altero primipilari, cuius nuptiarum offi-
cium et ipse cum Agrippina celebrauit. liberos ex tribus 27

12 *cf. Victor Caes. 4, 11. 4. 10 Epit. 4, 5. 6 (u. p. 222, 6)* 20 *Epit. 4, 10* Agrippinam Germanici fratris sui filiam uxorem duxit. *Victor Caes. 4, 12* eoque herilem stultitiam perpulere, uti senex fratris filiam in nuptias concupisceret. *cf. Schol. Iuu. 2, 29*

3 et cognomen *GX*, et cognomen et *M*, cognomen et *T* calmillę *M* 4 quodquot *M* eius *om. M*[1] (ei' *inseruit m. 1?*) 5 adhuc *om. ΠQ* 7 urgulanillam *M*, ųergul- *P* (*praecedit* plautius), ergul- (ercul- *GΠQ*) *rel.* 9 offensionibus *G* ergulanilla (erc- *GΠQ*) *Ω* 13 et dote *T* consignati *M* 15 quatinus *QRS* 17 se confodi *PSOT* 19 pallinae *X* 20 sui *om. G* 25 ingesta *MGδ*

uxoribus tulit: ex Vrgulanilla Drusum et Claudiam, ex Paetina Antoniam, ex Messalina Octauiam et quem primo Germanicum, mox Britannicum cognominauit. Drusum †pompeium puberem amisit piro per lusum in sublime iactato et hiatu oris excepto strangulatum, cum ei ante paucos dies filiam Seiani despondisset. quo magis miror fuisse qui traderent fraude a Seiano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere conceptam, quamuis ante quintum mensem diuortii natam alique coeptam, exponi tamen ad matris ianuam et nudam
2 iussit abici. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fausto Sullae, nobilissimis iuuenibus, Octauiam Neroni priuigno suo collocauit, Silano ante desponsam. Britannicum uicesimo imperii die inque secundo consulatu natum sibi paruulum etiam tum et militi pro contione manibus suis gestans et plebi per spectacula gremio aut ante se retinens assidue commendabat faustisque om⟨i⟩nibus cum adclamantium turba prosequebatur. e generis Neronem adoptauit, Pompeium atque Silanum non recusauit modo, sed et interemit.

28 Libertorum praecipue suspexit Posiden spadonem, quem etiam Britannico triumpho inter militares uiros hasta pura donauit; nec minus Felicem, quem cohortibus et alis prouin-

---

3 *Eutrop. VII 13, 3* filio ... suo Britannici nomen imposuit. 19sqq. *Epit. 4, 7* ex quibus (*libertis*) Felicem legionibus Iudaeae praefecit. Possidio (*sic uel* Possidonio, Possidioni *codd.*, Posidonio *Landolf*) eunucho post triumphum Britannicum inter militarium fortissimos arma insignia tanquam participi uictoriae dono dedit. *Schol. Iuu. 14, 91* hic Posides spado, libertus Claudi imperatoris, tantae gratiae et potentiae fuit, ut eum Claudius in Britannico triumpho inter militares uiros hasta pura donauerit, cohortibus quoque et alis prouinciaeque Iudaeae praeposuerit, lectica per urbem uectandi spectaculaque publice edendi ius tribuerit. legitur in Suetonio.

---

1 erculanilla (herc- *L*, erg- *ST*) *Ω* 3 Pompeis impuberem *Lipsius*, propemodum p. *Ursinus*, prope iam p. *Bentley*, prope tum p. *Bücheler* 5 cum ei *Lipsius*, cui et *Ω* 7 ex] ut *Ursinus* botore *G*, Sotere *Reinesius* 9 aliq:** *M*, aliique *P*, aliquo *TS* 12 desponsatam *ΠRLT*, *cf. Iul. 1* 13 inque (inquo *LP*) secundo consulatu *del. Nipperdey*, *post* sibi *collocat Clinton*, in Q. Secundi consulatu *Lehmann* (Cn. Saturnino Q. Secundo conss. *Valeton*); *distinctionem mutauit Bücheler* (*cf. comm.*) 15 aut *om. G* 16 omnibus (omibus *P*) *Ω*, *corr.* ς (*edd. princ.*) 19 possiden *MS* 21 et alis] italis *G*

ciaeque Iudaeae praeposuit, trium reginarum maritum; et Harpocran, cui lectica per urbem uehendi spectaculaque publice edendi ius tribuit; ac super hos Polybium ab studiis, qui saepe inter duos consules ambulabat; sed ante omnis Narcissum ab epistulis et Pallantem a rationibus, quos decreto quoque senatus non praemiis modo ingentibus, sed et quaestoriis praetoriisque ornamentis honorari libens passus est; tantum praeterea adquirere et rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate non absurde dictum sit, abundaturum, si a duobus libertis in consortium reciperetur.

his, ut dixi ⟨*c. 25*⟩, uxoribusque addictus, non principem [se], sed **29**
ministrum egit, compendio cuiusque horum uel etiam studio aut libidine honores exercitus impunitates supplicia largitus est, et quidem insciens plerumque et ignarus. ac ne singillatim minora quoque enumerem, reuocatas liberalitates eius, iudicia rescissa, suppositos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos: Appium Silanum consocerum suum Iuliasque, alteram Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto nec defensione ulla data occidit, item Cn. Pompeium maioris filiae uirum et L. Silanum minoris sponsum. ex qui- 2
bus Pompeius in concubitu dilecti adulescentuli confossus est, Silanus abdicare se praetura ante IIII. Kal. Ian. morique initio anni coactus die ipso Claudi[i] et Agrippinae nuptiarum. in quinque et triginta senatores trecentosque amplius equites R.

3 *Epit. 4, 8* Polybium inter consules medium incedere fecit. hos omnes anteibat Narcissus ab epistulis, dominum se gerens ipsius domini, Pallasque (palamque *Landolfus*) praetoriis ornamentis sublimatus. *cf. Schol. Iuu. 14, 329. 1, 109* 8 *Epit. 4, 8* adeo diuites, ut causante eo inopiam fisci, lepidissime famoso elogio uulgatum sit abunde ei pecuniam fore, si a duobus libertis in societatem reciperetur. 11 *ibid. 4, 3* libertorum et coniugis imperiis subiectus fuit. *cf. Victor Caes. 4, 5* Messalinae coniugis simulque libertorum delinimentis, quibus semet dediderat. 23 *Oros. VII 6, 18* paruo autem intercedente tempore triginta et quinque senatores et trecentos simul equites Romanos minimis causis interfecit.

6 indigentibus *MGRδ* 7 ornari *Xς* (*uulg.*) libenter *ΠQ* 11 se *del. Graevius* 13 impunitate *M*, -tem *Bentley*, immunitates *Lipsius* 14 est *del. Bentley* 15 quaeque (queq-) *GXII* 17 consocerem *X* (*non T*), *debuisse* socerum *censet Mommsen* 19 ulli *Graevius* 24 CCque *olim Bücheler* et *post* trecentosque *add. G*

tanta facilitate animaduertit, ut, cum de nece consularis uiri renuntiante centurione factum esse quod imperasset, negaret quicquam se imperasse, nihilo minus rem comprobaret, affirmantibus libertis officio milites functos, quod ad ultionem
3 imperatoris ultro procucurrissent. nam illud omnem fidem excesserit quod nuptiis, quas Messalina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis et ipse consignauerit, inductus, quasi de industria simularentur ad auertendum transferendumque periculum, quod imminere ipsi per quaedam ostenta portenderetur.

30 Auctoritas dignitasque formae non defuit †et ueterum stanti uel sedenti ac praecipue quiescenti, nam et prolixo nec exili corpore erat et specie canitieque pulchra, opimis ceruicibus; ceterum et ingredientem destituebant poplites minus firmi, et remisse quid uel serio agentem multa dehonestabant: risus indecens, ira turpior spumante rictu, umentibus naribus, praeterea linguae titubantia caputque cum semper, tum in
31 quantulocumque actu uel maxime tremulum. ualitudine sicut olim graui, ita princeps prospera usus est excepto stomachi dolore, quo se correptum etiam de consciscenda morte cogitasse dixit.

32 Conuiuia agitauit et ampla et assidua ac fere patentissimis locis, ut plerumque sesceni simul discumberent. conuiuatus est et super emissarium Fucini lacus ac paene summersus, cum emissa impetu aqua redundasset. adhibebat omni cenae et liberos suos cum pueris puellisque nobilibus,

---

6 *cf. ad p. 219,12. Schol. Iuu. 10,330* uxor Claudii Messalina, quae Gaio Silio palam nupsit, inducto etiam Claudio, ut ad⟨eo⟩ tabulas dotales obsignaret, [quod] quasi de industria simularentur ad auertendum periculum, quod imminere ipsi per quaedam portenta ostenderetur. 10 sqq. *Einhard. 22* unde formae auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur. *ibid.* canitie pulchra, facie laeta ... ualitudine prospera (*cf. Iul. 45*).

---

1 cum *om.* ϱς (*pars edd.*) 3 cum tamen *post* imperasse *add.* *T* comprobarit *Bentley* 6 silio (-lo *Q*) *ΥT*, sili *MGLPO*, silani (*et ss.* ŧ e) *S* 8 simularetur Π^1*Q*ε 9 sibi *G* 10 et ueterum *M* (-eru *in ras. m. 1*) *GLP* (*inde* ei, uerum *Bentley et Oud. probabiliter*), uel *T* (*uulg.*), *om.* *SOTN*, et ueteri uel *uel* et uerum *uel* ceterum ς, ei uel *G. Becker*, ei quidem uel *Polak* 11 prolixi *GP*, procero *Bentley* 15 humentibus *GXTN*, tumentibus *Ruhnken* 22 sexcenteni (sesc- *R*) *TNT*, seceni *et ss.* secenteni *S*, sexageni *Lipsius*

qui more ueteri ad fulcra lectorum sedentes uescerentur.
conuiuae, qui pridie scyphum aureum subripuisse existima-
batur, reuocato in diem posterum calicem fictilem apposuit.
dicitur etiam meditatus edictum, quo ueniam daret flatum
crepitumque uentris in conuiuio emittendi, cum periclitatum
quendam prae pudore ex continentia repperisset.

Cibi uinique quocumque et tempore et loco appetentissi- 33
mus, cognoscens quondam in Augusti foro ictusque nidore
prandii, quod in proxima Martis aede Saliis apparabatur,
deserto tribunali ascendit ad sacerdotes unaque decubuit.
nec temere umquam triclinio abscessit nisi distentus ac ma-
dens, et ut statim supino ac per somnum hianti pinna in os
inderetur ad exonerandum stomachum. somni breuissimi 2
erat, nam ante mediam noctem plerumque uigilabat, ut
tamen interdiu nonnumquam in iure dicendo obdormisceret
uixque ab aduocatis de industria uocem augentibus excitare-
tur. libidinis in feminas profusissimae, marum omnino expers.
aleam studiosissime lusit, de cuius arte librum quoque emisit,
solitus etiam in gestatione ludere, ita essedo alueoque adaptatis
ne lusus confunderetur.

Saeuum et sanguinarium natura fuisse, magnis minimis- 34
que apparuit rebus. tormenta quaestionum poenasque par-
ricidarum repraesentabat exigebatque coram. cum spectare
antiqui moris supplicium Tiburi concupisset et deligatis ad
palum noxiis carnifex deesset, accitum ab urbe uesperam us-
que opperiri perseuerauit. quocumque gladiatorio munere,
uel suo uel alieno, etiam forte prolapsos iugulari iubebat,
maxime retiarios, ut expirantium facies uideret. cum par 2
quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi paruulos
ex utroque ferro in usum fieri sine mora iussit. bestiaris

7 *et* 17 *Epit. 4, 3* uentri uino libidini foede oboediens. *cf. Victor Caes. 4, 1*

1 qui *T'O*, ut δ *fort. rectius, om. MGLP* (*at* ut *post* ueteri *addit G*), *cf. Herm. 36 p. 295* uescenti *LPO iungentes cum* conuiuae 4 et *post* daret *add. GTδ* 8 uictusque *X*, uictus *N* 12 penna *GPTN* 14 euigilabat *Casaub., cf. Aug. 78 Vesp. 21* 15 interdiu ς (*Beroald.*), interdum Ω, inter *N* 16 uixitque M^1 23 expectare *MGδ*, et spectare *X* (cumque sp- *N*) 24 et *om. LP* 28 ut] cum *G* cerneret *G* 30 in usum] mixtim *Bentley*

meridianisque adeo delectabatur, ut et prima luce ad spectaculum descenderet et meridie dimisso ad prandium populo persederet praeterque destinatos etiam leui subitaque de causa quosdam committeret, de fabrorum quoque ac ministrorum atque id genus numero, si automatum uel pegma uel quid tale aliud parum cessisset. induxit et unum ex nomenculatoribus suis, sic ut erat togatus.

35 Sed nihil aeque quam timidus ac diffidens fuit. primis imperii diebus quanquam, ut diximus ⟨*c. 12*⟩, iactator ciuilitatis, neque conuiuia inire ausus est nisi ut speculatores cum lanceis circumstarent militesque uice ministrorum fungerentur, neque aegrum quemquam uisitauit nisi explorato prius cubiculo culcitisque et stragulis praetemptatis et excussis. reliquo autem tempore salutatoribus scrutatores semper apposuit,
2 et quidem omnibus et acerbissimos. sero enim ac uix remisit, ne feminae praetextatique pueri et puellae contrectarentur et ne cuius comiti aut librario calamariae et graphiariae thecae adimerentur. motu ciuili cum eum Camillus, non dubitans etiam citra bellum posse terreri, contumeliosa et minaci et contumaci epistula cedere imperio iuberet uitamque otiosam in priuata re agere, dubitauit adhibitis principibus uiris an
36 optemperaret. quasdam insidias temere delatas adeo expauit, ut deponere imperium temptauerit. quodam, ut supra rettuli ⟨*c. 13*⟩, cum ferro circa sacrificantem se deprehenso, senatum per praecones propere conuocauit lacrimisque et uociferatione miseratus est condicionem suam, cui nihil tuti usquam esset, ac diu publico abstinuit. Messalinae quoque amorem flagrantissimum non tam indignitate contumeliarum quam periculi metu abiecit, cum adultero Silio adquiri imperium credidisset; quo tempore foedum in modum trepidus ad castra confugit, nihil tota uia quam essetne sibi saluum

8 *Victor Caes. 4, 1* quamquam . . . pauidus . . animi et ignauior (*inde Epit. 4, 3* ignauus ac pauidus) esset, pleraque per formidinem tamen egregie consultabat (*cf. 4, 9*).

3 pretorque destinatus *T* 7 togatum *Casaub.* 8 ac] aut *S*, et *X* 10 spectaculato *G* (spic- $HQL^{2}PST$) 11 uicem *Bentley*, *cf. Aug. 45* 13 sagulis *G* 17 aut graphiariae *ed. Rom. II al.* (*Roth*) et *ante* thecae *add. MGTδ* 19 c̄tra *G* et contumaci *del. Bentley* 29 filio *GQX* (filio silio *T*) 31 in tota *G*

imperium requirens. nulla adeo suspicio, nullus auctor tam 37
leuis extitit, a quo non mediocri scrupulo iniecto ad cauendum ulciscendumque compelleretur. unus ex litigatoribus seducto in salutatione affirmauit, uidisse se per quietem occidi eum a quodam; dein paulo post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem aduersarium suum demonstrauit: con-
festimque is pro depreno ad poenam raptus est. pari modo 2
oppressum ferunt Appium Silanum: quem cum Messalina et Narcissus conspirassent perdere, diuisis partibus alter ante lucem similis attonito patroni cubiculum inrupit, affirmans somniasse se uim ei ab Appio inlatam; altera in admirationem formata sibi quoque eandem speciem aliquot iam noctibus obuersari rettulit; nec multo post ex composito inrumpere Appius nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset praeceptum erat, quasi plane repraesentaretur somnii fides, arcessi statim ac mori iussus est. nec dubitauit postero die Claudius ordinem rei gestae perferre ad senatum ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dormiens excubaret.
irae atque iracundiae conscius sibi, utramque excusauit edicto 38
distinxitque, pollicitus alteram quidem breuem et innoxiam, alteram non iniustam fore. Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obuiam non miserint, grauiter correptis eaque cum inuidia, ut in ordinem se coactum conscriberet,
repente tantum non satis facientis modo ueniam dedit. quos- 2
dam in publico parum tempestiue adeuntis manu sua reppulit. item scribam quaestorium itemque praetura functum senatorem inauditos et innoxios relegauit, quod ille aduersus priuatum se intemperantius affuisset, hic in aedilitate inqui-

---

1 sqq. *Victor Caes.* 4, 9 Claudium, uti supra docuimus, natura performidulosum iniecto metu sui agitabant, maxime coniurationis; quo commento liberti etiam, quos uellent, perditum ibant.

---

2 existit *G* 4 se uidisse *Π* (*uulg.*) 7 depren*so *M* (n *in ras.*), deprehenso *GXR* (*in R ss.* ł depreno) 11 alter *MX* admiratione (amm- *LS*^{2}, affirm- *P*) *GXN* 12 firmata (-to *N*) *XN* 15 arceri ac statim *Lipsius* 17 liberto suo *G* 19 utraque *T*, utrumque ς (*uulg.*) 21 sibi *om. X* 23 ea (*om.* que) *G* ascriberet ς, conquereretur *Bentley*, scriberet *Roth* 24 facientib; *G*, facientes *ΠQ* modo ueniam ς (*Torr.*), ueniam modo *Ω* 26 idem *MGLPS*^{1} itemque] item *X* 27 senatorum *M*

linos praediorum suorum contra uetitum cocta uendentes multasset uilicumque interuenientem flagellasset. qua de causa etiam coercitionem popinarum aedilibus ademit.

3 Ac ne stultitiam quidem suam reticuit simulatamque a se ex industria sub Gaio, quod aliter euasurus peruenturusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est; nec tamen persuasit, cum intra breue tempus liber editus sit, cui index erat *μωρῶν ἐπανάστασις*, argumentum autem stultitiam neminem fingere.

39 Inter cetera in eo mirati sunt homines et obliuionem et inconsiderantiam, uel ut Graece dicam, *μετεωρίαν* et *ἀβλεψίαν*. occisa Messalina, paulo post quam in triclinio decubuit, cur domina non ueniret requisiit. multos ex iis, quos capite damnauerat, postero statim die et in consilium et ad aleae lusum admoneri iussit et, quasi morarentur, ut somni-
2 culosos per nuntium increpuit. ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessauit omni oratione filiam et alumnam et in gremio suo natam atque educatam praedicare. adsciturus in nomen Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto iam filio priuignum adoptaret, identidem diuulgauit neminem umquam per adoptionem familiae Claudiae insertum.

40 Sermonis uero rerumque tantam saepe neglegentiam ostendit, ut nec quis nec inter quos, quoue tempore ac loco uerba faceret, scire aut cogitare existimaretur. cum de laniis ac uinariis ageretur, exclamauit in curia: rogo uos, quis potest sine offula uiuere? descripsit⟨que⟩ abundantiam ueterum tabernarum, unde solitus esset uinum olim et ipse
2 petere. de quaesturae quodam candidato inter causas suffragationis suae posuit, quod pater eius frigidam aegro sibi tempestiue dedisset. inducta teste in senatu: haec, inquit,

1 coacta *XT* 3 etiam *om. G* 4 At *S* 7 tamen *I. F. Gronov.* (tamen ante *Ursinus*, ante *Ω* (*Π*[2] *corr. ex* aut), sane *Bücheler* cum] quam *Xδ* 8 *ss.* stultorum exaltatio (exultacio *S*) *in LS* 9 stultitiam ⟨stultum⟩ *Casaub.* 11 inconsiderationem *XN* ΔΒΛΕΨΙΔ *M* (Ν *om. etiam LS, tertia litt.* Δ *in GXT*), *ss.* superbiam et indignationem *in L* 12 quam] cum *Casaub.* 14 conuiuium *cum Ursino pars edd.* 15 admoueri *S*ς morentur *M* 19 familiae *post* nomen *add. Τ'* 23 ne quis *GT*, nec quis *Bentley* 25 uinagiis *T* 26 descripsitque *Torr.*, descripsit etiam *N*, ac descripsit *Oud.*, et d. *Bücheler* 28 quaesturae ς (*Beroaldus*), questore *Ω* (*tuetur Oud.*) 30 senatum *Π*[1]

matris meae liberta et ornatrix fuit, sed me patro-
num semper existimauit; hoc ideo dixi, quod quidam
sunt adhuc in domo mea, qui me patronum non pu-
tant. sed et pro tribunali Ostiensibus quiddam publice oran- 3
tibus cum excanduisset, nihil habere se uociferatus est, quare
eos demereatur; si quem alium, et se liberum esse. nam
illa eius cotidiana et plane omnium horarum et momentorum
erant: quid, ego tibi Telegenius uideor? et: *λάλ⟨ε⟩ι καὶ
μὴ θίγγανε*, multaque talia etiam priuatis deformia, nedum
principi, neque infacundo neque indocto, immo etiam perti-
naciter liberalibus studiis dedito.

Historiam in adulescentia hortante T. Liuio, Sulpicio 41
uero Flauo etiam adiuuante, scribere adgressus est. et cum
primum frequenti auditorio commisisset, aegre perlegit re-
frigeratus saepe a semet ipso. nam cum initio recitationis
defractis compluribus subsellis obesitate cuiusdam risus ex-
ortus esset, ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin
ex interuallo subinde facti reminisceretur cachinnosque reuo-
caret. in principatu quoque et scripsit plurimum et assi- 2
due recitauit per lectorem. initium autem sumpsit historiae
post caedem Caesaris dictatoris, sed et transiit ad inferiora
tempora coepitque a pace ciuili, cum sentiret neque libere
neque uere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam,
correptus saepe et a matre et ab auia. prioris materiae duo
uolumina, posterioris unum et quadraginta reliquit. compo- 3
suit et de uita sua octo uolumina, magis inepte quam inele-
ganter; item Ciceronis defensionem aduersus Asini Galli
libros satis eruditam. nouas etiam commentus est litteras
tres ac numero ueterum quasi maxime necessarias addidit;
de quarum ratione cum priuatus adhuc uolumen edidisset,
mox princeps non difficulter optinuit ut in usu quoque pro-

---

6 illa eius] illius *X* 8 telegonius *GT*, Telegennius *Scaliger* *λάλει Turnebus*, ΛΔΛΙ Ω (*prima littera* Δ *in RLST*, ΔΔΙ *ΠQ*), *ss.* decet *L*² 9 *μὴ θίγγανε Turnebus*, ΜΕΘΙΝΓΑΝΑ *MLS*, ΜΗΘ- *rel.* (-ΤΑΝΑ *GΠQT*, *tertia litt.* Є *in R*), *ss.* loquere *L*² 16 *an* diffractis? 19 recitauit assidue *G* 20 perlectorū *M* 21 sed *del. Müller apud B.-Crusium* et *del. Torr.* (*Madvig*) 23 potestatem *ante* de *colloc. G* 26 eleganter *G* 30 uolumen adhuc *MLPS*¹*Rδ* (*corr. S*², uolumen *om. T*)

miscuo essent. extat talis scriptura in plerisque libris ac diurnis titulisque operum.

42 Nec minore cura Graeca studia secutus est amorem praestantiamque linguae occasione omni professus. cuidam barbaro Graece ac Latine disserenti: cum utroque, inquit, sermone nostro sis paratus; et in commendanda patribus conscriptis Achaia, gratam sibi prouinciam ait communium studiorum commercio; ac saepe in senatu legatis perpetua oratione respondit. multum uero pro tribunali etiam Homericis locutus est uersibus. quotiens quidem hostem uel insidiatorem ultus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti non temere aliud dedit quam ⟨*Il. 24, 369 Od. 21, 133*⟩:

ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ.

2 Denique et Graecas scripsit historias, Tyrrhenicon uiginti, Carchedoniacon octo. quarum causa ueteri Alexandriae Musio additum ex ipsius nomine ⟨nouum⟩; institutumque ut quotannis in altero Tyrrhenicon libri, in altero Carchedoniacon diebus statutis uelut in auditorio recitarentur toti a singulis per uices.

43 Sub exitu uitae signa quaedam nec obscura paenitentis de matrimonio Agrippinae deque Neronis adoptione dederat, siquidem commemorantibus libertis ac laudantibus cognitionem, qua pridie quandam adulterii ream condemnarat, sibi quoque in fatis esse iactauit omnia impudica, sed non impunita matrimonia; et subinde obuium sibi Britannicum artius complexus hortatus est, ut cresceret rationemque a se omnium factorum acciperet; Graeca insuper uoce prosecutus: *ὁ τρώσας ἰάσεται.* cumque impubi teneroque adhuc, quando

---

1 ac] actis *Burm.*, actorum *Muretus* (actorum diurnorum *Torr.*) 6 nostro *om. X, add. L*[3] peritus *ΠT et pro u. l. ss. in R* 7 achaiam *Mδ* 13 ΑΝΔΡΑΕΠΑΜΙΝΑϹΘΑΙ *M et* ΑΝΔΡΑΕΠ- *Ω*, *ἄνδρ' ἐπ- uulg., ut supra Torr.* (*cf. codd. Homeri*) ΧΑΛΕΠΕΛΙΝΕΙ *M*, -ΠΗΑΙΝΕΙ *GPΠQ*, -ΠΑΙΝΕΙ *R*, -ΠΕΝΕΙ *LS*, *corr. Torr.* *ss.* uir prior iratus alterum facit irasci *in LS* (alterum *om. L*) 15 uetere *M*[1] 16 ex] et *Torr.*, est *Bentley* ⟨nouum⟩ *F. I. Drechsler*; alterum *suppl. Ursinus*, Claudieum *Roth*, aliud *Polak*, *post* Musio *omnes* 18 statis *Ursinus* (*cf. Claud. 1*) 22 condempnauerat *G* 25 ut *del. Bentley* 27 rectas facite *ante graeca add. X* ΟΘΩϹΑϹ *M*, ΟΕΡΩϹΑΕ *L et fere S* (*ὁ ἔρως δ' ἐπείγεται* ς) *ἰάσεται m. rec. in marg. P* (*καὶ ἰάσεται P. Victorius fort. rectius*, *σε ἰάσεται Bentley*, *ἀκέσεται I. Gronov.*), ΠΕΙϹΕΤΑΙ *MGLS*, ΠΕΙϹΑΤΑΙ *TPT*

statura permitteret, togam dare destinasset, adiecit: ut tan-
dem populus R. uerum Caesarem habeat. non multo- 44
que post testamentum etiam conscripsit ac signis omnium
magistratuum obsignauit. prius igitur quam ultra progredere-
tur, praeuentus est ab Agrippina, quam praeter haec con-
scientia quoque nec minus delatores multorum criminum
arguebant.

Et ueneno quidem occisum conuenit; ubi autem et per 2
quem dato, discrepat. quidam tradunt epulanti in arce cum
sacerdotibus per Halotum spadonem praegustatorem; alii
domestico conuiuio per ipsam Agrippinam, quae boletum me-
dicatum auidissimo ciborum talium optulerat. etiam de sub-
sequentibus diuersa fama est. multi statim hausto ueneno 3
obmutuisse aiunt excruciatumque doloribus nocte tota defe-
cisse prope lucem. nonnulli inter initia consopitum, deinde
cibo affluente euomuisse omnia, repetitumque toxico, incer-
tum pultine addito, cum uelut exhaustum refici cibo oporte-
ret, an immisso per clystera[m], ut quasi abundantia labo-
ranti etiam hoc genere egestionis subueniretur. mors eius 45
celata est, donec circa successorem omnia ordinarentur. itaque
et quasi pro aegro adhuc uota suscepta sunt et inducti per
simulationem comoedi, qui uelut desiderantem oblectarent.
excessit III. Id. Octob. Asinio Marcello Acilio Auiola coss. a. 54 p. C.
sexagesimo quarto aetatis, imperii quarto decimo anno, fune-
ratusque est sollemni principum pompa et in numerum deorum


8 *et* 11 *Victor Caes. 4, 13* (*uxor*) ueneno coniugem interemit (*inde Epit. 4, 10*). *Oros. VII 6, 18* manifestis ueneni signis est mortuus. *Auson. 259, 5* Claudius ambiguo conclusit fata ueneno. 19 *Victor Caes. 4, 15* funus ... diu occultatum, dum arte mulieris corrupti custodes aegrum simulant (*inde Epit. 4, 11*). 23 *Eutrop. VII 13, 5* uixit annos IIII et LX, imperauit XIIII. post mortem consecratus est diuusque appellatus. *Epit. 4, 1* imperauit annos quattuordecim (*cf. Vict. Caes. 4, 14*). *4, 11* uixit annos sexaginta quattuor. *Oros. VII 6, 1* mansitque in eo (*regno*) annis quattuordecim. *cf. Auson. 258, 5* Claudius hebdomadam duplicem trahit.

7 urguebant *Müller apud B.-Crusium et Madvig*, acuebant *Bentley* 12 ualidissimo *MGδ* 15 nonnolli propter *M* 16 afluente *M* (*Graevius*) 18 clystera ς (*Salmasius*), clysteram (cli- *LPSO*) *MLPSO*, -rum *G*, -rem *T*, -re *T* 19 eius mors *X* 22 oblectaret *M* 24 aetatis *usque* decimo *om. M* xiiii. *GT* funeratus *G*

relatus; quem honorem a Nerone destitutum abolitumque re-
46 cepit mox per Vespasianum. praesagia mortis eius praecipua fuerunt: exortus crinitae stellae, quam cometen uocant, tactumque de caelo monumentum Drusi patris, et quod eodem anno ex omnium magistratuum genere plerique mortem obierant. sed nec ipse ignorasse aut dissimulasse ultima uitae suae tempora uidetur, aliquot quidem argumentis. nam et cum consules designaret, neminem ultra mensem quo obiit designauit, et in senatu, cui nouissime interfuit, multum ad concordiam liberos suos cohortatus, utriusque aetatem suppliciter patribus commendauit, et in ultima cognitione pro tribunali accessisse ad finem mortalitatis, quanquam abominantibus qui audiebant, semel atque iterum pronuntiauit.

1 destitutum a nerone *G* destitutum *del. Graevius*, desitum *maluit Bentley* abolitum (*sine* que) *MXδ*, *del. G. Becker*, ⟨tum⟩ abolitum *Bücheler* 3 quam c. uocant *del. G. Becker et Polak* 4 quod** *M* 5 omni *Bentley* plerique *om. G* 6 ne ipse quidem (*del.* quidem *l.* 7) *Bentley* 10 patribus suppliciter *G* 12 accessisse se *GT*
subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarum diuus claudius explic. incipit nero feliciter *M et sim.* (*om.* feliciter) *GΠR* (lib. V *post* Claudius *add. Π*, liber sextus *post* Nero *GΠ*) *breuius in reliquis omisso auctoris nomine* (lib. V *notatur etiam in LS*, lib. VI *in QLS*), *nihil subscr. in P*





C. SVETONI TRANQVILLI

DE VITA CAESARVM

LIBER VI

NERO

Ex gente Domitia duae familiae claruerunt, Caluinorum 1
et A⟨h⟩enobarborum. A⟨h⟩enobarbi auctorem originis itemque cognominis habent L. Domitium, cui rure quondam reuertenti iuuenes gemini augustiore forma ex occursu imperasse traduntur, nuntiaret senatui ac populo uictoriam, de qua incertum adhuc erat; atque in fidem maiestatis adeo permulsisse malas, ut e nigro rutilum aerique adsimilem capillum redderent. quod insigne mansit et in posteris eius, ac magna pars rutila barba fuerunt. functi autem consulatibus septem, 2
triumpho censuraque duplici et inter patricios adlecti per-

1 *Schol. Lucani 2, 510 W.* ex gente Domitia duae familiae claruerunt, Calui et Ahenobarbi, ut dicit Suetonius.

2 aenebarborum *MGδ* 4 augustiore *corr. ex* auctiores *M* (*m. 1 ut uidetur*) 7 similem *G* pilum *Burm.*

seuerauerunt omnes in eodem cognomine. ac ne praenomina
quidem ulla praeterquam Gnaei et Luci usurparunt; eaque
ipsa notabili uarietate, modo continuantes unum quodque per
trinas personas, modo alternantes per singulas. nam primum
secundumque ac tertium A⟨h⟩enobarborum Lucios, sequentis
rursus tres ex ordine Gnaeos accepimus, reliquos non nisi
uicissim tum Lucios tum Gnaeos. pluris e familia cognosci
referre arbitror, quo facilius appareat ita degenerasse a suo-
rum uirtutibus Nero, ut tamen uitia cuiusque quasi tradita
2 et ingenita ret⟨t⟩ulerit. ut igitur paulo altius repetam, ata-
uus eius Cn. Domitius in tribunatu pontificibus offensior,
quod alium quam se in patris sui locum cooptassent, ius
sacerdotum subrogandorum a collegiis ad populum transtulit;
at in consulatu Allobrogibus Aruernisque superatis elephanto
per prouinciam uectus est turba militum quasi inter sollemnia
2 triumphi prosequente. in hunc dixit Licinius Crassus orator non
esse mirandum, quod aeneam barbam haberet, cui os
ferreum, cor plumbeum esset. huius filius praetor C. Cae-
sarem abeuntem consulatu, quem aduersus auspicia legesque
gessisse existimabatur, ad disquisitionem senatus uocauit; mox
consul imperatorem ab exercitibus Gallicis retrahere tempta-
uit successorque ei per factionem nominatus principio ciuilis
3 belli ad Corfinium captus est. unde dimissus Massiliensis
obsidione laborantis cum aduentu suo confirmasset, repente
destituit acieque demum Pharsalica occubuit; uir neque satis
constans et ingenio truci in desperatione rerum mortem
timore appetitam ita expauit, ut haustum uenenum paenitentia
euomuerit medicumque manumiserit, quod sibi prudens ac
sciens minus noxium temperasset. consultante autem Cn. Pom-
peio de mediis ac neutram partem sequentibus solus censuit
hostium numero habendos.

3 Reliquit filium omnibus gentis suae procul dubio prae-
ferendum. is inter conscios Caesarianae necis quamquam in-
sons damnatus lege Pedia, cum ad Cassium Brutumque se

9 neronem *G* uitia *om. G* 12 coinoptassent *M* (*prior* o *corr. ex* u), coaptassent *Υ′δ* 14 auernisque superantis *M* (auern- *etiam GQR*) 16 lucinius *Mδ* 22 successor *G* 23 massiliensi (massiensi *S*) *X*, massilienses *GΥ* 25 satis *om. G* 26 truci ⟨qui⟩ *Polak* 27 temere *Bentley*

propinqua sibi cognatione iunctos contulisset, post utriusque
interitum classem olim commissam retinuit, auxit etiam, nec
nisi partibus ubique profligatis M. Antonio sponte et ingentis
meriti loco tradidit. solusque omnium ex iis, qui pari lege 2
damnati erant, restitutus in patriam amplissimos honores percu-
currit; ac subinde redintegrata dissensione ciuili, eidem Anto-
nio legatus, delatam sibi summam imperii ab iis, quos Cleo-
patrae pudebat, neque suscipere neque recusare fidenter propter
subitam ualitudinem ausus, transiit ad Augustum et in diebus
paucis obiit, nonnulla et ipse infamia aspersus. nam Antonius
eum desiderio amicae Seruiliae Naidis transfugisse iactauit.

Ex hoc Domitius nascitur, quem emptorem familiae pe- 4
cuniaeque in testamento Augusti fuisse mox uulgo notatum
est, non minus aurigandi arte in adulescentia clarus quam
deinde ornamentis triumphalibus ex Germanico bello. uerum
arrogans, profusus, immitis censorem L. Plancum uia sibi dece- 2
dere aedilis coegit; praeturae consulatusque honore equites
R. matronasque ad agendum mimum produxit in scaenam.
uenationes et in circo et in omnibus urbis regionibus dedit,
munus etiam gladiatorium, sed tanta saeuitia, ut necesse fuerit
Augusto clam frustra monitum edicto coercere. ex Antonia 5
maiore patrem Neronis procreauit omni parte uitae detesta-
bilem, siquidem comes ad Orientem C. Caesaris iuuenis,
occiso liberto suo, quod potare quantum iubebatur recusarat,
dimissus e cohorte amicorum nihilo modestius uixit; sed et
in uiae Appiae uico repente puerum citatis iumentis haud
ignarus obtriuit et Romae medio foro cuidam equiti R. libe-
rius iurganti oculum eruit; perfidiae uero tantae, ut non modo 2
argentarios pretiis rerum coemptarum, sed et in praetura mer-
cede palmarum aurigarios fraudauerit, notatus ob haec et soro-
ris ioco ⟨......⟩ querentibus dominis factionum repraesentanda

3 nisi] sibi *M* 8 neq. recusare neq suscipere *Polak* 15 triumphalibus ornamentis *G* 16 uia *om. T* 19 edidit *Bentley* 24 putare *M*, portare *L*[1] 26 repentem δ (*Gujetus, Bentley*) haut *MGS* (*in M hastula annexa uix* i *significans*) 27 gnarus *MR*δ obruit *POT* 29 et *om. M* 30 sororis] Caesaris *Ursin.*, Neronis Caesaris *Oud.* 31 ioco ς (*Sabellicus*) *et sic iam in R ss. pro u. l.*, loco Ω *ante* querentibus (quaer- *MR*) *suppl.* ⟨quae⟩ *Casaub.*, ⟨qui⟩ *Ursin.* (*Oud.*), *at plura deesse uidentur,* ⟨et Tiberi edicto qui⟩ *propos. Bücheler* repsentata *R*

praemia in posterum sanxit. maiestatis quoque et adulteriorum incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberi reus, mutatione temporum euasit decessitque Pyrgis morbo aquae intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

6 Nero natus est Anti post VIIII. mensem quam Tiberius
excessit, XVIII. Kal. Ian. tantum quod exoriente sole, paene
ut radiis prius quam terra contingeretur. de genitura eius
statim multa et formidulosa multis coiectantibus praesagio
fuit etiam Domiti[i] patris uox, inter gratulationes amicorum
negantis quicquam ex se et Agrippina nisi detestabile
2 et malo publico nasci potuisse. eiusdem futurae infelicitatis signum euidens die lustrico extitit; nam C. Caesar, rogante sorore ut infanti quod uellet nomen daret, intuens Claudium patruum suum, a quo mox principe Nero adoptatus est, eius se dixit dare, neque ipse serio sed per iocum et aspernante Agrippina, quod tum Claudius inter ludibria aulae erat.

3 Trimulus patrem amisit; cuius ex parte tertia heres, ne
hanc quidem integram cepit correptis per coheredem Gaium
uniuersis bonis. et subinde matre etiam relegata paene inops
atque egens apud amitam Lepidam nutritus est sub duobus
paedagogis saltatore atque tonsore. uerum Claudio imperium
adepto non solum paternas opes reciperauit, sed et Crispi
4 Passieni uitrici sui hereditate ditatus est. gratia quidem et potentia reuocatae restitutaeque matris usque eo floruit, ut emanaret in uulgus missos a Messalina uxore Claudi[i], qui eum meridiantem, quasi Britannici aemulum, strangularent. additum fabulae †ad eosdem dracone e puluino se proferente

3 *Einhard.* 3 morbo aquae intercutis diem obiit. 4 *Epit.* 5, 1 patre Domitio Aenobarbo genitus, matre Agrippina. 5 *cf. Capitol. Verus* 1, 8 natus est . . . XVIII Kl. Ianuariarum die, quo et Nero.

1 sanxit] dixit *Lipsius*, suasit *Polak* 5 Anti *Roth* (Antii *Turnebus et sic manu rec. adscriptum in P*), ante *Ω* post *om. T* nonum *GRT*, nouem (*et tum* menses) *Π ς* (*uulg.*) 8 formidolosa *Ω*, *cf. Aug.* 91 11 felicitatis *post Ursinum multi* 14 patrum *M*, patrem *Q* 17 tremulus *T*, *corr. Π²* 21 uero claudio *M*, claudio uero *Gδ* 25 emanarit *Lipsius* messalania (*sic*) *M* uxore Claudii *suspecta Polakio* 26 britanicae (i *supra* c) multum *M* (i *ss. m.* 2) 27 ad *MLP*, at *G* (*Roth*), et *T*, *om. OST* (*recte puto*), est *pars edd. post Lugd. a.* 1544 (addita fabula est *Lipsius*); at *bene se habet deleto* additum fabulae (*cf. Herm.* 40 *p.* 186)

conterritos refugisse. quae fabula exorta est deprensis in lecto eius circum ceruicalia serpentis exuuiis; quas tamen aureae armillae ex uoluntate matris inclusas dextro brachio gestauit aliquamdiu ac taedio tandem maternae memoriae abiecit rursusque extremis suis rebus frustra requisiit.

Tener adhuc necdum matura pueritia circensibus ludis 7
Troiam constantissime fauorabiliterque lusit. undecimo aetatis anno a Claudio adoptatus est Annaeoque Senecae iam tunc senatori in disciplinam traditus. ferunt Senecam proxima nocte uisum sibi per quietem C. Caesari praecipere, et fidem somnio Nero breui fecit prodita immanitate naturae quibus primum potuit experimentis. namque Britannicum fratrem, quod se post adoptionem A⟨h⟩enobarbum ex consuetudine salutasset, ut subditiuum apud patrem arguere conatus est. amitam autem Lepidam ream testimonio coram afflixit gratificans matri, a qua rea premebatur.

Deductus in forum tiro populo congiarium, militi dona- 2
tiuum proposuit indictaque decursione praetorianis scutum sua manu praetulit; exin patri gratias in senatu egit. apud eundem consulem pro Bononiensibus Latine, pro Rhodis atque Iliensibus Graece uerba fecit. auspicatus est et iuris dictionem praefectus urbi sacro Latinarum, celeberrimis patronis non tralaticias, ut assolet, et breuis, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus, quamuis interdictum a Claudio esset. nec multo post duxit uxorem Octauiam ediditque pro Claudi salute circenses et uenationem.

Septemdecim natus annos, ut de Claudio palam factum 8
est, inter horam sextam septimamque processit ad excubitores, cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius uideretur; proque Palati gradibus imperator consalutatus lectica in castra et inde raptim appellatis mili-

1 fabulae *M* 3 dextero *G* 6 tenera *G* ne^c^dum *G* (*m. 1*), nedum *T* pueritiae *M* (*inde* maturae pueritiae *Graevius*, maturus pueritiae *Bentley*) 7 duodecimo *Lipsius*, tertio decimo *Torr.* 9 ferunt *corr. ex* fuerunt *M* (*m. 1?*) 16 qua reprimebatur *X* (*corr.* L^3) 19 exinde *Π*, exhinc *X* 20 boniensibus *MG* Latine — Iliensibus *om. Υ* 22 praefectis *ΠQ* urbis sacro *G*, urbis atque *Υ* 23 ut] et ut *G* 29 auspicandi *om.* $Π^1Q$, auspicanti *Bentley* 31 consulatatus *M*($Π^1$?), consulatus *GQ*, consultatus $Π^2RT$ (*in Π* a *ut uidetur post* l *erasa*)

tibus in curiam delatus est discessitque iam uesperi, ex immensis, quibus cumulabatur, honoribus tantum patris patriae nomine recusato propter aetatem.

9 Orsus hinc a pietatis ostentatione Claudium apparatissimo funere elatum laudauit ⟨et⟩ consecrauit. memoriae Domiti[i] patris honores maximos habuit. matri summam omnium rerum priuatarum publicarumque permisit. primo etiam imperii die signum excubanti tribuno dedit *optimam matrem* ac deinceps eiusdem saepe lectica per publicum simul uectus est. Antium coloniam deduxit ascriptis ueteranis e praetorio additisque per domicilii translationem ditissimis primipilarium; ubi et portum operis sumptuosissimi fecit.

10 Atque ut certiorem adhuc indolem ostenderet, ex Augusti praescripto imperaturum se professus, neque liberalitatis neque clementiae, ne comitatis quidem exhibendae ullam occasionem omisit. grauiora uectigalia aut aboleuit aut minuit. praemia delatorum Papiae legis ad quartas redegit. diuisis populo uiritim quadringenis nummis senatorum nobilissimo cuique, sed a re familiari destituto annua salaria et quibusdam quingena constituit, item praetorianis cohortibus fru-
2 mentum menstruum gratuitum. et cum de supplicio cuiusdam capite damnati ut ex more subscriberet admoneretur: *quam uellem*, inquit, *nescire litteras*. omnis ordines subinde ac memoriter salutauit. agenti senatui gratias respondit: *cum meruero*. ad campestres exercitationes suas admisit et plebem declamauitque saepius publice; recitauit et carmina, non modo domi sed et in theatro, tanta uniuersorum laetitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit eaque pars carminum aureis litteris Ioui Capitolino dicata.

11 Spectaculorum plurima et uaria genera edidit: iuuenales, circenses, scaenicos ludos, gladiatorium munus. iuuenalibus

5 et *add.* ς (*Roth*), consecrauitque *edd. pr. Rom.* (*uulg.*) 7 publicarum priuatarumque *ΠQ* (*uulg.*), priuatarumque (*om.* publicarum) *R* 10 est *om. X* 13 mitiorem ς, rectiorem *Polak* (*cf. Oud.*) 15 ne] nec *XN*, neque S^2 16 omisit RL^2S^2N, obmisit *T*, emisit *rel.* (*Ω*) *prius* aut *om. XN* 18 quadrīgenis (ī *in ras.*) *S*, quadrigenis *MGLR*, quadragenis *rel.* 19 sadare *M*, sed re *XN* 20 quinquena *G*, quinquagena *PT* 22 ut *om. R* (*Bentley*) 23 uellet M^1T nescirem *Bentley* (*cf. Sen. clem. II 1, 2*) ordine *B.-Crus. cum edd. Gryphii aliisque saec. XVI* 27 domo M^1 et *om. X* 28 eaque] atque *T*

senes quoque consulares anusque matronas recepit ad lusum.
circensibus loca equiti secreta a ceteris tribuit commisitque
etiam camelorum quadrigas. ludis, quos pro aeternitate im- 2
perii suceptos appellari maximos uoluit, ex utroque ordine
et sexu plerique ludicras partes sustinuerunt; notissimus
eques R. elephanto supersidens per catadromum decucurrit;
inducta Afrani togata, quae Incendium ⟨in⟩scribitur, conces-
sumque ut scaenici ardentis domus supellectilem diriperent
ac sibi haberent; sparsa et populo missilia omnium rerum
per omnes dies: singula cotidie milia auium cuiusque generis,
multiplex penus, tesserae frumentariae, uestis, aurum, argen-
tum, gemmae, margaritae, tabulae pictae, mancipia, iumenta
atque etiam mansuetae ferae, nouissime naues, insulae, agri.
hos ludos spectauit e proscaeni fastigio. munere, quod in **12**
amphitheatro ligneo regione Martii campi intra anni spatium
fabricato dedit, neminem occidit, ne noxiorum quidem. ex-
hibuit autem ad ferrum etiam quadringentos senatores sescen-
tosque equites Romanos et quosdam fortunae atque existima-
tionis integrae, ex isdem ordinibus confectores quoque fera-
rum et uaria harenae ministeria. exhibuit et naumachiam
marina aqua innantibus beluis; item pyrrichas quasdam e
numero epheborum, quibus post editam operam diplomata
ciuitatis Romanae singulis optulit. inter pyrricharum argu- 2
menta taurus Pasiphaam ligneo iuuencae simulacro abditam
iniit, ut multi spectantium crediderunt; Icarus primo statim
conatu iuxta cubiculum eius decidit ipsumque cruore resper-
sit. nam perraro praesidere, ceterum accubans, paruis primum
foraminibus, deinde toto podio adaperto spectare consueuerat.

---

15 *Epit.* 5, 3 in urbe amphitheatrum ... construxit.

5 et sexu *om. G* 6 supersedens *L*ς (*uulg.*) gatadromum *Ω*, *corr.* ες (*Beroald.*) 7 inscribitur *Erasmus* 10 auium *G*ς, aulum *rel.* (*Ω*), aurum ϱς 17 quadragenos *Lipsius*, quadraginta *Veldhuis* sexcentosque *GΠQLPT*, secent- *S*, sexagenosque *Lipsius*, sexaginta (*et tum* eosque) *Veldhuis* 19 *post* integrae *non distinguit Madvig* 21 belluis *RT* pyrrichistas quosdam *Madvig*, ad pyrrichas quosdam *Ernesti* e] C *Oud.* 22 edictam *MGLPSR* 24 pasiphaan *M* (*cf. Galba* 2), pasiphan *X*, pasipham (-phan Π^2) in *G R* Π^2, pasipham $\Pi^1 Q$ 26 ipsum *G* 27 paruum primis *R*, primum paruis *ΠQ* 28 consuerat M^2XR

3 Instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more Graeco triplex, musicum gymnicum equestre, quod appellauit Neronia; dedicatisque thermis atque gymnasio senatui quoque et equiti oleum praebuit. magistros toto certamini praeposuit consulares sorte, sede praetorum. deinde in orchestram senatumque descendit et orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit, citharae autem a iudicibus ad se delatam adorauit ferrique ad Augusti statuam
4 iussit. gymnico, quod in Saeptis edebat, inter buthysiae apparatum barbam primam posuit conditamque in auream pyxidem et pretiosissimis margaritis adornatam Capitolio consecrauit. ad athletarum spectaculum inuitauit et uirgines Vestales, quia Olympiae quoque Cereris sacerdotibus spectare conceditur.

13 Non immerito inter spectacula ab eo edita et Tiridatis in urbem introitum ret⟨t⟩ulerim. quem Armeniae regem magnis pollicitationibus sollicitatum, cum destinato per edictum die ostensurus populo propter nubilum distulisset, produxit quo oportunissime potuit, dispositis circa fori templa armatis cohortibus, curuli residens apud rostra triumphantis habitu
2 inter signa militaria atque uexilla. et primo per deuexum pulpitum subeuntem admisit ad genua adleuatumque dextra exosculatus est, dein precanti tiara[m] deducta[m] diadema inposuit, uerba supplicis interpretata praetorio uiro multitudini pronuntiante; perductum inde in theatrum ac rursus supplicantem iuxta se latere dextro conlocauit. ob quae im-

---

3 *cf. Eutrop. VII 15, 2* aedificauit Romae thermas, quae ante Neronianae dictae nunc Alexandrianae appellantur (*Lampr. Alex. Sev. 25, 3*). *Epit. 5, 3* lauacra construxit.

---

3 neroniât *G* 4 toto *Ω*, toti ϛ (*uulg.*), *an* toto certamine? 5 sortes edēptorum (sorte re- *Q*) *T*, sorte selectorum ϱ, sorte ductos sed et praetorios *Bentley* (sed et praetorios *praeiuerat Stephanus*; c. octo, sedecim praetorios *Cornelissen*) 8 cytharam *S* 11 primum *M*[1] aurea pixide *H* 12 et *del. Bentley* capitolino *LP* (Ioui Cap. *Casaub.*) 14 Olympia *Casaub.* 19 detulisset eproduxit *M* (de *corr. in* dis *M*[2]) 23 dextera *G* 24 deinde *Tδ* tiara deducta ϛ (*Berouldus*), diariam deductam *Ω* 25 et *ante* praetorio *add. G*

perator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum gemi-
num clausit, tamquam nullo residuo bello.

Consulatus quattuor gessit: primum bimenstrem, secun- 14
dum et nouissimum semenstres, tertium quadrimenstrem; me-
dios duos continuauit, reliquos inter annua spatia uariauit.
in iuris dictione postulatoribus nisi sequenti die ac per libel- 15
los non temere respondit. cognoscendi morem eum tenuit,
ut continuis actionibus omissis singillatim quaeque per uices
ageret. quotiens autem ad consultandum secederet, neque in
commune quicquam neque propalam deliberabat, sed et con-
scriptas ab uno quoque sententias tacitus ac secreto legens,
quod ipsi libuisset perinde atque pluribus idem uideretur
pronuntiabat.

In curiam libertinorum filios diu non admisit; admissis 2
a prioribus principibus honores denegauit. candidatos, qui
supra numerum essent, in solacium dilationis ac morae legio-
nibus praeposuit. consulatum in senos plerumque menses
dedit. defunctoque circa Kal. Ian. altero e consulibus nemi-
nem substituit improbans exemplum uetus Canini Rebili uno
die consulis. triumphalia ornamenta etiam quaestoriae digni-
tatis et nonnullis ex equestri ordine tribuit nec utique de
causa militari. de quibusdam rebus orationes ad senatum
missas praeterito quaestoris officio per consulem plerumque
recitabat. formam aedificiorum urbis nouam excogitauit et 16
ut ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis
incendia arcerentur; easque sumptu suo extruxit. destinarat

24 *cf. Victor Caes.* 5, 2 augenda urbe.

1 consulatus *MG*, consultatus *L* 2 tamquam nullo *Faernus Lipsius*, tam nullo quam *Ω*, iam nullo quasi *Gronov.*, iam (tum *pro* tam *Iuncker*) nullo usquam *Bentley* 3 bimestrum *M*, bimestrem *QT* 5 interiecto annuo spatio *Veldhuis* 6 postularibus *GP*, postulantibus *Reinesius* 7 in cognoscendo *T′* (*R in marg.*, *in textu habet* cognoscendi) 9 ageret *T′ dubito num recte* (ageretur *Oud.*), *om. MGLP*, quaereret *aut simile uerbum desiderat Bücheler* 10 sed et] sed ς (*Ursinus*) *fort. rectius* 14 admissis a *GT*, admissa *Mδ*, admissos *X* (*at in L corr. ex* admissis) 21 nonnullis et *transponit Lipsius* (dignitati et *Bentley dubitanter*) 22 sed et *post* militari *add. T* (militari, sed et de quibuscumque rebus. Orationes *Bentley*, de quibusdam rebus *glossema putat G. Becker*) 24 et *del. Ernesti* 25 quarum *ΠQ*ς, quorum *rel.* (*Ω*) solaria *G*

etiam Ostia tenus moenia promouere atque inde fossa mare ueteri urbi inducere.

2 Multa sub eo et animaduersa seuere et coercita nec minus instituta: adhibitus sumptibus modus; publicae cenae ad sportulas redactae; interdictum ne quid in popinis cocti praeter legumina aut holera ueniret, cum antea nullum non obsonii genus proponeretur; afflicti suppliciis Christiani, genus hominum superstitionis nouae ac maleficae; uetiti quadrigariorum lusus, quibus inueterata licentia passim uagantibus fallere ac furari per iocum ius erat; pantomimorum factio-
17 nes cum ipsis simul relegatae; aduersus falsarios tunc primum repertum, ne tabulae nisi pertusae ac ter lino per foramina traiecto obsignarentur; cautum ut testamentis primae duae cerae testatorum modo nomine inscripto uacuae signaturis ostenderentur ac ne qui alieni testamenti scriptor legatum sibi ascriberet; item ut litigatores pro patrociniis certam iustamque mercedem, pro subsellis nullam omnino darent praebente aerario gratuita; utque rerum actu ab aerario causae ad forum ac reciperatores transferrentur et ut omnes appellationes a iudicibus ad senatum fierent.

18 Augendi propagandique imperii neque uoluntate ulla neque spe motus umquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitauit, nec nisi uerecundia, ne obtrectare parentis gloriae uideretur, destitit. Ponti modo regnum concedente

---

7 *Oros. VII 7, 10* primus Romae Christianos suppliciis et mortibus affecit. *cf. Tertull. scorp. 15* uitas Caesarum legimus: orientem fidem Romae primus Nero cruentauit. 21 *cf. Eutrop. VII 14, 4* in re militari nihil omnino ausus Britanniam paene amisit (*cf. Ner. 39. 40*). 24 *Eutrop. VII 14, 5* duae tamen sub eo prouinciae factae sunt, Pontus Polemoniacus concedente rege Polemone et Alpes Cottiae Cottio rege defuncto. *Victor Caes. 5, 2* Pontum in ius prouinciae Polemonis permissu redegit, cuius gratia Polemoniacus Pontus appellatur, itemque Cottias Alpes Cottio rege mortuo (*inde Epit. 5, 4*). *cf. Vopisc. Aurel. 21, 11* sub quo (*Nerone*) Pontus Polemoniacus et Alpes Cottiae Romano nomini sunt tributae.

---

1 ostiam *MG*Π^2*R* 6 uenirent *MLP* 7 affecti *Stephanus* (*cf. Oros.*) 11 simul *om. G* 13 ut] ut in *Υ* (*uulg.*) 15 quis *uulg.* (*primum legi in ed. anon.* [*a. 1472?*] *et ed. a. 1480*) 18 causae *del. Madvig* 23 ne] nec *M* 24 gloriam *X*

Polemone, item Alpium defuncto Cottio in prouinciae formam redegit.

Peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinam et 19
Achaicam; sed Alexandrina ipso profectionis die destitit turbatus religione simul ac periculo. nam cum circumitis templis in aede Vestae resedisset, consurgenti ei primum lacinia obhaesit, dein tanta oborta caligo est, ut dispicere non posset.
in Achaia Isthmum perfodere adgressus praetorianos pro con- 2
tione ad incohandum opus cohortatus est tubaque signo dato primus rastello humum effodit et corbulae congestam umeris extulit. parabat et ad Caspias portas expeditionem conscripta ex Italicis senum pedum tironibus noua legione, quam Magni Alexandri phalanga appellabat.

Haec partim nulla reprehensione, partim etiam non me- 3
diocri laude digna in unum contuli, ut secernerem a probris ac sceleribus eius, de quibus dehinc dicam.

Inter ceteras disciplinas pueritiae tempore imbutus et 20
musica, statim ut imperium adeptus est, Terpnum citharoedum uigentem tunc praeter alios arcessiit diebusque continuis post cenam canenti in multam noctem assidens paulatim et ipse meditari exercerique coepit neque eorum quicquam omittere, quae generis eius artifices uel conseruandae uocis causa uel augendae factitarent; sed et plumbeam chartam supinus pectore sustinere et clystere uomituque purgari et abstinere pomis cibisque officientibus; donec blandiente profectu, quamquam exiguae uocis et fuscae, prodire in scaenam concupiit, subinde inter familiares Graecum prouerbium iactans
occultae musicae nullum esse respectum. et prodit 2
Neapoli primum ac ne concusso quidem repente motu terrae theatro ante cantare destitit, quam incohatum absolueret nomon.

4 alexandrina *GΠT*, -nam *rel.* (*Ω*) *et sic Bentley legens postea* deseruit, Alexandrina in *Oud.* die *om. G* destituit *ϱς* 5 simul religione *Υ* cum *om. M*, *post* nam *add. ΠQδ*, *post* templis *GRX* circuitis *GΥ'* 7 deinde *Υς* (*uulg.*) despicere *Ω*, *corr. ς* (*edd. pr. Rom.*) 11 conscripta *ΠQST*, -tam *rel.* (*Ω*) 13 phalangam *Υ*, -guam *S*, -gem *LPT* 15 probriis *M*, probri *LP* 16 ac] et *G*, a *P* 19 arcessit *R*, accersiit (acer- *T*) *GPS²T* diebus *GR¹* 23 uocis gratia *H* 25 potibus *uel* pomatis *Reinesius* 28 prodiit *ΥT* (*uulg.*) 29 neapoli *ΠQ*, neapolim *rel.* (*Ω*) 30 nomen (*uel* nom̃) *XN* (quam inchoata finiret *H*)

ibidem saepius et per complures cantauit dies; sumpto etiam ad reficiendam uocem breui tempore, impatiens secreti a balineis in theatrum transiit mediaque in orchestra frequente populo epulatus, si paulum subbibisset, aliquid se sufferi
3 tinniturum Graeco sermone promisit. captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant, plures Alexandria euocauit. neque eo segnius adulescentulos equestris ordinis et quinque amplius milia e plebe robustissimae iuuentutis undique elegit, qui diuisi in factiones plausuum genera condiscerent — bombos et imbrices et testas uocabant — operamque nauarent cantanti sibi, insignes pinguissima coma et excellentissimo cultu pu[e]ris ac sine anulo laeuis, quorum duces quadringena milia sestertia merebant.

21 Cum magni aestimaret cantare etiam Romae, Neroneum agona ante praestitutam diem reuocauit flagitantibusque cunctis caelestem uocem respondit quidem in hortis se copiam uolentibus facturum, sed adiuuante uulgi preces etiam statione militum, quae tunc excubabat, repraesentaturum se pollicitus est libens; ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharoedorum iussit ascribi sorticulaque in urnam cum ceteris demissa intrauit ordine suo, simul praefecti praetorii citharam sustinentes, post tribuni militum iuxtaque amicorum
2 intimi. utque constitit, peracto principio, Niobam se cantaturum per Cluuium Rufum consularem pronuntiauit et in horam fere decimam perseuerauit coronamque eam et reliquam certaminis partem in annum sequentem distulit, ut saepius canendi occasio esset. quod cum tardum uideretur, non cessauit identidem se publicare. dubitauit etiam an pri-

2 abualineis *MGδ*, ab balineis *R*, a balneis *PST* 4 epulat *Mδ*, epulans *Salmasius* sufferi *MG*, sufferri *ΥLPT*, *sufferre *S*[1] († efferre *S*[2]), sufferti *ed. Ven. 1*, suffertim *Egnatius* (ς?) 11 discerent (discerent quos *S*) *post* imbrices *add. X* (*expunctum in P*) nouarent *GΠRS* 13 puris *P*[2] (*Bentley*), pueris *MXδ*, pueros *S*[2], pueri *GΥ* (*uulg.*), purpureis *Roth* ac] nec *G* ς (*uulg.*) lęuis *G* (*sic etiam in P m. rec.*), laeuiis *M*, leuis *Υ* (*uulg.*), leuiis *ST*, uelis *LPO*, sortis *δ*, laenis *Roth* quadragena *Υ* (*uulg.*) 14 sestertium *uel* HS. *uulg.*, *abesse mauult Oud.* 16 praestitam *Υ* 17 respondi *M* 18 prece *G* 21 iussi *M*[1] 23 post] pro *M* 24 niobā *G*, -ban *MΥ*, -bem *X*, -ben *uulg.* 29 non dubitauit *STN*(*uulg.*) an ς (*I. F. Gronov.*), in *MGΥ*, *om. XN*

uatis spectaculis operam inter scaenicos daret quodam prae-
torum sestertium decies offerente. tragoedias quoque can- 3
tauit personatus heroum deorumque, item heroidum ac dea-
rum, personis effectis ad similitudinem oris sui et feminae,
prout quamque diligeret. inter cetera cantauit Canac[h]en
parturientem, Oresten matricidam, Oedipodem excaecatum,
Herculem insanum. in qua fabula fama est tirunculum mi-
litem positum ad custodiam aditus, cum eum ornari ac uin-
ciri catenis, sicut argumentum postulabat, uideret, accurrisse
ferendae opis gratia.

Equorum studio uel praecipue ab ineunte aetate flagrauit 22
plurimusque illi sermo, quanquam uetaretur, de circensibus
erat; et quondam tractum prasini agitatorem inter condi-
scipulos querens, obiurgante paedagogo, de Hectore se loqui
ementitus est. sed cum inter initia imperii eburneis qua-
drigis cotidie in abaco luderet, ad omnis etiam minimos cir-
censes e secessu commeabat, primo clam, deinde propalam,
ut nemini dubium esset eo die utique affuturum. neque dis- 2
simulabat uelle se palmarum numerum ampliari; quare specta-
culum multiplicatis missibus in serum protrahebatur, ne do-
minis quidem iam factionum dignantibus nisi ad totius diei
cursum greges ducere. mox et ipse aurigare atque etiam
spectari saepius uoluit positoque in hortis inter seruitia et
sordidam plebem rudimento uniuersorum se oculis in circo
maximo praebuit, aliquo liberto mittente mappam unde magi-
stratus solent. nec contentus harum artium experimenta Ro- 3
mae dedisse, Achaiam, ut diximus ⟨*c. 19*⟩, petit hinc maxime
motus. instituerant ciuitates, apud quas musici agones edi
solent, omnes citharoedorum coronas ad ipsum mittere. eas

1 daret *MGTϱ*, dare *XNδ* (*uulg.*) quaedam *Mδ* 5 quam M^1 (*Bentley*) canacē *G* 6 ędipodē *G*, -den *rel.* (*cf. Nero 46*) 8 onerari *notaui e marg. ed. Gryphii Lugd. 1544* 11 fraglauit *MLS* 12 ueteraretur *MR* 13 prasini *MT*, -sim *LST*, -sû *P*, -siniū *G*, prasinum ς *et edd. post Beroaldum* 14 magistro *T* 16 mimmos S^1 (*et sic fort.* L^1, *ubi* ini *in ras. legitur*), mimos PS^2T circenses e] circenses *LPTN*, circense *Q* (circenses | ecessu *m. 1*, circenses | secessu *m. 2*), circensi Π^1 *et pro u. l. R in marg.*, circensi e Π^2 18 afuturum *Casaub.* 19 munerum *M* ampliare *ΠQST et fere edd.* 20 protrahebantur *MTδ* 21 factionum iam *G* 25 libertorum *Bentley* 28 instituerat *T*, ut institueret R^2 ciuitates *om.* $\Pi^1 Q$

adeo grate recipiebat, ut legatos, qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. a quibusdam ex his rogatus ut cantaret super cenam, exceptusque effusius, solos scire audire Graecos solosque se et studiis suis dignos ait. nec profectione dilata, ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram Iouis Cassii cantare auspi-
23 catus certamina deinceps obiit omnia. nam et quae diuersissimorum temporum sunt, cogi in unum annum, quibusdam etiam iteratis, iussit et Olympiae quoque praeter consuetudinem musicum agona commisit. ac ne quid circa haec occupatum auocaret detineretue, cum praesentia eius urbicas res egere a liberto Helio admoneretur, rescripsit his uerbis: quamuis nunc tuum consilium sit et uotum celeriter reuerti me, tamen suadere et optare potius debes, ut Nerone dignus reuertar.

2 Cantante eo ne necessaria quidem causa excedere theatro licitum est. itaque et enixae quaedam in spectaculis dicuntur et multi taedio audiendi laudandique clausis oppidorum portis aut furtim desiluisse de muro aut morte simulata funere elati. quam autem trepide anxieque certauerit, quanta aduersariorum aemulatione, quo metu iudicum, uix credi potest. aduersarios, quasi plane condicionis eiusdem, obseruare, captare, infamare secreto, nonnumquam ex occursu maledictis incessere ac, si qui arte praecellerent, conrumpere
3 etiam solebat. iudices autem prius quam inciperet reuerentissime adloquebatur, omnia se facienda fecisse, sed euentum in manu esse Fortunae; illos ut sapientis et doctos uiros fortuita debere excludere; atque, ut auderet hortantibus, aequiore animo recedebat, ac ne sic quidem sine sollicitudine, taciturnitatem pudoremque quorundam pro tristitia et malignitate arguens suspectosque sibi dicens.
24 in certando uero ita legi oboediebat, ut numquam excreare ausus sudorem quoque frontis brachio detergeret; atque etiam

---

3 ⟨et⟩ a *Bentley* 4 scire et *G* 6 casii $N^1\varsigma$ (*Sabellicus*) auspicatus est Π^2R 16 nec *HΥδ* 17 est] erat *X* 18 clusis *MQ* oppidorum *del. Polak* 19 simulata morte *H* 20 funere *del. G. Becker* 23 cantare *LPS*, causare *T*, cauillari *Bentley* 24 corrumpere *GXT*, *quod in archetypo fuisse putauerim* 28 adderet *Υ* 29 ne] nec *X* siquidam *MG* (sic- *G*) 31 et] ac *Υ*

in tragico quodam actu, cum elapsum baculum cito resumpsisset, pauidus et metuens ne ob delictum certamine summoueretur, non aliter confirmatus est quam adiurante hypocrita non animaduersum id inter exultationes succlamationesque populi. uictorem autem se ipse pronuntiabat; qua de causa et praeconio ubique contendit. ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut uestigium extaret usquam, subuerti et unco trahi abicique in latrinas omnium statuas et imagines imperauit. aurigauit quoque plurifariam, Olympiis uero etiam **2** decemiugem, quamuis id ipsum in rege Mithradate carmine quodam suo reprehendisset; sed excussus curru ac rursus repositus, cum perdurare non posset, destitit ante decursum; neque eo setius coronatus est. decedens deinde prouinciam uniuersam libertate donauit simulque iudices ciuitate Romana et pecunia grandi. quae beneficia e medio stadio Isthmiorum die sua ipse uoce pronuntiauit.

Reuersus e Graecia Neapolim, quod in ea primum artem **25** protulerat, albis equis introiit disiecta parte muri, ut mos hieronicarum est; simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam; sed et Romam eo curru, quo Augustus olim triumphauerat, et in ueste purpurea distinctaque stellis aureis chlamyde coronamque capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam, praeeunte pompa ceterarum cum titulis, ubi et quos quo cantionum quoue fabularum argumento uicisset; sequentibus currum ouantium ritu plausoribus, A u g u s t i a n o s m i l i t e s q u e s e t r i u m p h i e i u s clamitantibus. dehinc diruto circi **2** maximi arcu per Velabrum forumque Palatium et Apollinem petit. incedenti passim uictimae caesae sparso per uias identidem croco ingestaeque aues ac lemnisci et bellaria. sacras coronas in cubiculis circum lectos posuit, item statuas suas citharoedico habitu, qua nota etiam nummum percussit

---

9 *cf. Oros. VII 7, 1 (u. ad c. 53)* 31 *Eutrop. VII 14, 2* cantaret in scaena citharoedico habitu. *Schol. Iuu. 2,147 (cf. ad cap. 38)*

---

1 quondam *Bentley* 6 condit *M* aut ne cui uis *G* 8 abcique *M* 10 mithradate *M*, mithri- *uel* mitri- *rel.* 13 decedensque inde *Bentley* (deinde *om. L*) 16 ipsa *G* 17 e] a *PSTN* 20 et *del. Torr.* 21 ueste *del. Torr. aliique* 23 ceterorum *Γ'*, cytharedorum *N* 27 maxi arcu *M* 28 petiit *ΠQ (uulg.)* 29 ingestique flores *Graevius*

3 ac post haec tantum afuit a remittendo laxandoque studio, ut conseruandae uocis gratia neque milites umquam, nisi absens aut alio uerba pronuntiante, appellaret neque quicquam serio iocoue egerit, nisi astante phonasco, qui moneret p a r c e r e t a r t e r i i s a c s u d a r i u m a d o s a p p l i c a r e t; multisque uel amicitiam suam optulerit uel simultatem indixerit, prout quisque se magis parciusue laudasset.

26 Petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem sensim quidem primo et occulte et uelut iuuenili errore exercuit, sed ut tunc quoque dubium nemini foret naturae illa uitia, non aetatis esse. post crepusculum statim adrepto pilleo uel galero popinas inibat circumque uicos uagabatur ludibundus nec sine pernicie tamen, siquidem redeuntis a cena uerberare ac repugnantes uulnerare cloacisque demergere assuerat, tabernas etiam effringere et expilare; quintana domi constituta, ubi partae et ad licitationem diuidendae praedae
2 pretium absumeretur. ac saepe in eius modi rixis oculorum et uitae periculum adiit, a quodam laticlauio, cuius uxorem adtrectauerat, prope ad necem caesus. quare numquam postea publico se illud horae sine tribunis commisit procul et occulte subsequentibus. interdiu quoque clam gestatoria sella delatus in theatrum seditionibus pantomimorum e parte proscaeni superiore signifer simul ac spectator aderat; et cum ad manus uentum esset lapidibusque et subselliorum fragminibus decerneretur, multa et ipse iecit in populum atque
27 etiam praetoris caput consauciauit. paulatim uero inualescen-

8 *Oros. VII 7, 1* petulantiam libidinem luxuriam auaritiam crudelitatem nullo non scelere exercuit. 11 sqq. *cf. Capitol. Ver. 4, 6* in tantum uitiorum Gaianorum (*cf. Cal. 11*) et Neronianorum ac Vitellianorum fuisse aemulum, ut uagaretur nocte per tabernas ac lupanaria obtecto capite cucullione uulgari uiatorio et comisaretur cum triconibus, committeret rixas, dissimulans quis esset, saepeque efflictum liuida facie redisse et in tabernis agnitum, cum sese absconderet.

3 appellarit *Bentley* 4 locoue *M* parceret] eum parcere *H* 8 luxoriem *M*, -uriem *T* 9 feruore exeruit *Bentley* 10 ut] et *MGRδ* 12 galerio *MLPOδ* 15 tabernulas *ΠQ* 16 et allicitatione in *G* diueudendae *Torr.* 17 adsumeretur (ass-) *Πδς* 20 a publico *MGΠ*²*R* (a *in R erasa*), publicę *L*¹*S*¹ 24 munus *Π*¹*Q et sic pro u. l. ss. in R* 23 simul aspectator *M*, s. aspector *δ* 25 iecit et ipse *G*

tibus uitiis iocularia et latebras omisit nullaque dissimu-
landi cura ad maiora palam erupit.

Epulas a medio die ad mediam noctem protrahebat, re- 2
fotus saepius calidis piscinis ac tempore aestiuo niuatis; ce-
nitabatque nonnumquam et in publico, naumachia praeclusa
uel Martio campo uel circo maximo, inter scortorum totius
urbis et ambubaiarum ministeria. quotiens Ostiam Tiberi 3
deflueret aut Baianum sinum praeternauigaret, dispositae per
litora et ripas deuersoriae tabernae parabantur insignes ga-
nea[e] et matronarum institorio copas imitantium atque hinc
inde hortantium ut appelleret. indicebat et familiaribus ce-
nas, quorum uni mitellita quadragies sestertium constitit, alteri
pluris aliquanto rosaria.

Super ingenuorum paedagogia et nuptarum concubi- 28
natus Vestali uirgini Rubriae uim intulit. Acten libertam
paulum afuit quin iusto sibi matrimonio coniungeret, summissis
consularibus uiris qui regio genere ortam peierarent. puerum
Sporum exectis testibus etiam in muliebrem naturam trans-
figurare conatus cum dote et flammeo per sollemni⟨a⟩ nuptia-
rum celeberrimo officio deductum ad se pro uxore habuit;
extatque cuiusdam non inscitus iocus bene agi potuisse cum
rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset
uxorem. hunc Sporum, Augustarum ornamentis exultum lecti- 2
caque uectum, et circa conuentus mercatusque Graeciae ac mox

4 *cf. ad p. 184, 26* 15 *Victor Caes. 5, 11* hic paulatim ad sacerdotem Vestae (*processerit*). 18 *Epit. 5, 7* spadone Sporo, quem quondam exsectum formare in mulierem temptauerat (*ex Vict. Caes. 5, 16 ubi deest nomen Spori*). *cf. etiam ad p. 248, 8 sqq.*

2 causa *Τ* palam *om.* *Π¹Q* 3 a] e *ΠQ* 6 martio *Xδ*, a martio *rel.* 7 urbis *om.* *G* ambularum *Mδ* 8 aut] aut ad *Τ* 9 ganea *Salmasius* 10 institorio copas (copiis *Π¹Q*, copias *Π²*) *Τ*, institor (institutor *P*) loco pas *MX*, institutor iocopas *G*, institorias operas *uel* institorum loco passim *edd. uet.* inuitantium *X* 11 hortantium *X*, ornantium *M*, orantium *GΤ* appellaret *GQLPΤ* 12 sestertio *Salmasius* (*cf. Iul. 50 p. 26, 24*) 13 plures *LS* (*X ut uid.*, alteri — rosaria *om. PΤ*) 15 actenus *Π¹Q et pro u. l. ss. in R* libertum *Π¹Q* 16 quin (qui *Π¹Q*) iniusto (inusto, i *ss.* *R*) matrimonio sibi *Τ* (*inuersio etiam in T*) summis *G* 18 exsectis (exs- *codd. praeter MR*) testiculis *H* 19 flammineo (flami- *R*) *Τ* sollemnia *ς* (*Oud.*), sollemne *Turnebus* 22 habuissem *M¹*

Romae circa Sigillaria comitatus est identidem exosculans. nam matris concubitum appetisse et ab obtrectatoribus eius, ne ferox atque impotens mulier et hoc genere gratiae praeualeret, deterritum nemo dubitauit, utique postquam meretricem, quam fama erat Agrippinae simillimam, inter concubinas recepit. olim etiam quotiens lectica cum matre ueheretur, libidinatum inceste ac maculis uestis proditum affirmant.

29 Suam quidem pudicitiam usque adeo prostituit, ut contaminatis paene omnibus membris nouissime quasi genus lusus excogitaret, quo ferae pelle contectus emitteretur e cauea uirorumque ac feminarum ad stipitem deligatorum inguina inuaderet et, cum affatim desaeuisset, conficeretur a Doryphoro liberto; cui etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit, uoces quoque et heiulatus uim patientium uirginum imitatus. ex nonnullis comperi persuasissimum habuisse eum neminem hominem pudicum aut ulla corporis parte purum esse, uerum plerosque dissimulare uitium et callide optegere; ideoque professis apud se obscaenitatem cetera quoque concessisse delicta.

30 Diuitiarum et pecuniae fructum non alium putabat quam

2sqq. *cf. Victor Caes. 5, 8sq* atque inter haec matrem etiam contaminauisse plures habent, dum ea quoque ardore dominandi scelere quolibet subici filium cupit. id ego quamquam scriptoribus diuersa firmantibus uerum puto (*Epit. 5, 5* matrem etiam stupro contaminauit, quam postmodum interemit). *Oros. VII 7, 2 (u. ad l. 8).* 8 *Victor Caes. 5, 5sq.* eo progressus est, uti neque suae neque aliorum pudicitiae parcens (*haec ex Suet. Cal. 36*) ad extremum amictus nubentium uirginum specie, palam senatu, dote data, cunctis festa more celebrantibus (*cf. p. 247, 19*) in manum conueniret lecto ex omnibus prodigiosis. quod sane in eo leuius aestimandum. quippe noxiorum uinctis modo pelle tectus ferae utrique sexui genitalia uultu contrectabat; exactor parium maiore flagitio (*inde breuius Epit. 5, 5*). *Oros. VII 7, 2* libidinibus porro tantis exagitatus est, ut ne a matre quidem uel sorore ullaue consanguinitatis reuerentia abstinuisse referatur, uirum in uxorem duxerit, ipse a uiro ut uxor acceptus sit.

---

2 ab *Qς*, ad *Π (exp. m. 2)*, *om. rel.* (Ω), *inde* ab rectoribus *coni. Bentley* 5 quae forma erat A. simillima *G. Becker* ⟨esse⟩ simillimam *Madvig* 7 ac] a *PO*, et ς, *om. T* (*G. Becker*), ex *Gruter.* affirmabant *M* (b *ex* n *corr. ut uid. m. 1*) 8 Suam] Quam *G* 9 poene *M*, plene *G*, pene *rel.* 10 excogitarit *Bentley* 11 stipem *MΓδ* 12 euaderet *M* 14 heiulatus *MG*, ei- *rel.* 16 hominum *Mδ* (*fort. rectius*), ***om. N***

profusionem: sordidos ac deparcos esse quibus impen-
sarum ratio constaret, praelautos uereque magnificos
qui abuterentur ac perderent. laudabat mirabaturque
auunculum Gaium nullo magis nomine, quam quod ingentis a
Tiberio relictas opes in breui spatio prodegisset. quare nec lar- 2
giendi nec absumendi modum tenuit. in Tiridatem, quod uix
credibile uideatur, octingena nummum milia diurna erogauit
abeuntique super sestertium milies contulit. Menecraten cithar-
oedum et Spiculum murmillonem triumphalium uirorum patri-
moniis aedibusque donauit. cercopithecum Panerotem faene-
ratorem et urbanis rusticisque praediis locupletatum prope
regio extulit funere. nullam uestem bis induit. quadringenis 3
in punctum sestertiis aleam lusit. piscatus est rete aurato et
purpura coccoque funibus nexis. numquam minus mille car-
rucis fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusi-
natis mulionibus, armillata phalerataque Mazacum turba at-
que cursorum.

Non in alia re tamen damnosior quam in aedificando **31**

---

3 *Eutrop. VII 14, 1* Caligulae, auunculo suo, simillimus, qui Romanum imperium et deformauit et minuit, inusitatae luxuriae sumptuumque. *Oros. VII 7, 1* Gai Caligulae, auunculi sui, erga omnia uitia ac scelera sectator, immo transgressor. 13 *Eutrop. VII 14, 1* ut qui ... retibus aureis piscaretur, quae blattinis funibus extrahebat (*Hier. chron. a. 2075 pro* blattinis *exhibens* purpureis, *item Orosius VII 7, 3, quo usus est Heiricus:* piscabatur ... retibus aureis quae funibus purpureis uel coccineis extrahebantur. *inde etiam Fulg. de aet. mund. 51 p. 177, 1* da Caligulam aureis piscantem retibus funibusque purpureis). 14 *Oros. VII 7, 3* numquam minus mille carrucis confecisse iter traditur. *cf. Lampr. Heliog. 31, 5* adserens ... Neronem quingentis carrucis iter inisse. 18 *Schol. Lucan. 10, 111 W.* fuit nimius in aedificando.

2 praelatos *GS*, at̄ p̄clarос Q^2 *in marg.* 5 tam breui *uel* in bienni *Bentley* 6 assumendi *M* tiriditatem (tyr- *δ*) *ML¹PSRδ* 9 speculum *Ω*, *corr. Beroaldus* (*cf. cap. 47*) uirorum *GHQT*, uiuorum *MLPSRδ* 10 cercophitecum (-tetum *T*, circo- *G*, certo- *PT*) *Ω* funeratorem *Gronov. filius*, uenatorem *Gronov. pater* (faeneratorem et *del. Bentley accipiens de uero cercopitheco*) 13 alea *T* piscabatur autem *H* rete aurato *T* (retibus aureis *H cum Eutropio*), ueste aurato *M* (*inde* reste *Salmas.*), ueste aurata *GXN* et *om. GTN* 15 confecisse *Oros.* 16 falerataque Mazacum *Salmasius* (Mazacum *ed. Ven. a. 1471*, Mazycum *mauult Roth post alios*), falerata cimazacum *M* (*rasura supra tertiam* a), phalerata (phalera *G*, fallerata *T*) cimazacum *GRX*, et phalerata cimazacum (cucymazacum *H*) *HQ* 17 cussorem *M* 18 alia *GHQN* (tamen re *N*), aliena *rel.*, alia ulla (*uel* aliqua) tamen re *Bentley*

domum a Palatio Esquilias usque fecit, quam primo transitoriam, mox incendio absumptam restitutamque auream nominauit. de cuius spatio atque cultu suffecerit haec ret⟨t⟩ulisse. uestibulum eius fuit, in quo colossus CXX pedum staret ipsius effigie; tanta laxitas, ut porticus triplices miliarias haberet; item stagnum maris instar, circumsaeptum aedificiis ad urbium speciem; rura insuper aruis atque uinetis et pascuis siluisque uaria, cum multitudine omnis generis pecudum ac
2 ferarum. in ceteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis unionumque conchis erant; cenationes laqueatae tabulis eburneis uersatilibus, ut flores, fistulatis, ut unguenta desuper spargerentur; praecipua cenationum rotunda, quae perpetuo diebus ac noctibus uice mundi circumageretur; balineae marinis et albulis fluentes aquis. eius modi domum cum absolutam dedicaret, hactenus comprobauit, ut se diceret quasi hominem tandem habitare coepisse.

3 Praeterea incohabat piscinam a Miseno ad Auernum lacum contectam porticibusque conclusam, quo quidquid totis Bais calidarum aquarum esset conuerteretur; fossam ab Auerno Ostiam usque, ut nauibus nec tamen mari iretur, longitudinis per centum sexaginta milia, latitudinis, qua contrariae quinqueremes commearent. quorum operum perficiendorum gratia quod ubique esset custodiae in Italiam deportari, etiam scelere conuictos non nisi ad opus damnari praeceperat.

4 Ad hunc impendiorum furorem, super fiduciam imperii, etiam spe quadam repentina immensarum et reconditarum opum impulsus est ex indicio equitis R. pro comperto pollicentis thesauros antiquissimae gazae, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa uastissimis spe-
32 cubus abditos ac posse erui paruula molientium opera. uerum ut spes fefellit, destitutus atque ita iam exhaustus et egens ut stipendia quoque militum et commoda ueteranorum pro-

5 effigie (e *finalis in ras.*) *M*, effigię *LPS*, effigiei *GT*, effigies *T* habet *Mδ* 10 erat *MXδ* tubis *Bentley* 11 fistulis *XN*, fistulatae *Casaub.* 12 ąspargerentur *M* 13 balneae *LS*², balineaeque *G* 15 haectenus *M* 21 per c· xl· *G* 23 essent ς (quot — essent *Lipsius*) custodiarum *Torr.*, *Casaub.* ⟨in⟩ scelere *Bentley et C. F. W. Müller, recte puto*

trahi ac differri necesse esset, calumniis rapinisque intendit animum.

Ante omnia instituit, ut e libertorum defunctorum bonis 2
pro semisse dextans ei cogeretur, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent ullae familiae quas ipse contingeret; deinde, ut ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent, ac ne impune esset studiosis iuris, qui scripsissent uel dictassent ea; tunc ut lege maiestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur.
reuocauit et praemia coronarum, quae umquam sibi ciuitates 3
in certaminibus detulissent. et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris summisissetque qui nundinarum die pauculas uncias uenderet, praeclusit cunctos negotiatores. quin etiam inter canendum animaduersam matronam in spectaculis uetita purpura cultam demonstrasse procuratoribus suis dicitur detractamque ilico non ueste modo sed et bonis exuit.
nulli delegauit officium ut non adiceret: scis quid mihi 4
opus sit, et: hoc agamus, ne quis quicquam habeat. ultimo templis compluribus dona detraxit simulacraque ex auro uel argento fabricata conflauit, in iis Penatium deorum, quae mox Galba restituit.

Parricidia et caedes a Claudio exorsus est; cuius necis 33
etsi non auctor, at conscius fuit, neque dissimulanter, ut qui boletos, in quo cibi genere uenenum is acceperat, quasi deorum cibum posthac prouerbio Graeco conlaudare sit solitus. certe omnibus rerum uerborumque contumeliis mortuum insectatus est, modo stultitiae modo saeuitiae arguens; nam et morari eum desisse inter homines producta prima syllaba

13 *cf. Oros. VII 7, 8* 22 *cf. Eutrop. VII 14, 3 Oros. VII 7, 9*

1 atque rapinis *G* 4 ⟨si⟩ qui *Lipsius delens* ei, ⟨et ut liberti haberentur⟩ qui *Madvig* 5 esset quo fuissent *Ursinus*, fuissent quo essent *Casaub.* fuissent *del. G. Becker* (*totum locum sic reddit X*: bonis qui eo nomine fuissent quo familie quas ipse contingeret dextans ei cogeretur) ullae] illae (-e) *X* (*ut in L* i *corr. ex* u) 7 studiosi *QR*, -sius *II* iuris *M*, uiris *notaui ex GHPST*, *utrumque legi potest in LQR* 10 quae] quas *Bentley* in certaminibus ciuitates *T* 13 perculit *Budaeus* 14 animaduersum *X* 19 compluris *MG* 20 in ius *X*, in his *GHQ* deeorum *M* (*item l. 24*) 23 at certe *X* 26 omnium *G* 28 desisse *om. G*, *post* homines *coll. c. T*, dixisse *T*

iocabatur multaque decreta et constituta, ut insipientis atque deliri, pro irritis habuit; denique bustum eius consaepiri nisi humili leuique maceria neglexit.

2 Britannicum non minus aemulatione uocis, quae illi iucundior suppetebat, quam metu ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria praeualeret, ueneno adgressus est. quod acceptum a quadam Lucusta, uenenariorum indice, cum opinione tardius cederet uentre modo Britannici moto, arcessitam mulierem sua manu uerberauit arguens pro ueneno remedium dedisse; excusantique minus datum ad occultandam facinoris inuidiam: sane, inquit, legem Iuliam timeo, coegitque se coram in cubiculo quam posset uelocissimum ac
3 praesentaneum coquere. deinde in haedo expertus, postquam is quinque horas protraxit, iterum ac saepius recoctum porcello obiecit; quo statim exanimato inferri in triclinium darique cenanti secum Britannico imperauit. et cum ille ad primum gustum concidisset, comitiali morbo ex consuetudine correptum apud conuiuas ementitus postero die raptim inter maximos imbres tralaticio extulit funere. Lucustae pro nauata opera impunitatem praediaque ampla, sed et discipulos dedit.

34 Matrem facta dictaque sua exquirentem acerbius et corrigentem hactenus primo grauabatur, ut inuidia identidem oneraret quasi cessurus imperio Rhodumque abiturus, mox et honore omni et potestate priuauit abductaque militum et Germanorum statione contubernio quoque ac Palatio expulit: neque in diuexanda quicquam pensi habuit, summissis qui et Romae morantem litibus et in secessu quiescentem per con-

7 sqq. *cf. Schol. Iuu. 1, 71*

1 atque] et *G* 2 deleri *Mδ* (*sic Suet.? cf. Vesp. 5, 2*) consepire *Bentley* 3 maceria *Gutherius* (*Reinesius*), materia *Ω* 7 locusta *QLP*[1]*T* (*item l. 19*) ueneīorum inclite *T*, uenenariorum (-arum *Oud.*) inclyta ς, uenenorum (uenenorum *ε teste Preud'hommio*) indice *Gujetus*, uenenorum uenditrice (artifice *P. Thomas*) *uel* uenenaria institrice *Heinsius*, uenenariorum principe *W. H. Roscher*, uenenorum rariorum (uariorum *ego Herm. 36 p. 296*) indice *Madvig* 8 acersitam *MT*, accers- *GPT* 10 minus ⟨uelox⟩ *Iernstedt* 19 nouatu *Π*[1]*Q*, noua tū *Π*[2]*R* 20 praemiaque *Bentley* (*cf. P. de Winterfeld sched. crit. p. 33*) discipulas *Winterfeld* 21 dicta factaque *N*ς (*uulg.*) corripientem *Bentley* (*Boot, Polak*) 26 in deuexanda *XN*, inde uexando *Bentley* 27 et incessu *MGδ*

uicia et iocos terra marique praeteruehentes inquietarent.
uerum minis eius ac uiolentia territus perdere statuit; et cum 2
ter ueneno temptasset sentiretque antidotis praemunitam, la-
cunaria, quae noctu super dormientem laxata machina de-
ciderent, parauit. hoc consilio per conscios parum celato
solutilem nauem, cuius uel naufragio uel camarae ruina per-
iret, commentus est atque ita reconciliatione simulata iucun-
dissimis litteris Baias euocauit ad sollemnia Quinquatruum
simul celebranda; datoque negotio trierarchis, qui liburnicam
qua aduecta erat uelut fortuito concursu confringerent, pro-
traxit conuiuium repetentique Baulos in locum corrupti na-
uigii machinosum illud optulit, hilare prosecutus atque in
digressu papillas quoque exosculatus. reliquum temporis cum 3
magna trepidatione uigilauit opperiens coeptorum exitum.
sed ut diuersa omnia nandoque euasisse eam comperit, inops
consilii L. Agermum libertum eius saluam et incolumem cum
gaudio nuntiantem, abiecto clam iuxta pugione ut percussorem
sibi subornatum arripi constringique iussit, matrem occidi, quasi
deprehensum crimen uoluntaria morte uitasset. adduntur his 4
atrociora nec incertis auctoribus: ad uisendum interfectae ca-
dauer accurrisse, contrectasse membra, alia uituperasse, alia
laudasse, sitique interim oborta bibisse. neque tamen conscien-
tiam sceleris, quanquam et militum et senatus populique gratu-
lationibus confirmaretur, aut statim aut umquam postea ferre
potuit, saepe confessus exagitari se materna specie uerberibus-
que Furiarum ac taedis ardentibus. quin et facto per Magos
sacro euocare Manes et exorare temptauit. peregrinatione qui-
dem Graeciae et Eleusinis sacris, quorum initiatione impii et
scelerati uoce praeconis summouentur, interesse non ausus est.

3 lucunaria *M* 6 camare *ML*, camerę (*uel* -re) *rel.* 8 quinquatrum *MLTδ* (*sic Suet.?*), -trium *GPT* (*uulg.*), quinquennalium *S*, *corr. Gronov.* 9 tetrarchis (tretr- *S*, tethr- *P*) *X* 10 concurcusu *M*[1], *inde* concussu *Salmas.* 11 repentique *MΠ*[1]*Q*[1]*δ* baiulos *X* (*in L corr. ex* babulos *ut uidetur*) 12 Et hilare *T*, ad mare *Bentley* 15 dimersa *T* eam euasisse *G* 16 lagermum *MGΠ*[1]*QST* (e *ex* a *corr. M m. 1*, largermũ *G*, lagernium *T*), lagerinum *rel.*, L. Agerinum *edd. cum* ς (*Erasmo*), Agerinum *Turnebus* (agerm- *etiam Taciti cod. teste Andresen, Wochenschr. f. klass. Phil. 1905 p. 1178*) 17 iuxta *om. G* 20 nec] sed *Lipsius* 22 sceleris conscientiam *T* 26 permagros *M*, per manes *G* 28 et *om. GΠQ* eleusinę *G*

5 Iunxit parricidio matris amitae necem. quam cum ex
duritie alui cubantem uisitaret, et illa tractans lanuginem
eius, ut assolet, iam grandis natu per blanditias forte dixisset:
simul hanc excepero, mori uolo, conuersus ad proximos
confestim se positurum uelut irridens ait praecepitque me-
dicis ut largius purgarent aegram; necdum defunctae bona
inuasit suppresso testamento, ne quid abscederet.

35 Vxores praeter Octauiam duas postea duxit: Poppaeam
Sabinam quaestorio patre natam et equiti R. antea nuptam,
deinde Statiliam Messalinam Tauri bis consulis ac triumpha-
lis abneptem. qua ut poteretur, uirum eius Atticum Vesti-
num consulem in honore ipso trucidauit. Octauiae consue-
tudinem cito aspernatus, corripientibus amicis sufficere illi
2 debere respondit uxoria ornamenta. eandem mox saepe
frustra strangulare meditatus dimisit ut sterilem, sed impro-
bante diuortium populo nec parcente conuiciis, etiam rele-
gauit, denique occidit sub crimine adulteriorum adeo inpu-
denti falsoque, ut in quaestione pernegantibus cunctis Ani-
cetum paedagogum suum indicem subiecerit, qui fingeret †
3 dolo stupratam a se fateretur. Poppaeam duodecimo die
post diuortium Octauiae in matrimonium acceptam dilexit
unice; et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit, quod se
ex aurigatione sero reuersum grauida et aegra conuiciis in-
cesserat. ex hac filiam tulit Claudiam Augustam amisitque
admodum infantem.

---

1 *Schol. Iuu. 8, 213* a Nerone ... mater occisa est et amita. 8sqq. *Epit. 5, 5* Octauiam et Sabinam cognomento Poppaeam in matrimonium duxit uiris earum trucidatis. 22 *Schol. Iuu. 6, 162* decessit calce a Nerone percussa.

---

2 duritiae *M*, duricie (a *superscr.*) *P* (*sic m. 1*), -ia *rel.* (*cf. Claud. 14*) 3 assolent iam grandes *Salmas. et Grut.*, assolet iam grandibus *Casaub.* 5 praeceptoque *Bentley* 8 pompeiam (pope- *Π*, poppe- *cod. Dunelmensis*) *Ω*, *corr. Sabellicus* (*cf. l. 20*) 11 abnepotem *MGL*[1]*Qδ* poteretur *M*[1]*Q*, poti- *M*[2] *et rel.* 14 uxori *M*, uxoris *δ* 19 indicem *om. ed. Rom. II* (*Torr.*) fingeret *MG*, fingeret et *X fort. recte*, *om. Υ* (*uulg.*), *lacunam statuit Roth* (*cf. Tac. ann. XIV 62* fingit fateturque) 20 stuparatam *M*[1] fatereturque *G*, *del. Oud.* pompeiam (poppeiam *Q*) *Ω*, *corr. Sabellicus* (*cf. supra l. 8, sim. p. 255 l. 2 et 9; p. 255, 9* poppeia *etiam L*)

Nullum adeo necessitudinis genus est, quod non scelere 4 perculerit. Antoniam Claudi filiam, recusantem post Poppaeae mortem nuptias suas, quasi molitricem nouarum rerum interemit; similiter [inter] ceteros aut affinitate aliqua sibi aut propinquitate coniunctos; in quibus Aulum Plautium iuuenem, quem cum ante mortem per uim conspurcasset: eat nunc, inquit, mater mea et successorem meum osculetur, iactans dilectum ab ea et ad spem imperii impulsum. priuignum Rufrium Crispinum Poppaea natum, impube- 5 rem adhuc, quia ferebatur ducatus et imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, seruis ipsius demandauit. Tuscum nutricis filium relegauit, quod in procuratione Aegypti balineis in aduentum suum extructis lauisset. Senecam praeceptorem ad necem compulit, quamuis saepe commeatum petenti bonisque cedenti persancte iurasset suspectum se frustra periturumque potius quam nociturum ei. Burro praefecto remedium ad fauces pollicitus toxicum misit. libertos diuites et senes, olim adoptionis mox dominationis suae fautores atque rectores, ueneno partim cibis partim potionibus indito intercepit.

Nec minore saeuitia foris et in exteros grassatus est. **36** stella crinita, quae summis potestatibus exitium portendere uulgo putatur, per continuas noctes oriri coeperat. anxius ea re, ut ex Balbillo astrologo didicit, solere reges talia ostenta caede aliqua illustri expiare atque a semet in capita procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinauit; enimuero multo magis et quasi per iustam causam duabus

1. 4 *Oros. VII 7, 9* ceterosque omnes cognatos et propinquos sine haesitatione prostrauit. 2 *Schol. Iuu. 8, 213* a Nerone ... occisa est ... Antonia Claudii filia, quae illi pro harum morte nubere noluit. 26 sqq. *Victor Caes. 5, 13* cum omne ius fasque parricidio triuisset ac magis magisque in optimos saeuiretur, coniurauere plures uaria sane tempestate ad liberandam rem publicam. quis proditis caesisque *eqs.*

4 inter (*pro quo* interemit *uel* item *est in* ς) *delendum uidetur cum* ϱ (*Torr.*), inter⟨cepit⟩ *Polak* (simili pernicie *I. Gronov.*, insimulauit item *Veldhuis*) 9 rufrium *MGQR*, rufirium (rufin- *T*) *X*, rufium *Π* (*Roth*) Poppaea] *u. ad p. 254, 20* 12 balileis *R*, balneis *GΠXN* 15 persepe *XN* 16 praefecto ⟨praetorii⟩ *Bentley* 18 adoptionis mox *om. G* donationis *M* fauctores *MRSδ* (*inde* auctores *Salmas.*), factores *LN* 19 interemit *G* 23 ea] ex ea *G* babillo *ΠQ*, Babyla *Casaub.*; *Βάρβιλλος Dionis 66, 9 num idem sit quaeritur*

coniurationibus prouulgatis, quarum prior maiorque Pisoniana Romae, posterior Viniciana Beneuenti conflata atque detecta
2 est. coniurati e uinculis triplicium catenarum dixere causam, cum quidam ultro crimen faterentur, nonnulli etiam imputarent, tamquam aliter illi non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus. damnatorum liberi urbe pulsi enectique ueneno aut fame; constat quosdam cum paedagogis et capsaris uno prandio pariter necatos, alios diurnum uictum prohibitos quaerere.

37 Nullus posthac adhibitus dilectus aut modus interimendi quoscumque libuisset quacumque de causa. sed ne de pluribus referam, Saluidieno Orfito obiectum est quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatibus ad stationem locasset, Cassio Longino iuris consulto ac luminibus orbato, quod in uetere gentili[s] stemmate C. Cassi percussoris Caesaris imagines retinuisset, Paeto Thraseae tristior et paedagogi
2 uultus. mori iussis non amplius quam horarum spatium dabat; ac ne quid morae interueniret, medicos admouebat qui cunctantes continuo curarent: ita enim uocabatur uenas mortis gratia incidere. creditur etiam polyphago cuidam Aegypti generis crudam carnem et quidquid daretur mandere assueto, concupisse uiuos homines laniandos absumendosque obicere.
3 elatus inflatusque tantis uelut successibus negauit quemquam principum scisse quid sibi liceret, multasque nec dubias significationes saepe iecit, ne reliquis quidem se parsurum senatoribus, eumque ordinem sublaturum quandoque e re p. ac prouincias et exercitus equiti R. ac libertis permissurum.

---

10. 25 *Eutrop. VII 14, 2* infinitam senatus partem interfecit, bonis omnibus hostis fuit. *Oros. VII 7, 9* crudelitatis autem rabie ita efferatus est, ut plurimam senatus partem interfecerit, equestrem (eumque? *Zangemeister*) ordinem paene destituerit.

---

1 promulgatis *Rς*, profligatis *Bentley* 2 uiniciana (uenic- *R*, uenet- Π^2) *MGR*Π^2, uniciana *X*, uiciniana $\Pi^1 Q$ 8 de *post* cum *add. M* 10 Nullius *MGLP* posthęc *GL* delectus *Υ* interemendi *MLSR* (*cf. Cal. 29*) 11 libuisset ⟨et⟩ *P. Thomas* 15 gentili S^2δς, gentilis *MGX*, gentis *Υ* 16 restituisset *X* 17 III *ante* horarum *add. G*, trium ϱ, duarum ς (*cf. Dom. 3*) horarium *Beroald.* spacia *G* 19 uocabat *X*, iocabatur *G* (*G. Becker*), placebat δ 23 elatus] flatus *MP*Π^2 (Elatus *potius in R*), *om.* $\Pi^1 Q$ inflatus (*om.* que) $\Pi^1 Q$ uelut *om. G* successionibus *M* 25 passurum *MX* (*corr.* L^2), parciturum *G* 27 et *om. M*

certe neque adueniens neque proficiscens quemquam osculo impertiit ac ne resalutatione quidem; et in auspicando opere Isth[i]mi[i] magna frequentia clare ut sibi ac populo R. bene res uerteret optauit dissimulata senatus mentione.

Sed nec populo aut moenibus patriae pepercit. dicente 38
quodam in sermone communi ⟨*trag. frg. adesp. 513*⟩:

ἐμοῦ θανόντος γαῖα μειχθήτω πυρί,

immo, inquit, *ἐμοῦ ζῶντος*, planeque ita fecit. nam quasi offensus deformitate ueterum aedificiorum et angustiis flexurisque uicorum, incendit urbem tam palam, ut plerique consulares cubicularios eius cum stuppa taedaque in praediis suis deprehensos non attigerint, et quaedam horrea circa domum Auream, quorum spatium maxime desiderabat, ut bellicis machinis labefacta atque inflammata sint, quod saxeo muro constructa erant. per sex dies septemque noctes ea 2
clade saeuitum est ad monumentorum bustorumque deuersoria plebe compulsa. tunc praeter immensum numerum insu-

9 sqq. *Eutrop. VII 14, 3* urbem Romam incendit, ut spectaculi eius imaginem cerneret, quali olim Troia capta arserat. *Oros. VII 7, 4—7* urbis Romae incendium uoluptatis suae spectaculum fecit (*hucusque ex Eutropio, reliqua ex Suet.*); per sex dies septemque noctes ardens ciuitas regios pauit aspectus; horrea quadro structa lapide magnaeque illae ueterum insulae, quas discurrens adire flamma non poterat, magnis machinis quondam ad externa bella praeparatis labefactatae atque inflammatae sunt, ad monumentorum bustorumque deuersoria infelici plebe conpulsa. quod ipse ex altissima illa Maecenatiana turre prospectans laetusque flammae, ut aiebat, pulchritudine tragico habitu (*cf. Eutrop. VII 14, 2*) Iliadam decantabat. auaritiae autem tam praeruptae extitit, ut post hoc incendium urbis ... neminem ad reliquias rerum suarum adire permiserit; cuncta, quae flammae quoquo modo superfuerant, ipse abstulit *eqs. Schol. Lucani 1, 605 W.* Nero, ut dicit Suetonius, fecit immitti ignem in pluribus locis, ut stratae reficerentur maiores, quia timebat interfici in uiis strictis.

2 opere sthimii (isth- *R*, sith- *Π*[1]) *MGT* (isthmii *Π*[2]), operisthimii *L*, opere thimii *PST* 3 dare *X* ac] a *X* 4 intentione *T* 6 conuiuii ς (*Ernesti*) 7 ΤΑΙΑ *XT* ΜΙΧΘΗΤΩ *M*, ΜΑΧΟΝΤΩ *LS* (*in hoc* Є *pro* O) *ss.* me moriente in ea igne *in L*, me moriente mea crementur igne *in S* 8 *ἐμοῦ δὲ ζῶντος Turnebus*, *ss.* me uiuente *LS* 12 cōprehensos *G* 13 desiderabat ut (d. in *Q*, d. ui ς) *Ω*, desiderabatur *Iac. Gronov., lacunam subesse suspicatur Oud.*, ut *del. B.-Crusius ex coni. Wolfii* (*cf. Becher obseru. p. 81, qui transponi uult uerba* atque inf. sint *post* constructa erant) 14 labefactata *uulg.* (*cf. Oros.*) atque] nec *Lipsius*, neque *Bentley* 16 diuersoria *Ω*

larum domus priscorum ducum arserunt hostilibus adhuc
spoliis adornatae deorumque aedes ab regibus ac deinde Puni-
cis et Gallicis bellis uotae dedicataeque, et quidquid uisen-
dum atque memorabile ex antiquitate durauerat. hoc incen-
dium e turre Maecenatiana prospectans laetusque flammae,
ut aiebat, pulchritudine Halosin Ilii in illo suo scaenico ha-
3 bitu decantauit. ac ne non hinc quoque quantum posset
praedae et manubiarum inuaderet, pollicitus cadauerum et
ruderum gratuitam egestionem nemini ad reliquias rerum
suarum adire permisit; conlationibusque non receptis modo
uerum et efflagitatis prouincias priuatorumque census prope
39 exhausit. accesserunt tantis ex principe malis probrisque
quaedam et fortuita: pestilentia unius autumni, quo triginta
funerum milia in rationem Libitinae uenerunt; clades Britan-
nica, qua duo praecipua oppida magna ciuium sociorumque
caede direpta sunt; ignominia ad Orientem legionibus in Ar-
menia sub iugum missis aegreque Syria retenta. mirum et
uel praecipue notabile inter haec fuerit nihil eum patientius
quam maledicta et conuicia hominum tulisse, neque in ullos
leniorem quam qui se dictis aut carminibus lacessissent ex-
2 titisse. multa Graece Latineque <*FPR p. 369*> proscripta
aut uulgata sunt, sicut illa:

---

12 *Oros. VII 7, 11* mox aceruatim miseram ciuitatem obortae undique oppressere clades. nam subsequente autumno tanta urbi pestilentia incubuit, ut triginta milia funerum in rationem Libitinae uenirent. 14 sqq. *Eutrop. VII 14, 4* Britanniam paene amisit (*cf. Nero 40*). nam duo sub eo nobilissima oppida capta illic atque euersa sunt. Armeniam Parthi sustulerunt legionesque Romanas sub iugum miserunt. *Oros. VII 7, 11* Britannica deinde clades e uestigio accidit, qua duo praecipua oppida magna ciuium sociorumque clade et caede direpta sunt. praeterea in Oriente magnis Armeniae prouinciis amissis Romanae legiones sub iugum Parthicum missae, aegreque Syria retenta est. *cf. Ruf. Fest. 20*

---

1 ducum *T*, dum *MGPO*, dm̄ *LS*, deū *T* 2 ab] ac *LP*, *om. T* 3 deuotae *G*, uota *δ* dedicataeque *TT*, deditaque *MLPSδ*, editęque *G*, dedicatae *Salmas.* 5 e *corr. ex* et *M*, de *H* perspectans *Q*, prospiciens *H* 7 decantauit *post* Ilii *colloc. T* 9 neminem *Oros.* 11 afflagitatis *M*, flag- *T* priuatorum *G* 13 quodam *M* trecenta *Lipsius* 14 milia *om. L*, *ante* funerum *habent T* (milium) *et Oros.* 15 sociorum *G* 18 fuerat *G* 20 lacerauissent *Kraffert*

Νέρων Ὀρέστης Ἀλκμέων μητροκτόνος.

νεόψηφον· Νέρων ἰδίαν μητέρα ἀπέκτεινε.

Quis negat Aeneae magna de stirpe Neronem?
sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus,
noster erit Paean, ille Hecatebeletes.

Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites,
si non et Veios occupat ista domus.

sed neque auctores requisiit et quosdam per indicem delatos ad senatum adfici grauiore poena prohibuit. transeuntem eum Isi- 3
dorus Cynicus in publico clara uoce corripuerat, quod Naupli mala bene cantitaret, sua bona male disponeret; et Datus Atellanarum histrio in cantico quodam ⟨*Atell. inc. frg. V*⟩

ὑγίαινε πάτερ, ὑγίαινε μῆτερ

ita demonstrauerat, ut bibentem natantemque faceret, exitum scilicet Claudi Agrippinaeque significans, et in nouissima clausula

Orcus uobis ducit pedes

senatum gestu notarat. histrionem et philosophum Nero nihil amplius quam urbe Italiaque summouit, uel contemptu omnis infamiae uel ne fatendo dolorem irritaret ingenia.

Talem principem paulo minus quattuordecim annos per- **40**

1 *cf. Auson. 259, 6* matricida Nero. 22 *Epit. 5, 1* imperauit annos tredecim. *Eutrop. VII 15, 1* per haec Romano orbi execrabilis (*cf. p. 263, 11*) ab omnibus simul destitutus est. *VII, 15, 3* obiit . . . anno imperii quarto decimo. *Oros. VII 7, 1* annis non plenis quattuordecim. *cf. Auson. 258, 5 sq.*

1 ΟΡΕϹΘΕϹ *M* *μητροκτόνοι Sabellicus* nero iratus latro (iatro *S*) matricida *ss. in LS* 2 ΝΕΟΨΗΦΟΝ *Ω* (*quartum signum* Ẏ *in LST*), *ut supra distinxit Bücheler Rhein. Mus. 61 p. 308,* *νεόνυμφον* ς (*edd.*) ΝΕΡΟΝ *MLS* ΔΠΕΚΤΕΓΙΝΕ (-ΤΙΝΕ *LS*) *MLS*, ΔΚΠΕΚΤΕΙΝΕ *ΥPT*, *recte G qui addit* latine autem haec *ss.* iuuenis nero propriam matrem occidit (-di *L*) *in LS* 9 requisiuit quosdamque *G* 12 cantitaret *del. O. Jahn* male] mala *Mδ* 12 Edatus *G* 14 ΠΑΤΗΡΥΓΕΙΝΕΜΕΤΗΡ *Ω* (ΥΓΔΙΝΕ *S*, Τ *pro* Γ *in GPΥ*, ΜΕΤΕΡ *S*, ΜΗΤΗΡ *P*[1]), *corr. in* ς *et edd. uet.* 15 rem monstrauerat *Bentley* exitium *Υ* (*at* itium *in ras. m. 2 Q*) 19 senatus cum gestu *G* notarat *Oud.*, notaret *Ω* ⟨et⟩ histrionem *Bentley fort. recte* (notar⟨at⟩ et) 22 principem *om. ΠQ*

pessus terrarum orbis tandem destituit, initium facientibus Gallis duce Iulio Vindice, qui tum eam prouinciam pro praetore optinebat.

2 Praedictum a mathematicis Neroni olim erat fore ut quandoque destitueretur; unde illa uox eius celeberrima: *τὸ τέχνιον ἡμᾶς διατρέφει*, quo maiore scilicet uenia meditaretur citharoedicam artem, principi sibi gratam, priuato necessariam. spoponderant tamen quidam destituto Orientis dominationem, nonnulli nominatim regnum Hierosolymorum, plures omnis pristinae fortunae restitutionem. cui spei pronior, Britannia Armeniaque amissa ac rursus utraque recepta, de-
3 functum se fatalibus malis existimabat. ut uero consulto Delphis Apolline septuagensimum ac tertium annum cauendum sibi audiuit, quasi eo demum obiturus, ac nihil coniectans de aetate Galbae, tanta fiducia non modo senectam sed etiam perpetuam singularemque concepit felicitatem, ut amissis naufragio pretiosissimis rebus non dubitauerit inter suos dicere p i s c e s e a s s i b i r e l a t u r o s.

4 Neapoli de motu Galliarum cognouit die ipso quo matrem occiderat, adeoque lente ac secure tulit ut gaudentis etiam suspicionem praeberet tamquam occasione nata spoliandarum iure belli opulentissimarum prouinciarum; statimque in gymnasium progressus certantis athletas effusissimo studio spectauit. cenae quoque tempore interpellatus tumultuosioribus litteris hactenus excanduit, ut malum iis qui descissent minaretur. denique per octo continuos dies non rescribere cuiquam, non mandare quid aut praecipere cona-
41 tus rem silentio oblit[t]erauit. edictis tandem Vindicis contumeliosis et frequentibus permotus senatum epistula in ultionem sui reique publicae adhortatus est, excusato languore

11 *u. ad p. 258, 14*

2 Galliis *Bentley* 5 creberrima *Bentley* tot ЄXNΙΟΝ *M*, tote eXNΙΟΝ *X*, TOYЄXNΙΟΝ *Υ* 6 ΔΙΑΤΡЄСΦЄΙ (ΔΙΑ- *L*, DΙΑ- *S*) *MLS*, ΔΙΑ(*uel* ΔΙΑ)ΤΡЄΦЄΙ *rel.*, *διαθρέψει Turnebus e Dione*, *ἀεὶ τρέφει Is. Vossius* 8 quidem (e *paene erasa*) *M* dominationem (ordinationem *Π*) orientis *Υ* 10 oms̄ *M* 12 malis fatalibus ęstimabat *G* 19 de ipso qui *G* 20 gaudentis *Beroaldus*, gaudentib(us) (-dendi *ΠR*) *Ω*, *perscriptum in G* 21 occasionem nactus ς *Bentley* 28 Vindicis ⟨et⟩ *Bentley*

faucium, propter quem non adesset. nihil autem aeque doluit, quam ut malum se citharoedum increpitum ac pro Nerone Ahenobarbum appellatum; et nomen quidem gentile, quod sibi per contumeliam exprobraretur, resumpturum se professus est deposito adoptiuo, cetera conuicia, ut falsa, non alio argumento refellebat, quam quod etiam inscitia sibi tanto opere ⟨e⟩laboratae perfectaeque a se artis obiceretur, singulos subinde rogitans, nossentne quemquam praestantiorem.
sed urgentibus aliis super alios nuntiis Romam praetrepidus 2
rediit; leuiterque modo in itinere friuolo auspicio mente recreata, cum adnotasset insculptum monumento militem Gallum ab equite R. oppressum trahi crinibus, ad eam speciem exiluit gaudio caelumque adorauit. ac ne tunc quidem aut senatu aut populo coram appellato quosdam e primoribus uiris domum euocauit transactaque raptim consultatione reliquam diei partem per organa ⟨h⟩ydraulica noui et ignoti generis circumduxit, ostendensque singula, de ratione ac difficultate cuiusque disserens, iam se etiam prolaturum omnia in theatrum affirmauit, si per Vindicem liceat.

Postquam deinde etiam Galbam et Hispanias desciuisse 42
cognouit, conlapsus animoque male facto diu sine uoce et prope intermortuus iacuit, utque resipiit, ueste discissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiauit consolantique nutriculae et aliis quoque iam principibus similia accidisse memoranti, se uero praeter ceteros inaudita et incognita pati respondit, qui summum imperium uiuus amitteret.
nec eo setius quicquam ex consuetudine luxus atque desidiae 2
omisit uel inminuit; quin immo, cum prosperi quiddam ex prouinciis nuntiatum esset, super abundantissimam cenam iocularia

---

20 *Oros. VII 7, 13* postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognouit, totus animo ac spe concidit.

---

2 ac] et *G* 7 elaboratae *Bernegger* (*Bentley*) perfectę *G* 11 insculptū in *G* 13 exiliuit *GQR*, -liit S^2 ac] at *L* 15 eouocauit *M* 16 reliqua diei parte eos *Casaub.* 17 ⟨ac⟩ de *uel* de⟨que⟩ *Bentley*, *hoc etiam Oud.* 18 de facultate *Cornelissen* 20 descisse *N* 21 male fracto *X* (*uulg.*), *om.* (*cum praeced.* que) *N*, labefacto ς (*Heinsius*) 22 intermortuos *M*, instar mortuus *L* resipiit *MPOT*, -puit *rel. et N* discussa *MIIQδ*, descissa *L* 28 prospere *XNδ* quidam *M* 29 fuisset *G*

in defectionis duces carmina lasciueque modulata, quae uulgo notuerunt, etiam gesticulatus est; ac spectaculis theatri clam inlatus cuidam scaenico placenti nuntium misit abuti eum occupationibus suis.

43 Initio statim tumultus multa et inmania, uerum non abhorrentia a natura sua creditur destinasse: successores percussoresque summittere exercitus et prouincias regentibus, quasi conspiratis idemque et unum sentientibus; quidquid ubique exulum, quidquid in urbe hominum Gallicanorum esset contrucidare: illos ne desciscentibus adgregarentur, hos ut conscios popularium suorum atque fautores; Gallias exercitibus diripiendas permittere; senatum uniuersum ueneno per conuiuia necare; urbem incendere feris in populum immissis,
2 quo difficilius defenderentur. sed absterritus non tam paenitentia quam perficiendi desperatione credensque expeditionem necessariam, consules ante tempus priuauit honore atque in utriusque locum solus iniit consulatum, quasi fatale esset non posse Gallias debellari nisi a consule. ac susceptis fascibus cum post epulas triclinio digrederetur, innixus umeris familiarium affirmauit, simul ac primum prouinciam attigisset, inermem se in conspectum exercituum proditurum nec quicquam aliud quam fleturum, reuocatisque ad paenitentiam defectoribus insequenti die laetum inter laetos cantaturum epinicia, quae iam nunc sibi componi oporteret.

44 In praeparanda expeditione primam curam habuit deligendi uehicula portandis scaenicis organis concubinasque, quas secum educeret, tondendi ad uirilem modum et securibus peltisque Amazonicis instruendi. mox tribus urbanas ad sacramentum citauit ac nullo idoneo respondente certum dominis seruorum numerum indixit; nec nisi ex tota cuiusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem aut amanuensibus

---

12 *Victor Caes. 5, 14* urbem incendio, plebem feris uulgo missis, senatum pari morte tollere decreuerat. *cf. Oros. VII 7, 13* cumque incredibilia perturbandae, immo subruendae rei publicae mala moliretur.

---

2 innotuerunt *ΠQ* 10 nec *M* 14 defenderetur *T* (*at in R rasura supra quartam* e) absterritus est *G* 18 a] a se ς *et edd. recentiores* 19 famulorum *ΠR* 21 nec] ne *X* 22 quam *om. M* 24 oporterent *Mδ*, oporteret. At *Bentley* 29 idonee *R*, ideo $\Pi^1 Q$ de minis *G*

exceptis, recepit. partem etiam census omnes ordines con- 2
ferre iussit et insuper inquilinos priuatarum aedium atque insularum pensionem annuam repraesentare fisco; exegitque ingenti fastidio et acerbitate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum ad obrussam, ut plerique omnem collationem palam recusarent, consensu flagitantes a delatoribus potius reuocanda praemia quaecumque cepissent. ex annonae 45
quoque caritate lucranti[a] adcreuit inuidia; nam et forte accidit, ut in publica fame Alexandrina nauis nuntiaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse.

Quare omnium in se odio incitato nihil contumeliarum 2
defuit quin subiret. statuae eius a uertice cirrus appositus est cum inscriptione Graeca: *nunc demum agona esse, et traderet tandem.* alterius collo ascopa deligata simulque titulus: *ego quid potui? sed tu culleum meruisti.* ascriptum et columnis, *etiam Gallos eum cantando excitasse.* iam noctibus iurgia cum seruis plerique simulantes crebro *Vindicem* poscebant.

Terrebatur ad hoc euidentibus portentis somniorum et 46
auspiciorum et ominum, cum ueteribus tum nouis. numquam antea somniare solitus occisa demum matre uidit per quietem nauem sibi regenti extortum gubernaculum trahique se ab Octauia uxore in artissimas tenebras et modo pinnatarum formicarum multitudine oppleri, modo a simulacris gentium ad

---

20 *Tert. de anima 44 (p. 373, 13 Vind.)* sed et Neronem Suetonius et Thrasymedem Theopompus negant unquam somniasse, nisi uix Neronem in ultimo exitu post pauores suos.

---

1 Recepit etiam partem *G* 4 acerbitae *M* argenteum *G* 5 p̃ustulatum *G*, postulatum *TP* aurum *om. ΠQ* adeo brussam *G*, ad obrusam *Π*, obrusam *T* (ł obrizam *ss. in R*) 8 lucranti *Oud.*, lucrantia (luct- *Oς*) *Ω*, lucrantium *ς* (*inde* lucranti tum *Lipsius*), luctantium *Sabellicus*, flagrantior *Bentley* 9 fama *M* 12 fuit *Ernesti* cyrrus *Q*, currus *X* 13 est *om. G* 14 raderet *Turnebus* ascopa (ac scopa *R*, et sc- *ΠQ*) *Ω*, ascopera *edd. cum Politiano* (*ς*), ascoma *Turnebus*, *ἀσκός et tum* praeligatus *Howard* deligata *T*, delicata *MGX* 15 ego quod potui *Torr.* (*coll. Ter. Phorm. 478*), egi quod potui *Gruter.*, ego quid? potui (*dat.*) *Chawner*, egi ego quod potui *Howard* 16 columnae *Π¹Q* etiam] iam *Π¹Q et pars edd.* (*Roth*) 17 iam] etiam *Torr.* plerisque *MGRδ* 19 et auspiciorum *om. G* 20 omnium *MX* (ni *in ras. m. 1 M*, omiũ *L¹*), hominum *Π¹* 22 nauim *G* 23 pennatarum *GXTN*

Pompei theatrum dedicatarum circumiri arcerique progressu;
asturconem, quo maxime laetabatur, posteriore corporis parte
in simiae speciem transfiguratum ac tantum capite integro
2 hinnitus edere canoros. de Mausoleo, sponte foribus pate-
factis, exaudita uox est nomine eum cientis. Kal. Ian. exor-
nati Lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt; auspicanti
Sporus anulum muneri optulit, cuius gemmae scalptura erat
Proserpinae raptus; uotorum nuncupatione, magna iam ordi-
3 num frequentia, uix repertae Capitolii claues. cum ex ora-
tione eius, qua in Vindicem perorabat, recitaretur in senatu
daturos poenas sceleratos ac breui dignum exitum facturos,
conclamatum est ab uniuersis: tu facies, Auguste. obser-
uatum etiam fuerat nouissimam fabulam cantasse eum publice
Oedipodem exulem atque in hoc desisse uersu ⟨*trag. frg. adesp. 8*⟩:

θανεῖν μ' ἄνωγε σύγγαμος, μήτηρ, πατήρ.

47 Nuntiata interim etiam ceterorum exercituum defectione
litteras prandenti sibi redditas concerpsit, mensam subuertit,
duos scyphos gratissimi usus, quos Homerios a caelatura car-
minum Homeri uocabat, solo inlisit ac sumpto a Lucusta
ueneno et in auream pyxidem condito transiit in hortos Ser-
uilianos, ubi praemissis libertorum fidissimis Ostiam ad clas-
sem praeparandam tribunos centurionesque praetorii de fugae
2 societate temptauit. sed partim tergiuersantibus, partim aperte
detrectantibus, uno uero etiam proclamante ⟨*Verg. Aen. 12, 646*⟩:

usque adeone mori miserum est?

uarie agitauit, Parthosne an Galbam supplex peteret, an
atratus prodiret in publicum proque rostris quanta maxima

27 *cf. Victor Caes. 5, 14*

---

1 dedicaturum *X* circuiri *G*^{1}*g* 6 sacrificia *L, fuitne* sacrifici? 7 scalptura *corr. ex* scu- *ut uid. Π*, sculptura *rel.* (*Ω*), *cf. Galba 10* 9 exhortatione (h *om. T*) *GT* 10 quam in *PST* 11 exitium *GQ* 12 facias *L* 14 desisse ς (*Torr., Salmas.*), dedisse *MLOT*, ^{de}dedisse *S* (*ss. m. 2*), dixisse *P*, finem dedisse *G*, decidisse *T* 16 MEN(ω)ΓΕ *MGPR, corruptius rel.* (MEN- *Ω*), *cf. Dio 63, 28* *ss.* mori quidem cum uxore mater pater *in LS* 19 homericos a *Π*, homeriana *G* 20 locusta *QPT* 23 apparandam *Bentley* 25 detractantibus *GLΠ* 27 uaria *ΠQ* (*uulg.*) aut Galliam *Bentley* 28 atraciis *Q*, atractus *Π*^{1}*P*^{2}, attractus *Π*^{2}*RLT* quanto *T* (*in Π corr. ex* quanta *m. 1*), quam *Bentley*

posset miseratione ueniam praeteritorum precaretur, ac ni flexisset animos, uel Aegypti praefecturam concedi sibi oraret. inuentus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus; sed deterritum putant, ne prius quam in forum perueniret discerperetur.

Sic cogitatione in posterum diem dilata ad mediam fere 3
noctem excitatus, ut comperit stationem militum recessisse, prosiluit e lecto misitque circum amicos, et quia nihil a quoquam renuntiabatur, ipse cum paucis hospitia singulorum adiit. uerum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit, unde iam et custodes diffugerant, direptis etiam stragulis, amota et pyxide ueneni; ac statim Spiculum murmillonem uel quemlibet alium percussorem, cuius manu periret, requisiit et nemine reperto: ergo ego, inquit, nec amicum habeo nec inimicum? procurritque, quasi praecipitaturus se in Tiberim. sed reuocato rursus impetu aliquid 48
secretioris latebrae ad colligendum animum desiderauit, et offerente Phaonte liberto suburbanum suum inter Salariam et Nomentanam uiam circa quartum miliarium, ut erat nudo pede atque tunicatus, paenulam obsoleti coloris superinduit adopertoque capite et ante faciem optento sudario equum inscendit quattuor solis comitantibus, inter quos et Sporus erat.
statimque tremore terrae et fulgure aduerso pauefactus audiit 2
e proximis castris clamorem militum et sibi aduersa et Galbae prospera ominantium, etiam ex obuiis uiatoribus quendam dicentem: hi Neronem persequuntur, alium sciscitan-

13 *Epit.* 5, 7 cum sane prius nullo reperto, a quo feriretur, exclamaret: 'itane nec amicum habeo nec inimicum?' *cf. Victor Caes.* 5, 16 desertus undique ... cum implorans percussorem diu ne ad mortem quidem meruisset officium. 17 *Eutrop. VII* 15, 1 e Palatio fugit et in suburbano se liberti sui, quod inter Salariam et Nomentanam uiam ad quartum urbis miliarium est, interfecit (*cf. Hier. chron. a.* 2084 *Oros. VII* 7, 13) 22 *Epit.* 5, 7 desertus undique noctis medio egressus urbem sequentibus Phaone, Epaphrodito Neophytoque et spadone Sporo.

1 peccatorum *post* praeteritorum *add. T* nisi *ΠQ* 3 est *om.* $\Pi^1 Q$ 4 in *om. X* (*non T*) 6 delata *TS* 8 prosiliit $S^2 T$ circum ⟨ad⟩ *Bentley* (misit qui citarent a. *N*) 11 defugerant *S*, fugerant *G* 14 requisiuit *GTN*, inquisiit *T* ergo] ego *G* 21 obtenso *ΠQ* ascendit $\Pi R L^1 N$ (*cf. Iul.* 61 *Tit.* 4) 22 solum *T*, tantum *N* 23 audiuit M^2 26 hii *MLSQ* persecuntur *GΠRLST*

tem: ecquid in urbe noui de Nerone? equo autem ex odore abiecti in uia cadaueris consternato, detecta facie agni-
3 tus est a quodam missicio praetoriano et salutatus. ut ad deuerticulum uentum est, dimissis equis inter fruticeta ac uepres per harundineti semitam aegre nec nisi strata sub pedibus ueste ad ⟨a⟩uersum uillae parietem euasit. ibi hortante eodem Phaonte, ut interim in specum egestae harenae concederet, negauit se uiuum sub terram iturum, ac parumper commoratus, dum clandestinus ad uillam introitus pararetur, aquam ex subiecta lacuna poturus manu hausit et: haec est,
4 inquit, Neronis decocta. dein diuolsa sentibus paenula traiectos surculos rasit, atque ita quadripes per angustias effossae cauernae receptus in proximam cellam decubuit super lectum modica culcita, uetere pallio strato, instructum; fameque et iterum siti interpellante panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aquae autem tepidae aliquantum bibit.
49 tunc uno quoque hinc inde instante ut quam primum se impendentibus contumeliis eriperet, scrobem coram fieri imperauit dimensus ad corporis sui modulum, componique simul, si qua inuenirentur, frusta marmoris et aquam simul ac ligna conferri curando mox cadaueri, flens ad singula atque identidem dictitans: qualis artifex pereo!
2 Inter moras perlatos a cursore Phaonti codicillos praeripuit legitque se hostem a senatu iudicatum et quaeri, ut

---

24 *Eutrop. VII 15, 1* a senatu hostis iudicatus; cum quaereretur ad poenam (*inde Hier. chron. 2084*), quae poena erat talis, ut nudus per publicum ductus furca capiti eius inserta uirgis usque ad mortem caederetur atque ita praecipitaretur a saxo, e Palatio fugit. *Epit. 5, 7* ubi aduentare Nero Galbam didicit senatusque sententia constitutum, ut more maiorum collo in furcam coniecto uirgis ad necem caederetur. *Oros. VII 7, 13* hostis a senatu pronuntiatus.

---

1 etquid *Ω*, quid *δ*, *corr.* ς (*ed. Rom. II*) ex *X*, e *M*, eius *G*, *om. T fort. rectius* 3 ut *ΠQST*, sed ut *N*, *om. rel.* 4 fructiceta *MΠT*, fructecta *N* 5 sub *ΠQ* (*edd.*), *om. rel. et N* pellibus *G* 6 aduersum *Ω*, *corr. I. F. Gronov.* 7 in *om. M* 8 condaretur *T* terra *Q*, terras *G* 9 clamdestinus *MΠLST* 10 potaturus *GT*, potiturus L^1 11 deinde TQ^2 diuolsa M^1LP, diuulsa *GTN*, deuulsa M^2 12 quadrupes *ΠRPTN* 14 strato instructum] instratum *N Torr.* (*cf. Aug. 73*), stratum *Ernesti* 15 et (et *om. P*) iterum] interim et *T*ς *et pars edd.* 16 aliquantulum *GT* 17 astante *X*, hortante *N* 18 coram se *ΠPOSTN* 19 demensus *M* 21 itidem *G* 23 phoanti *G*, phaonte *Π*, -tis *X*

puniatur more maiorum, interrogauitque quale id genus esset poenae; et cum comperisset nudi hominis ceruicem inseri furcae, corpus uirgis ad necem caedi, conterritus duos pugiones, quos secum extulerat, arripuit temptataque utriusque acie rursus condidit, causatus nondum adesse fatalem horam. ac modo Sporum hortabatur ut lamentari ac plangere inciperet, 3 modo orabat ut se aliquis ad mortem capessendam exemplo iuuaret; interdum segnitiem suam his uerbis increpabat: uiuo deformiter, turpiter — *οὐ πρέπει Νέρωνι, οὐ πρέπει — νήφειν δεῖ ἐν τοῖς τοιούτοις — ἄγε ἔγειρε σεαυτόν.* iamque equites appropinquabant, quibus praeceptum erat ut uiuum eum adtraherent. quod ut sensit, trepidanter effatus ⟨*Hom. Il. 10, 535*⟩:

ἵππων μ'[ε] ὠκυπόδων ἀμφὶ κτύπος οὔατα βάλλει

ferrum iugulo adegit iuuante Epaphrodito a libellis. semia- 4
nimisque adhuc irrumpenti centurioni et paenula ad uulnus adposita in auxilium se uenisse simulanti non aliud respondit quam: sero et: haec est fides. atque in ea uoce defecit, extantibus rigentibusque oculis usque ad horrorem formidinemque uisentium. nihil prius aut magis a comitibus exegerat quam ne potestas cuiquam capitis sui fieret, sed ut quoquo modo totus cremaretur. permisit hoc Icelus, Galbae libertus, non multo ante uinculis exolutus, in quae primo tumultu coniectus fuerat.

Funeratus est impensa ducentorum milium, stragulis albis 50

---

8 *Epit. 5, 7* dedecorose uixi, turpius peream. 15 *Victor Caes. 5, 16* desertus undique nisi ab spadone ... semet ictu transegit. *Epit. 5, 7* semet ictu gladii transegit adiuuante trepidantem manum impuro, de quo diximus (*i. Sporo*), eunucho. *cf. Auson. 259, 6* proprii uim pertulit ensis.

---

3 uero *post* corpus *add. H* 8 uiuo deformiter] dedecorose uixi *Epit.* 9 turpiter *Ω*, *om. L*[1]*ς* (*glossema putant Burm. Oud. aliique*), turpius pereo *H*, turpius peream *Epit.*, morior turpiter *P*[2], ac turpiter *uulg. post Sabellicum* *Νέρων edd. Rom.* 10 ΝΗΦΕΙΙΝ *LS*, ΜΗΦΕΙΝ *TPT* *ss. supra Graeca* non decet neronem non decet uigilare (-te *S*) semper (semen *L*) in talibus resuscita te ipsum (sed resuscita te *S*) *in LS* CΑΥΤΟΝ (CΑΙΤΟΝ *G*[1]*g*) *GRPTδ* *post* CΕΑΥΤΟΝ *spatium nouem fere litterarum uacuum relictum in M* 11 ut *HGLΠRN*, *om. rel.* 12 eum *om. Nς* 15 epafrondito Halabilis *G* 21 quoquo] quo *G* 22 hiceius (hicheius *G*, hiccius *L*[1]) *Ω*, *corr. Politianus*

auro intextis, quibus usus Kal. Ian. fuerat. reliquias Egloge et Alexandria nutrices cum Acte concubina gentili Domitiorum monimento condiderunt, quod prospicitur e campo Martio impositum colli Hortulorum. in eo monimento solium porphyretici marmoris, superstante Lunensi ara, circumsaeptum est lapide Thasio.

51 Statura fuit prope iusta, corpore maculoso et fetido, subflauo capillo, uultu pulchro magis quam uenusto, oculis caesis et hebetioribus, ceruice obesa, uentre proiecto, gracillimis cruribus, ualitudine prospera: nam qui luxuriae immoderatissimae esset, ter omnino per quattuordecim annos languit, atque ita ut neque uino neque consuetudine reliqua abstineret; circa cultum habitumque adeo pudendus, ut comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam pone uerticem summiserit ac plerumque synthesinam indutus ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu et discalciatus.

52 Liberalis disciplinas omnis fere puer attigit. sed a philosophia eum mater auertit monens imperaturo contrariam esse; a cognitione ueterum oratorum Seneca praeceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. itaque ad poeticam pronus carmina libenter ac sine labore composuit nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit. uenere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis uersibus ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non tralatos aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos; ita multa et deleta et inducta et superscripta ine-

9 *Einhard.* 22 ceruix obesa et breuior uenterque proiectior (*cf. Tit.* 3).

1 Ecloge *edd. rec. post Basil.* 1533 2 Acte ϛ (*Beroaldus*), acti *MGLP*, actia *Υ'O* 4 colli (*Stephanus*) *et* colle ϛ (*hoc fort. melius*), collo *MLΥ'* (Ω), collū (*praeced.* imposito) *P*, colliculo *G* (*G. Becker*) porphyritici *G* 5 ⟨e⟩ Lunensi *Salmasius, recte puto* 7 faetido *M*, fęt- *GL*, foet- *R* 8 cecis (cęcis *Q*) *Υ*, caesiis *uulg.* 10 luxoriae immoderatissima *M* 13 ut *om. MLP* coma *et tum* formata *G* 14 pene *GRL* (pone *corr. ex* pene *L*, *praeterea* pene *in marg.* L^2) 16 circa *GS* 17 disculciatus M^1Q 24 libellique *uel saltem* que *del. G. Becker* 25 scriptis *del. Torr.* translatos *GXΠQ* 26 sed *post* plane *iterat M*

rant. habuit et pingendi fingendique [maxime] non mediocre
studium.

Maxime autem popularitate efferebatur, omnium aemulus, 53
qui quoquo modo animum uulgi mouerent. exiit opinio post
scaenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olym-
pia[m] inter athletas; nam et luctabatur assidue nec aliter
certamina gymnica tota Graecia spectauerat quam brabeuta-
rum more in stadio humi assidens ac, si qua paria longius
recessissent, in medium manibus suis protrahens. destinauerat
etiam, quia Apollinem cantu, Solem aurigando aequiperare
existimaretur, imitari et Herculis facta; praeparatumque leo-
nem aiunt, quem uel claua uel brachiorum nexibus in amphi-
theatri harena spectante populo nudus elideret. sub exitu 54
quidem uitae palam uouerat, si sibi incolumis status perman-
sisset, proditurum se partae uictoriae ludis etiam hydrau-
lam et choraulam et utricularium ac nouissimo die histrionem
saltaturumque Vergili Turnum. et sunt qui tradant Paridem
histrionem occisum ab eo quasi grauem aduersarium. erat 55
illi aeternitatis perpetuaeque famae cupido, sed inconsulta.
ideoque multis rebus ac locis uetere appellatione detracta no-
uam indixit ex suo nomine, mensem quoque Aprilem Nero-
neum appellauit; destinauerat et Romam Neropolim nuncupare.

Religionum usque quaque contemptor, praeter unius Deae 56
Syriae, hanc mox ita spreuit ut urina contaminaret, alia
superstitione captus, in qua sola pertinacissime haesit, siqui-
dem ⟨im⟩agunculam puellarem, cum quasi remedium insidia-
rum a plebeio quodam et ignoto muneri accepisset, detecta
confestim coniuratione pro summo numine trinisque in die

---

10 *cf. Oros. VII 7, 1* aurigas saepe sibi superasse uisus est.

---

1 maxime *emendatio eius quod sequitur* maxima (*cf. Herm. 36 p. 292*) 3 Maxima *Ω, corr.* ς (*Sabellicus*) 4 quomodo *et* moueret *G* 5 Olympia ς (*edd. Rom. Ven. I*) 8 stadi *et* acsidens *M* (*illud corr. m. 2*) 10 qui ς (*edd. Rom. Ven. I al.*) 15 proditorum *T, corr.* $Π^2$ hydraulum *M* 16 histrione *MR* 18 histrionem (hystr- *N*, istr- *T*) *TTN*, septentrionem (septē- *LPS*) *MGLPS, uix cogitandum de duplici histrionis nomine* Paridem Septentrionem 19 perpetuoque *M* 21 induxit *Π* (*uulg.*), indidit *Bentley fort. recte* (*cf. Aug. 32 p. 71, 10*) neronem *G* 25 sic quidem *ΠR* 26 acunculam *Ω, corr. post Sabellicum multi,* icunculam *Egnatius* (*Roth*)

sacrificiis colere perseuerauit uolebatque credi monitione eius futura praenoscere. ante paucos quam periret menses attendit et extispicio nec umquam litauit.

57 Obiit tricensimo et secundo aetatis anno, die quo quondam Octauiam interemerat, tantumque gaudium publice praebuit, ut plebs pilleata tota urbe discurreret. et tamen non defuerunt qui per longum tempus uernis aestiuisque floribus tumulum eius ornarent ac modo imagines praetextatas in rostris proferrent, modo edicta quasi uiuentis et breui magno
2 inimicorum malo reuersuri. quin etiam Vologaesus Parthorum rex missis ad senatum legatis de instauranda societate hoc etiam magno opere orauit, ut Neronis memoria coleretur. denique cum post uiginti annos adulescente me extitisset condicionis incertae qui se Neronem esse iactaret, tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, ut uehementer adiutus et uix redditus sit.

---

3 *Eutrop. VII 15, 3* obiit tricesimo et altero aetatis anno (*Hier. chron. a. 2084* anno aetatis XXXII). *Epit. 5, 8* periit anno aetatis tricesimo secundo. 4 *Epit. 5, 9* ceterum adeo cunctae prouinciae omnisque Roma interitu eius exultauit, ut plebs induta pilleis (palliis *Landolf.*) manumissionum tamquam saeuo exempta domino triumpharet. 9 *Epit. 5, 8* hunc Persae in tantum dilexerunt, ut legatos mitterent orantes copiam construendi monumenti.

---

1 motione *G* 4 trigesimo ii°. (*om.* et) *G* altero *Eutrop.* 5 praebuit] fuit *POT*, p(opulo) R. fuit *Oud.* 10 uologaosus *POT*, -gesus *TL*[3] 11 exmissis *MLP* 13 xx. *GTLPT*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarum explic. nero. incipit galba feliciter *M et sim. IIR* (feliciter *om. R*) explicit nero. incipit galba liber septimus feliciter *Q* nero explicit. incipit galba feliciter *G* explicit lib. VI. incipit de galba lib. VII *LS* (de galba *om. S*) *nulla subscr. in P*









C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM

LIBER VII

GALBA OTHO VITELLIVS

GALBA

Progenies Caesarum in Nerone defecit: quod futurum 1
compluribus quidem signis, sed uel euidentissimis duobus apparuit. Liuiae olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum reuisenti praeteruolans aquila gallinam albam ramulum lauri rostro tenentem, ita ut rapuerat, demisit in gremium; cumque nutriri alitem, pangi ramulum placuisset, tanta pullorum suboles prouenit, ut hodieque ea uilla ad Gallinas uocetur, tale uero lauretum, ut triumphaturi Caesares inde laureas decerperent; fuitque mos triumphantibus, alias confestim eo-

---

1 sqq. *Victor Caes. 5, 17* hic finis Caesarum genti fuit: quem fore prodigiorum multa denuntiauere praecipueque eorum praediis arescens lauri nemus dicatum triumphantibus atque interitus gallinarum, quae adeo multae albaeque erant aptioresque religionibus, ut iis Romae habeatur hodie locus. *Eutrop. VII 15, 3* in eo omnis Augusti familia consumpta est (*Hier. chron. a. 2084 Oros. VII 7, 13*). *Schol. Iuu. 4, 38* in illo Caesarum origo defecit. *cf. Auson. 266, 1*

2 uel *om. T* (*uulg.*) 7 hodie quoque *II* (*uulg.*), hodie *X* 9 *post* decerperent *spatium uersus unius et dimidii uacuum relictum in M* fuitque mos triumphantibus *del. Bentley legens* decerperent et alias ... pangerent; obseruatum est et sub *eqs.* alias] eas *Lipsius*, illas *Burm. propter Plin. nat. hist. XV 136 sq.*

dem loco pangere; et obseruatum est sub cuiusque obitum arborem ab ipso institutam elanguisse. ergo nouissimo Neronis anno et silua omnis exaruit radicitus, et quidquid ibi gallinarum erat interiit. ac subinde˙ tacta de caelo Caesarum aede capita omnibus simul statuis deciderunt, Augusti etiam sceptrum e manibus excussum est.

2 Neroni Galba successit nullo gradu contingens Caesarum domum, sed haud dubie nobilissimus magnaque et uetere prosapia, ut qui statuarum titulis pronepotem se Quinti Catuli Capitolini semper ascripserit, imperator uero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iouem, maternam ad Pasiphaam Minonis uxorem referret.

3 Imagines et elogia uniuersi generis exequi longum est, familiae breuiter attingam. qui primus Sulpiciorum cognomen Galbae tulit cur aut unde traxerit, ambigitur. quidam putant, quod oppidum Hispaniae frustra diu oppugnatum inlitis demum galbano facibus succenderit; alii, quod in diuturna ualitudine galbeo, id est remediis lana inuolutis, assidue uteretur; nonnulli, quod praepinguis fuerit uisus, quem galbam Galli uocent; uel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia quae
2 in aesculis nascuntur appellanturque galbae. familiam illustrauit Seruius Galba consularis, temporum suorum †et eloquentissimus, quem tradunt Hispaniam ex praetura optinentem, triginta Lusitanorum milibus perfidia trucidatis, Viriat[h]ini belli causam extitisse. eius nepos ob repulsam consulatus infensus Iulio Caesari, cuius legatus in Gallia fuerat, conspirauit cum Cassio et Bruto, propter quod Pedia lege damnatus

7 *Eutrop. VII 16, 1* huic Seruius Galba successit antiquissimae nobilitatis senator. *Victor Caes. 6, 1* haud secus nobilis e gente clarissima Sulpiciorum (*Epit. 6, 1*).

1 et] ut Π^1 est] est et *Mδ* 9 sequenti *M*, sequuti *P* Catuli *om. X* 12 pasiphaam (phas- *δ*) *Mδ*, pasipham (passi- *P*) *XT*, -phen *G*, ⸸ phē *ss.* Π^2 (*cf. Nero 12*) minonis *MLRδ*, minois *rel.* (*cf. Tib. 70*) 13 elogia Π^1*Q*, eologia *MLT*, eulogia *rel.* 16 illatis *T* 19 uisus] et obesus *uel* ut uitulus *Bentley* quem *GLT*, quam *MPOSTδ*, qualem *Bentley* 20 uocant *Sς* (*Bentley*) tam *om. R* (*Bentley*) quam] quod *M*, qualia *ς* (*Bentley*) 22 et *om.* Π^1 (*uulg.*), *alioqui aut* uel *scribendum uidetur* (*sic Bentley, C. F. W. Müller*) *aut statuenda lacuna* (ditissimus *auctore Casaubono Burmannus ex Appiano Hisp. 60*) 24 uiriatini *T* 25 causa *MXδ* (*non T*) infensus *om. G* 26 legatus] inlatus (ill- *QR*) *MT*, ⸸ legatus *ss. R, corr.* Π^2

est. ab hoc sunt imperatoris Galbae auus ac pater: auus cla- 3
rior studiis quam dignitate — non enim egressus praeturae
gradum — multiplicem nec incuriosam historiam edidit; pater
consulatu functus, quanquam breui corpore atque etiam gibber
modicaeque in dicendo facultatis, causas industrie actitauit.
uxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli proneptem- 4
que L. Mummi, qui Corinthum excidit; item Liuiam Ocellinam
ditem admodum et pulchram, a qua tamen nobilitatis causa
appetitus ultro existimatur et aliquanto enixius, postquam
subinde instanti uitium corporis secreto posita ueste detexit,
ne quasi ignaram fallere uideretur. ex Achaica liberos Gaium
et Seruium procreauit, quorum maior Gaius attritis facultati-
bus urbe cessit prohibitusque a Tiberio sortiri anno suo pro-
consulatum uoluntaria morte obiit.

Ser. Galba imperator M. Valerio Messala Cn. Lentulo 4
cons. natus est VIIII. Kal. Ian. in uilla colli superposita prope a. 3 a C.
Tarracinam sinistrorsus Fundos petentibus, adoptatusque a
nouerca sua Liuia nomen et Ocellare cognomen assumpsit
mutato praenomine; nam Lucium mox pro Seruio usque
ad tempus imperii usurpauit. constat Augustum puero adhuc,
salutanti se inter aequales, apprehensa buccula dixisse: καὶ
σὺ τέκνον τῆς ἀρχῆς ἡμῶν παρατρώξῃ. sed et Tiberius, cum
comperisset imperaturum eum uerum in senecta: uiuat sane,
ait, quando id ad nos nihil pertinet. auo quoque eius 2
fulgur procuranti, cum exta de manibus aquila rapuisset et
in frugiferam quercum contulisset, responsum est summum
sed serum imperium portendi familiae; et ille irridens: sane,
inquit, cum mula pepererit. nihil aeque postea Galbam
temptantem res nouas confirmauit quam mulae partus, ceteris-

---

2 studio *Π*[1]ς (*Burm.*) 4 quam (*pro* quanquam) *X* 6 achaiacam *GLP et sic corr. in R*, achaiam *ΠQS* 11 achaiaca *L et sic corr. in R*, achaia *ΠQ* 12 sergium *Ω*, *corr. Glareanus*, *cf. l. 19* 13 consulatum *G* 15 Ser. *M*, Sergius *rel.* imp̃ *MPS*, imp͞r *GL* Cn.] *debuit* L. 17 terracinam *Ω*, *cf. Tib. 39* sinistrosus *MR* (*sic Suet.?*), sinistros *Π*, sinistrorsum *GT* 18 liuia *Ω*, Liuii ς *Beroald.* (Liui *Roth*), Liuium *Heinsius*, Liuianum *Bentley* ocellare (occellare *ΠT*) *Ω*, Ocellae *ed. Basil. 1533* (*Roth al.*) 19 sergio *Ω*, *cf. l. 12* 22 ΠΑΡΑΤΡΩΖΗ(-ΖΕ *P*) *Ω*, *corr. Turnebus praeferens tamen cum aliis* παραγεύσῃ *e Dione 64, 1* (γεύσῃ *Dio 57, 19*) 26 frugiferum *Mδε*

que ut obscaenum ostentum abhorrentibus, solus pro laetissimo accepit memor sacrificii dictique aui.

3 Sumpta uirili toga somniauit Fortunam dicentem, stare se ante fores defessam et nisi ocius reciperetur, cuicumque obuio praedae futuram. atque euigilauit, aperto atrio simulacrum aeneum deae cubitali maius iuxta limen inuenit idque gremio suo Tusculum, ubi aestiuare consueuerat, auexit et in parte aedium consecratum menstruis deinceps supplicationibus et peruigilio anniuersario coluit.

4 Quanquam autem nondum aetate constanti ueterem ciuitatis exoletumque morem ac tantum in domo sua haerentem obstinatissime retinuit, ut liberti seruique bis die frequentes adessent ac mane saluere, uesperi ualere sibi singuli dicerent.
5 inter liberales disciplinas attendit et iuri. dedit et matrimonio operam; uerum amissa uxore Lepida duobusque ex ea filiis remansit in caelibatu neque sollicitari ulla condicione amplius potuit, ne Agrippinae quidem, ⟨quae⟩ uiduata morte Domiti[i] maritum quoque adhuc necdum caelibem Galbam adeo omnibus sollicitauerat modis, ut in conuentu matronarum correpta iurgio atque etiam manu pulsata sit a matre Lepidae.

2 Obseruauit ante omnis Liuiam Augustam, cuius et uiuae gratia plurimum ualuit et mortuae testamento paene ditatus est; sestertium namque quingenties praecipuum inter legatarios habuit, sed quia notata, non perscripta erat summa, herede Tiberio legatum ad quingenta reuocante, ne haec quidem accepit.

6 Honoribus ante legitimum tempus initis praetor commissione ludorum Floralium nouum spectaculi genus elephantos funambulos edidit; exim prouinciae Aquitaniae anno fere

1 portentum (pro- *T*) *GTϱ* 7 consuerat *M²GLSQ* 8 ⟨prima⟩ parte *Boissevain* 10 autem *om. Π¹ς pars edd.* (aut *ss. Π²*) 11 sua domo *G* 16 amplius conditione *G* 17 ne] neq: *M* quae *hic add. G. Becker, post* Domitii *habent ΠQL³* (*uulg.*) uiduata *MG*, uiduatae (*uel* -te) *rel.* (*uulg.*), uiduata (*uel* uidua) ⟨ea⟩ *Bentley* 18 nedum ς (*Oud.*) necdum caelibem *glossema putat Torr.* 24 quinquagies *Casaub.* cum *post* quingenties *add. T′* (*uulg.*) 25 habuit sed *Gδ* (*Bentley*), habuisset *rel.* (*uulg.*) 26 quingenta] L. *G* 28 praeter commissiones *G* 30 bfunambulos *M*, et funambulos *G* (elefantorum phun- *T*) exim *MG*, exin *XT*, exinde *Q²δ*, *cf. Vesp.* 4

praefuit; mox consulatum per sex menses ordinarium gessit euenitque ut in eo ipse †L. Domitio patri Neronis, ipsi Saluius Otho pater Othonis succederet, uelut praesagium insequentis casus, quo medius inter utriusque filios extitit imperator.

A Gaio Caesare ⟨. . . . . . in locum Gaetu⟩lici substitutus, 2 postridie quam ad legiones uenit, sollemni forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, ut manus paenula[s] continerent; statimque per castra iactatum est ⟨*FPR p. 369*⟩:

disce miles militare: Galba est, non Gaetulicus.

pari seueritate interdixit commeatus peti. ueteranum ac tiro- 3 nem militem opere assiduo corroborauit matureque barbaris, qui iam in Galliam usque proruperant, coercitis, praesenti quoque Gaio talem et se et exercitum approbauit, ut inter innumeras contractasque ex omnibus prouinciis copias neque testimonium neque praemia ampliora ulli perciperent; ipse maxime insignis, quod campestrem decursionem scuto moderatus, etiam ad essedum imperatoris per uiginti passuum milia cucurrit.

Caede Gai nuntiata multis ad occasionem stimulantibus 7 quietem praetulit. per hoc gratissimus Claudio receptusque in cohortem amicorum tantae dignationis est habitus, ut cum subita ei ualitudo nec adeo grauis incidisset, dilatus sit expeditionis Britannicae dies. Africam pro consule biennio optinu-

---

10 *Epit. 6,3* ante sumptam dominationem multas prouincias egregie administrauit, militem seuerissime tractans, ita ut ingresso eo castra uulgaretur statim: 'disce militare miles, Galba est, non Gaetulicus'.

1 sex] vi *GR*, tres *Tς* 2 lucio *G*, *debuit* Cn. (*sic Torr.*), *an delendum* L.? 4 quod *ΠQ* 6 Caesare *del. Bentley* lici *MX*, licio *G*, licis (-iis *R*) *T*, licie (-ę) *Oς*: *lacunae supplendae quod Rothius proposuit* ⟨in locum Gaetu⟩lici *non sufficere perspexit Madvig addens* in administratione exercitus Germanici (*malim* legatus Germaniae superioris, *cf. Herm. 36 p. 291*); *e prioribus* Gaetulico *legerant Stephanus* (*Turnebus*), Gaetulici uice *Heinsius* subtitus posteridie *M* 8 manus paenula *Salmasius*, manus paenulas (-is *OST*) *MXT* (*Ω*), manu paenulas *G* (*Becker*) 11 commeatus ueterano (*uel* -nis). Ac *Bentley* 13 gallia *MGX* usque quaque prorupe *G* 14 et se et] et se *MΠ*[1], esse *Q* 18 imperatori *Bentley* 20 occasionem ⟨captandam⟩ *G. Becker* 23 sublata *G*

it extra sortem electus ad ordinandam prouinciam et intestina dissensione et barbarorum tumultu inquietam; ordinauitque magna seueritatis ac iustitiae cura etiam in paruulis rebus.
2 militi, qui per expeditionem artissima annona residuum cibariorum tritici modium centum denariis uendidisse arguebatur, uetuit, simul atque indigere cibo coepisset, a quoquam opem ferri; et is fame extabuit. at in iure dicendo cum de proprietate iumenti quaereretur, leuibus utrimque argumentis et testibus ideoque difficili coniectura ueritatis, ita decreuit ut ad lacum, ubi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto atque ibidem reuelato eius esset, ad quem sponte se a potu recepisset.

8 Ob res et tunc in Africa et olim in Germania gestas ornamenta triumphalia accepit et sacerdotium triplex, inter quindecimuiros sodalesque Titios item Augustales cooptatus; atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum uixit, ne ad gestandum quidem umquam iter ingressus quam ut secum uehiculo proximo decies sestertium in auro efferret, donec in oppido Fundis moranti Hispania
2 Tarraconensis oblata est. acciditque, ut cum prouinciam ingressus sacrificaret, intra aedem publicam puero e ministris acerram tenenti capillus repente toto capite canesceret, nec defuerunt qui interpretarentur significari rerum mutationem successurumque iuueni senem, hoc est ipsum Neroni. non multo post in Cantabriae lacum fulmen decidit repertaeque sunt duodecim secures, haud ambiguum summae imperii signum.

9 Per octo annos uarie et inaequabiliter prouinciam rexit, primo acer et uehemens et in coercendis quidem delictis uel immodicus. nam et nummulario non ex fide uersanti pecunias manus amputauit mensaeque eius adfixit, et tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, ueneno necasset, cruce

---

3 etiam] etiam et *MX* 11 reuelatio *M* 18 ⟨aliter⟩ iter ingressus *Torr. fort. recte*, ⟨al⟩iter egressus *Lipsius* ⟨e⟩ proximo *Torr.* 20 terraconensis *MP*, tarasc- *T* 21 intra *T*, et inter *MGX*, et intra *δ* ut inter L^3, *lacunam suspicatur Oud.* (et intraret?) 24 hoc — Neroni *suspecta Bentleio* nec *Π* (*uulg.*) 26 xii *GTL* summi *GXT* (i *in ras. corr. ex* e *ut uid. Π*, ambiguissimũ S^1), *om. δ* 28 et (*post* acer) *om. X* 29 pecunias *del. aut scrib.* in pecuniis *censet Casaub.* 30 mens(a)eque *ΠQSTN*, mensisque *G*, mensasque *rel.* eius *om.* $\Pi^1 Q$ qui *TN*

adfecit; implorantique leges et ciuem Romanum se testificanti, quasi solacio et honore aliquo poenam leuaturus, mutari multoque praeter ceteras altiorem et dealbatam statui crucem iussit. paulatim in desidiam segnitiamque conuersus est, ne quid materiae praeberet Neroni et, ut dicere solebat, quod nemo rationem otii sui reddere cogeretur.

Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit legato Aquitaniae auxilia implorante; superuenerunt et Vindicis litterae hortantis, ut humano generi assertorem ducemque se accommodaret. nec diu cunctatus condicionem partim metu partim spe recepit; nam et mandata Neronis de nece sua ad procuratores clam missa deprenderat et confirmabatur cum secundissimis auspiciis et ominibus uirginis honestae uaticinatione, tanto magis quod eadem illa carmina sacerdos Iouis Cluniae ex penetrali somnio monitus eruerat ante ducentos annos similiter a fatidica puella pronuntiata. quorum carminum sententia erat oriturum quandoque ex Hispania principem dominumque rerum.

Igitur cum quasi manumissioni uacaturus conscendisset **10**
tribunal, propositis ante se damnatorum occisorumque a Nerone quam plurimis imaginibus et astante nobili puero, quem exulantem e proxima Baliari insula ob id ipsum acciuerat, deplorauit temporum statum consalutatusque imperator legatum se senatus ac populi R. professus est. dein iustitio in- 2
dicto, e plebe quidem prouinciae legiones et auxilia conscripsit super exercitum ueterem legionis unius duarumque alarum et cohortium trium; at e primoribus prudentia atque aetate praestantibus uel instar senatus, ad quos de maiore re quotiens opus esset referretur, instituit. delegit et eque- 3
stris ordinis iuuenes, qui manente anulorum aureorum usu

4 *u. ad p. 278, 27* 11 *Victor Caes. 5, 15* cognito mandatum sui exitium.

3 prae ceteris *Bentley* 4 segnitiamque (sign- *S*) *MGLSδ* (*cf. Oros. ad p. 278, 27*), -emque *rel.* (*edd.*) 6 nein orationem *M* 7 Kartagine *G* 12 procuratorē *G* 13 omnibus *MS*[1], hominibus *LT*, *om. Q* et *ante* uirginis *ad l. X*, tum *Beroaldus* (*uulg.*) 22 baleari (ball- *T*) *codd. praeter Mδ* 25 legionem *Heraeus ad Tac. hist. I 6* 27 prudentia atque *T*, prudentiaque *M*, prudentiaque et *GX* (*Oud.*), prudencia et *δ*, *an* aetate prudentiaque? 28 uel] uelut *T* (*uulg.*)

euocati appellarentur excubiasque circa cubiculum suum uice militum agerent. etiam per prouincias edicta dimisit, auctor in singulis uniuersisque conspirandi simul et ut qua posset quisque opera communem causam iuuarent.

4 Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus est anulus opere antiquo, scalptura gemmae Victoriam cum tropaeo exprimente; ac subinde Alexandrina nauis Dertosam appulit armis onusta, sine gubernatore, sine nauta aut uectore ullo, ut nemini dubium esset iustum piumque et fauentibus diis bellum suscipi: cum repente
5 ex inopinato prope cuncta turbata sunt. alarum altera castris appropinquantem paenitentia mutati sacramenti destituere conata est aegreque retenta in officio, et serui, quos a liberto Neronis ad fraudem praeparatos muneri acceperat, per angiportum in balneas transeuntem paene interemerunt, nisi cohortantibus in uicem ne occasionem omitterent, interrogatisque de qua occasione loquerentur, expressa cruciatu confessio
11 esset. accessit ad tanta discrimina mors Vindicis, qua maxime consternatus destitutoque similis non multum afuit quin uitae renuntiaret. sed superuenientibus ab urbe nuntiis ut occisum Neronem cunctosque in uerba sua iurasse cognouit, deposita legati suscepit Caesaris appellationem iterque ingressus est paludatus ac dependente a ceruicibus pugione ante pectus; nec prius usum togae reciperauit quam oppressis qui nouas res moliebantur, praefecto praetori Nymphidio Sabino Romae, in Germania Fonteio Capitone, in Africa Clodio Macro legatis.

12 Praecesserat de eo fama saeuitiae simul atque auaritiae, quod ciuitates Hispaniarum Galliarumque, quae cunctantius sibi accesserant, grauioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punisset et praepositos procuratoresque supplicio

---

27 *Oros. VII 8, 1* cumque omnes auaritia, saeuitia segnitiaque offenderet (*cf. p. 277, 4*).

---

3 in *om. ΠQ* (*edd.*) qua* *M* 6 sculptura $GX\Pi^2$ (*cf. Nero 46*) 9 aut uectore M^2 (*Salmas.*), auectore M^1, ac uectore *rel.* (ac uetore L^1), *cf. Aug. 72 Claud. 17 Tib. 11* 11 ex] et *G* prope *om. G* 12 mutatis sacramentis *G* 13 re tanta *GT* (*in G corr. m. 1 ex* tanta re) 14 munere *T* 15 in] ad *G* balnea *R* 18 uindicis *T*, sui indicis *MGL*, sui uindicis *POST*, Iulii Vindicis *Casaub.*, subita Vindicis *Oud.* 24 qui *om. M* 25 nymphido *X* (limpido *T*)

capitis adfecisset cum coniugibus ac liberis; quodque oblatam
a Tarraconensibus e uetere templo Iouis coronam auream
librarum quindecim conflasset ac tres uncias, quae ponderi
deerant, iussisset exigi. ea fama et confirmata et aucta est, 2
ut primum urbem introiit. nam cum classiarios, quos Nero
ex remigibus iustos milites fecerat, redire ad pristinum statum
cogeret, recusantis atque insuper aquilam et signa pertinacius
flagitantis non modo inmisso equite disiecit, sed decimauit
etiam. item Germanorum cohortem a Caesaribus olim ad
custodiam corporis institutam multisque experimentis fide-
lissimam dissoluit ac sine commodo ullo remisit in patriam,
quasi Cn. Dolabellae, iuxta cuius hortos tendebat, proniorem.
illa quoque uerene an falso per ludibrium iactabantur, ad- 3
posita lautiore cena ingemuisse eum, et ordinario quidem
dispensatori breuiarium rationum offerenti paropsidem legu-
minis pro sedulitate ac diligentia porrexisse, Cano autem
choraulae mire placenti denarios quinque donasse prolatos
manu sua e peculiaribus loculis suis.

Quare aduentus eius non perinde gratus fuit, idque proximo **13**
spectaculo apparuit, siquidem Atellanis notissimum canticum
⟨*com. frg. p. 333*⟩ exorsis:

uenit[i] Onesimus a uilla

cuncti simul spectatores consentiente uoce reliquam partem
ret⟨t⟩ulerunt ac saepius uersu repetito egerunt. maiore adeo **14**
et fauore et auctoritate adeptus est quam gessit imperium,
quanquam multa documenta egregii principis daret; sed ne-
quaquam tam grata erant, quam inuisa quae secus fierent.

---

5 *cf. Victor Caes. 6, 1* ubi Romam ingressus est, quasi luxuriae aut etiam crudelitati auxilio uentitauisset, rapere trahere uexare. 24 *Eutrop. VII 16, 2* huius breue imperium fuit et quod bona haberet exordia, nisi ad seueritatem propensior uideretur.

---

1 ac liberis quoque *M*, ac liberisque *δ* ablatam *POTς* (*Ernesti*) 3 xv *GLT* 11 ullo commodo *Π* (*uulg.*) 12 dolabella — proniore *G* 15 rationem *ML¹PT*, *delendum putat Bücheler* (*cf. Sen. epist. 39, 1*) *uel scrib.* breuiariam rationem par (per *δ*) obsidem *Mδ*, parabsidem *G*, parapsidem *XT* (*uulg.*) 21 exorsis *Beroaldus* (*ς?*), exorsus *Ω* 22 uenit onesimus *δ* (*Ant. Augustinus*), uenitione (ued- *T*) simus (simul *G*) *Ω* (uenit Ionesimula uilla *G*), uenit io simus (Simus) *Turnebus* (*uulg.*), uenit ohe Simus *Iac. Gronov.*, uenit Dorsennus *W. A. Schmidt* 23 concinente *Bentley* 27 grata ⟨ea⟩ *Casaub.*

2 Regebatur trium arbitrio, quos una et intra Palatium habitantis nec umquam non adhaerentis paedagogos uulgo uocabant. ii erant T. Vinius legatus eius in Hispania, cupiditatis immensae; Cornelius Laco ex assessore praefectus praetorii, arrogantia socordiaque intolerabilis; libertus Icelus, paulo ante anulis aureis et Marciani cognomine ornatus ac iam summae equestris gradus candidatus. his diuerso uitiorum genere grassantibus adeo se abutendum permisit et tradidit, ut uix sibi ipse constaret, modo acerbior parciorque, modo remissior ac neglegentior quam conueniret principi electo atque illud aetatis.

3 Quosdam claros ex utroque ordine uiros suspicione minima inauditos condemnauit. ciuitates R. raro dedit, iura trium liberorum uix uni atque alteri ac ne is quidem nisi ad certum praefinitumque tempus. iudicibus sextam decuriam adici precantibus non modo negauit, sed et concessum a Claudio beneficium, ne hieme initioque anni ad iudicandum
15 euocarentur, eripuit. existimabatur etiam senatoria et equestria officia bienni spatio determinaturus nec daturus nisi inuitis ac recusantibus. liberalitates Neronis non plus decimis concessis per quinquaginta equites R. ea condicione reuocandas curauit exigendasque, ut et si quid scaenici ac xystici donatum olim uendidissent, auferretur emptoribus, quando illi
2 pretio absumpto soluere nequirent. at contra nihil non per comites atque libertos pretio addici aut donari gratia passus est, uectigalia immunitates, poenas innocentium impunitates noxiorum. quin etiam populo R. deposcente supplicium Haloti et Tigillini solos ex omnibus Neronis emissariis uel maleficentissimos incolumes praestitit atque insuper Halotum pro-

1 *Epit. 6, 2* trium amicorum consilio, id est Vinnii (*sic codd., at* Vinii *Landolf.*), Cornelii et Iceli cuncta disponens, adeo ut intra Palatinas aedes pariter habitarent et uulgo paedagogi dicerentur.

3 iunius *T*, lunius *PST* (*cf. Vit. 7, 1*) 5 superbiaque *Cornelissen* (*genetiuum mauult Bentley*) 7 summi ς (*Casaub.*) 13 ciuitatem $\Pi^1 Q$, *cf. Aug. 40 p. 75, 14* 14 is *M*, his (hiis *T*) *rel.* (*uulg.*), *cf. p. 283, 22* 20 liberalitatis *M* 22 ac] aut *Π*ς (*uulg., Roth*) 24 non *om. G* 25 adici *XNδ* lucri *post* gratia *add. G* 26 innocentium *ΠRN*, nocentium *rel.* (Ω) 27 deposcente *ΠQN*, deposcenti *rel.* (Ω)

curatione amplissima ornauit, pro Tigillino etiam saeuitiae populum edicto increpuit.

16 Per haec prope uniuersis ordinibus offensis uel praecipua flagrabat inuidia apud milites. nam cum in uerba eius absentis iurantibus donatiuum grandius solito praepositi pronuntiassent, neque ratam rem habuit et subinde iactauit *legere se militem, non emere consuesse*; atque eo quidem nomine omnis, qui ubique erant, exacerbauit. ceterum praetorianos etiam metu et indignitate commouit, remouens subinde plerosque ut suspectos et Nymphidi socios. **2** sed maxime fremebat superioris Germaniae exercitus fraudari se praemis nauatae aduersus Gallos et Vindicem operae. ergo primi obsequium rumpere ausi Kal. Ian. adigi sacramento nisi in nomen senatus recusarunt statimque legationem ad praetorianos cum mandatis destinauerunt: *displicere imperatorem in Hispania factum; eligerent ipsi quem cuncti exercitus comprobarent.* **17** quod ut nuntiatum est, despectui esse non tam senectam suam quam orbitatem ratus, Pisonem Frugi Licinianum nobilem egregiumque iuuenem ac sibi olim probatissimum testamentoque semper in bona et nomen adscitum repente e media salutantium turba adprehendit filiumque appellans perduxit in castra ac pro contione adoptauit, ne tunc quidem donatiui ulla mentione facta. quo faciliorem occasionem M. Saluio Othoni praebuit perficiendi conata intra sextum adoptionis diem.

18 Magna et assidua monstra iam inde a principio exitum ei, qualis euenit, portenderant. cum per omne iter dextra sinistraque oppidatim uictimae caederentur, taurus securis ictu consternatus rupto uinculo essedum eius inuasit elatisque pedibus totum cruore perfudit; ac descendentem speculator impulsu turbae lancea prope uulnerauit. urbem quoque et deinde Palatium ingressum excepit terrae tremor et assimilis quidam

---

4 *cf. Victor Caes. 6, 2* quia opes militum nimis pecuniae cupidus attenuauerat. 18 *Oros. VII 8, 1* Pisonem sibi nobilem industriumque adulescentem in filium atque in regnum adoptauit (*cf. Otho 5*).

---

3 propere ς ordinibus *in marg. add.* M^2 offensus *XN* (*Roth*), infensus ς (*cf. Herm. 40 p. 190*) 12 aduersis *M* 13 ausi] aut se *R*, ac se *ΠQ* 18 licianum MP^1, licini admodum *G* 20 insuper *Torr.*, nuper *Cornelissen* (*cf. Herm. 37 p. 592*) 31 terrae tremor *G* (*Erasmus*), terra et tremor *M*, terra tremore *rel*

2 mugitui sonus. secuta sunt aliquanto manifestiora. monile margaritis gemmisque consertum ad ornandam Fortunam suam Tusculanam ex omni gaza secreuerat; id repente quasi augustiore dignius loco Capitolinae Veneri dedicauit, ac proxima nocte somniauit speciem Fortunae querentis fraudatam se dono destinato, minantisque erepturam et ipsam quae dedisset. cumque exterritus luce prima ad expiandum somnium, praemissis qui rem diuinam appararent, Tusculum excucurrisset, nihil inuenit praeter tepidam in ara fauillam atratumque iuxta senem in catino uitreo t[h]us tenentem et in calice fictili merum. ob-
3 seruatum etiam est Kal. Ian. sacrificanti coronam de capite excidisse, auspicanti pullos auolasse; adoptionis die neque milites adlocuturo castrensem sellam de more positam pro tribunali oblitis ministris et in senatu curulem peruerse collocatam. pri-
19 us uero quam occideretur sacrificantem mane haruspex identidem monuit, caueret periculum, non longe percussores abesse.

Haud multo post cognoscit teneri castra ab Othone, ac plerisque ut eodem quam primum pergeret suadentibus — posse enim auctoritate et praesentia praeualere — nihil amplius quam continere se statuit et legionariorum firmare praesidiis, qui multifariam diuerseque tendebant. loricam tamen induit linteam, quanquam haud dissimulans parum aduersus
2 tot mucrones profuturam. sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissiparant, paucis temere affirmantibus transactum negotium, oppressos, qui tumultuarentur, aduenire frequentis ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos, iis ut occurreret prodiit tanta fiducia, ut militi cuidam occisum a se Othonem glorianti: quo auctore? responderit, atque in forum usque processit. ibi equites, quibus mandata caedes erat, cum per publicum dimota paganorum turba equos adegissent, uiso procul eo parumper restiterunt; dein rursum incitati desertum a suis contrucidarunt.

---

21 *Victor Caes.* 6, 2 lorica tectus (*Epit.* 6, 4).

---

1 manifestiora] maiora et tristiora *T* 3 gazta *M* 10 ficticūli *M* 11 est etiam *G*, est *om.* *PT* 12 euolasse *X* 14 obliti *M* senectu *Mδ*, senectute *G* locatam *G* 21 diuersique *Bentl.* 25 dissiparunt *M*[1], disperserant *S* 26 frequentes *GΠRPST*, -ter *Q*, -tius *L*[3] 30 processerit *Bentl.*

Sunt qui tradant, ad primum tumultum proclamasse eum: quid agitis commilitones? ego uester sum et uos mei, donatiuum etiam pollicitum. plures autem prodiderunt optulisse ultro iugulum et ut hoc agerent ac ferirent, quando ita uideretur, hortatum. illud mirum admodum fuerit neque praesentium quemquam opem imperatori ferre conatum et omnes qui arcesserentur spreuisse nuntium excepta Germanici⟨an⟩orum uexillatione. ii ob recens meritum, quod se aegros et inualidos magno ⟨o⟩pere fouisset, in auxilium aduolauerunt, sed serius itinere deuio per ignorantiam locorum retardati. 20

Iugulatus est ad lacum Curti ac relictus ita uti erat, donec gregarius miles a frumentatione rediens abiecto onere caput ei amputauit; et quoniam capillo arripere non poterat, in gremium abdidit, mox inserto per os pollice ad Othonem detulit. ille lixis calonibusque donauit, qui hasta suffixum non sine ludibrio circum castra portarunt adclamantes identidem: Galba Cupido, fruaris aetate tua, maxime irritati ad talem iocorum petulantiam, quod ante paucos dies exierat in uulgus, laudanti cuidam formam suam ut adhuc floridam et uegetam respondisse eum ⟨*Hom. Il. 5, 254 Od. 21, 426*⟩: 2

ἔτι μοι μένος ἔμπεδόν ἐστιν.

ab is Patrobii Neroniani libertus centum aureis redemptum eo loco, ubi iussu Galbae animaduersum in patronum suum fuerat, abiecit. sero tandem dispensator Argiuus et hoc et ceterum truncum in priuatis eius hortis Aurelia uia sepulturae dedit.

---

11 *Eutrop. VII 16, 3* iugulatus in foro Romano. *Victor Caes. 6, 3* ad lacum Curtium caesus est (*Epit. 6, 4*). *cf. Oros. VII 8, 1* (*ad Galb. 23*) 25 *Eutrop. VII 16, 3* sepultusque in hortis suis, qui sunt Aurelia uia non longe ab urbe Roma.

---

1 Sunt autem *POST* 4 ut *del. Torr.* ac ferirent *del. Lipsius* 5 fuerat *G*, fuit *N* 6 optem *M*, *om. ΠQ inserentes* auxilium *post* imperatori 7 arcessirentur *MGT* Germanicianorum *Turnebus* 9 refouisset *Woelfflin, cf. Tac. hist. I 31* 12 abiecta *M* 13 capillo prae caluitie *ΠL³ et ς plurimi* (*uulg.*) 14 addidit *P¹SΠ¹* (*Roth*) 17 cupide *GX* (*uulg.*) 20 et (&) *ante* ἔτι *add. GXR* (& ti *pro* ἔτι *ΠQ*) 22 his *GXT* (*cf. 280, 14*) patrobil (-roil *T*) *Ω*, *corr. ς* (*Sabellicus*) neronianus *T et sic L³ corr. ex* neroniam C. aurei *G* 23 aduersum *M* 24 sero *om. G* 25 aurelia uia *G* (*Eutr.*), aureliae uiae *rel.*

21 Statura fuit iusta, capite praecaluo, oculis caeruleis, adunco naso, manibus pedibusque articulari morbo distortissimis, ut neque calceum perpeti neque libellos euoluere aut tenere omnino ualeret. excreuerat etiam in dexteriore latere eius caro praependebatque adeo ut aegre fascia substringeretur.

22 Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere consuerat, inter cenam uero usque eo abundanti⟨s⟩, ut congestas super manus reliquias circumferri iuberet spargique ad pedes stantibus. libidinis in mares pronior et eos non nisi praeduros exoletosque; ferebant in Hispania Icelum e ueteribus concubinis de Neronis [illegible]itu nuntiantem non modo artissimis osculis palam exceptum [illegible]o, sed ut sine mora uelleretur oratum atque seductum.

23 Periit tertio et septuagesimo aetatis anno, imperii mense septimo. senatus, ut primum licitum est, statuam ei decreuerat rostratae columnae superstantem in parte fori, qua trucidatus est; sed decretum Vespasianus aboleuit percussores sibi ex Hispania in Iudaeam submisisse opinatus.

6. 9 *Epit. 6, 2* in adulescentes (adolescentia *cod. Landolfi m. 2,* adolescen* *m. 1*) infamis, ad uescendum intemperans fuit. 14 *Eutrop. VII 16, 1* cum septuagesimum et tertium annum ageret aetatis. *16, 3* occisus est imperii mense septimo. *cf. Vict. Caes. 6, 3* mense imperii ac die septimo. *Epit. 6, 4* cum septuagesimum tertium aetatis annum ageret. *6, 1* imperauit menses septem, dies totidem. *Oros. VII 8, 1* cum quo (*Pisone*) septimo mense imperii sui ab Othone iugulatus est.

2 pedibus manibusque *G* 3 neque (*ante* libellos) *Gδ*, ne *M*. nec *rel.* (*edd.*) 5 caro] gybus *Π*[1], gibbus *Q*, at caro *Π*[2], gibbus uel caro ς 7 consueuerat *PN* adeo *Q* abundantis *Graevius*, abundanti *Ω* (s *supra* ti *S m. 2, et* abundans ς), abundancius (*om.* usque eo) *δ*, abundantem *uulg.* (usque ab- *ed. Mediol. 1475*, usque eo ab- *Bon. 1488*), abundanter *Gruter.*, abutens (*et tum* subter) *Gujetus* 9 libidini *Torr.*, libidinibus *Boxhorn* pronioris *Steph.* (*cf. uita Verg. p. 56 R.*) 11 hicelum (ic- *T*) *X*, ehicelum *MGT* (*in M sic*: hispaniae hic elume), e⟨t⟩ Ic- *Bücheler*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarum galba explicit. incipit otho feliciter *M et sim. GPΠR* (feliciter *om. GR*, incipit — feliciter *om. P*) explicit galba. incipit otho feliciter *Q* explicit lib. VII. incipit de othone lib. VIII *LS* (de othone *om. S*)





OTHO

Maiores Othonis orti sunt oppido Ferentio, familia uetere et honorata atque ex principibus Etruriae. auus M. Saluius Otho, patre equite R., matre humili incertum an ingenua, per gratiam Liuiae Augustae, in cuius domo creuerat, senator est factus nec praeturae gradum excessit. 1

Pater L. Otho, materno genere praeclaro multarumque et magnarum propinquitatium, tam carus tamque non absimilis facie Tiberio principi fuit, ut plerique procreatum ex eo crederent. urbanos honores, proconsulatum Africae et extraordinaria imperia seuerissime administrauit. ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex paenitentia praepositos suos quasi defectionis aduersus Claudium auctores occiderant, capite punire et quidem ante principia se coram, quamuis ob id ipsum promotos in ampliorem gradum a Claudio sciret. 2

quo facto sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit; quam tamen mature reciperauit detecta equitis R. fraude, quem prodentibus seruis necem Claudio parare compererat. namque et senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, prosecutus est eum et Claudius adlectum inter patricios conlaudans amplissimis uerbis hoc quoque adiecit: u i r, q u o m e l i o r e s l i b e r o s h a b e r e n e o p t o q u i d e m. ex Albia Terentia splendida femina duos filios tulit, L. Titianum et 3

1 *Epit.* *7, 1* Saluius Otho splendidis ortus maioribus ex oppido Ferentano. 6 *Eutrop. VII 17, 1* materno genere nobilior quam paterno, neutro tamen obscuro.

1 ferentino *X* (*uulg.*), Ferento *Ursinus* 2 ex] e *G* siluius *Ω*, *corr. Stephanus* 6 praeclarum *M* 7 propinquitatum *GΠQX* 12 cladium Λ· claudium *M* 16 mature *om. G* 17 quam *G* 19 eum et *T*, eum *rel.*

minorem M. cognominem sibi; tulit et filiam, quam uixdum nubilem Druso Germanici filio despondit.

2 Otho imperator IIII. Kal. Mai. natus est Camillo Arruntio
a. 32 p. C. Domitio Ahenobarbo cons. a prima adulescentia prodigus ac procax, adeo ut saepe flagris obiurgaretur a patre, ferebatur et uagari noctibus solitus atque inualidum quemque obuiorum uel potulentum corripere ac distento sago impositum in
2 sublime iactare. post patris deinde mortem libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulauit quamuis anum ac paene decrepitam; per hanc insinuatus Neroni facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum, ut uero quidam tradunt, et consuetudine mutui stupri. ac tantum potentia ualuit, ut damnatum repetundis consularem uirum, ingens praemium pactus, prius quam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitaret in senatum ad agendas gratias
3 introducere. omnium autem consiliorum secretorumque particeps die, quem necandae matri Nero destinarat, ad auertendas suspiciones cenam utrique exquisitissimae comitatis dedit; item Poppaeam Sabinam tunc adhuc amicam eius, abductam marito demandatamque interim sibi, nuptiarum specie recepit nec corrupisse contentus adeo dilexit, ut ne riualem quidem
2 Neronem aequo tulerit animo. creditur certe non modo missos ad arcessendam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus astantem miscentemque frustra minas et preces ac depositum reposcentem. quare diducto matrimonio sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. et satis uisum, ne poena acrior mimum omnem diuulgaret, qui tamen sic quoque hoc disticho ⟨*FPR p. 370*⟩ enotuit:

4 *Epit. 7, 1* uita omni turpis, maxime adulescentia (maxime in adolescentia omni turpis *Landolf.*) 10 *Eutrop. VII 17, 2* in priuata uita mollis et Neronis familiaris. *Victor Caes. 7, 1* Neroni quondam criminose familiaris.

1 quam uixdum (quamuis dum *LP*) *MGX*, quamuis nondum *R*, quam nondum *ΠQ* 7 potulentium *Q*, petulentum *L*¹*P*, petulantium *Π*¹, temulentum *Graevius* 9 coleretur *Kraffert* 13 ⟨de⟩ repetundis *Ursinus* (*C. F. W. Müller*) 15 dubitarit *Salmasius* 17 diem *MPO non L*) 19 poppeam (-eiam *L*¹*Q*) *GL*¹*SQR*², pompeam *MΠ*, pompeiam *R*¹*L*²*PT* 25 deducto *X* 26 et] id *edd. post Casaubonum*

cur Otho mentito sit, quaeritis, exul honore?
uxoris moechus coeperat esse suae.

Prouinciam administrauit quaestorius per decem annos,
moderatione atque abstinentia singulari. ut tandem occasio 4
ultionis data est, conatibus Galbae primus accessit; eodemque
momento et ipse spem imperii cepit magnam quidem et ex
condicione temporum, sed aliquanto maiorem ex affirmatione
Seleuci mathematici. qui cum eum olim superstitem Neroni
fore spopondisset, tunc ultro inopinatus aduenerat impera-
turum quoque breui repromittens. nullo igitur officii aut 2
ambitionis in quemquam genere omisso, quotiens cena prin-
cipem acciperet, aureos excubanti cohorti uiritim diuidebat,
nec minus alium alia uia militum demerebatur; cuidam etiam
de parte finium cum uicino litiganti adhibitus arbiter totum
agrum redemit emancipauitque, ut iam uix ullus esset, qui
non et sentiret et praedicaret solum successione imperii
dignum. sperauerat autem fore ut adoptaretur a Galba, idque 5
in dies expectabat. sed postquam Pisone praelato spe decidit,
ad uim conuersus est instigante super animi dolorem etiam
magnitudine aeris alieni. neque enim dissimulabat, n i s i p r i n-
c i p e m s e s t a r e n o n p o s s e, n i h i l q u e r e f e r r e a b h o s t e
i n a c i e a n i n f o r o s u b c r e d i t o r i b u s c a d e r e t. ante pau- 2
cos dies seruo Caesaris pro impetrata dispensatione decies sester-
tium expresserat; hoc subsidium tanti coepti fuit. ac primo quin-
que speculatoribus commissa res est, deinde decem aliis, quos sin-
guli binos produxerant; omnibus dena sestertia repraesentata
et quinquagena promissa. per hos sollicitati reliqui, nec adeo

---

17 sqq. *Victor Caes. 6, 2* praelatum adoptione eius Pisonem impatientius dolens (*cf. Galb. 17*) accensas cohortes armatasque in forum deduxerat.

1 merito *T* 6 et ex] ex *POς* (*Graevius*) 9 imperatorem — ⟨fo⟩re promittens *Madvig* (*cf. Tib. 17*) 13 nec minus Π^1Q, necominus (necho- *L*) *MGL*, nec quominus *PO*, nec (non *S*) eo minus Π^2RSTN (*uulg.*) 13 militem *ed. Basil. a. 1546 al.*, milites *Burm.* 14 litigrandi M^1 15 emancipiauitque M^1, eique mancipauit *Torr.* 16 successione *XN* (imperii succ- *N*), -ni *MGQ*, -nis *ΠR* 17 forte *G* 18 die (diē *T*) *X* 20 dissimulare *G* 21 referre *GSN*, refelli *MTPT* (aƚ reffere Q^2 *in marg.*), refelli ƚ referre L^1, ƚ referre *del. et* aƚ referre *in marg. adscr.* L^2 ab] sub *Bentley* in acie ab hoste *G*

multi, haud dubia fiducia in ipso negotio pluris adfuturos.

6 tulerat animus post adoptionem statim castra occupare cenantemque in Palatio Galbam adgredi, sed obstitit respectus cohortis, quae tunc excubabat, ne oneraretur inuidia, quod eiusdem statione et Gaius fuerat occisus et desertus Nero. medium quoque tempus religio et Seleucus exemit.

2 Ergo destinata die praemonitis consciis, ut se in foro sub aede Saturni ad miliarium aureum opperirentur, mane Galbam salutauit, utque consueuerat osculo exceptus, etiam sacrificanti interfuit audiuitque praedicta haruspicis. deinde liberto adesse architectos nuntiante, quod signum conuenerat, quasi uenalem domum inspecturus abscessit proripuitque se postica parte Palati ad constitutum. alii febrem simulasse aiunt eamque excusationem proximis mandasse, si quaereretur.

3 tunc abditus propere muliebri sella in castra contendit ac deficientibus lecticaris cum descendisset cursumque cepisset, laxato calceo restitit, donec omissa mora succollatus et a praesente comitatu imperator consalutatus inter faustas adclamationes strictosque gladios ad principia deuenit, obuio quoque non aliter ac si conscius et particeps foret adhaerente. ibi missis qui Galbam et Pisonem trucidarent, ad conciliandos pollicitationibus militum animos nihil magis pro contione testatus est, quam id demum se habiturum, quod sibi illi reliquissent.

7. Dein uergente iam die ingressus senatum positaque breui oratione quasi raptus de publico et suscipere imperium ui coactus gesturusque communi omnium arbitrio, Palatium petit. ac super ceteras gratulantium adulantiumque blanditias

---

26 *Eutrop. VII 17, 1* Otho occiso Galba inuasit imperium (*Schol. Iuu. 2, 99*). *cf. ad p. 289, 15*

---

1 hau M^1, haut *S* pluros adfuturis *M* (*i.* pluris adfuturos *mutatis terminationibus, sic Roth*), plures affuturos *G*, pluribus affuturis *ΠQ*, plures affuturi (adf- S^1) *RX*, plures adfuturis *δ* 2 tulerat] erat *X*, fuerat *Ursin.* (*cf. Iul.* 82) animos *MGδ* statim *om. M* 6 seleucius (-tius) *X* 10 superfuit *Ernesti* 12 iuuenalem (*om.* domum) *T* proripuit *G* 16 deficientis *M* lecticaris *Roth*, lecticaribus (-rib; *GT*) *MGT*, lecticariis *X* 23 illi] ipsi *T* 26 oratione *qui tuentur scribunt* positoque *G. H. Walther*, perfunctusque *uel* professusque *Bentley*, expositoque *Burm.*, ratione *cum Erasmo plerique* (*at* propositaque *mauult Oud.*)

ab infima plebe appellatus Nero nullum indicium recusantis dedit, immo, ut quidam tradiderunt, etiam diplomatibus primisque epistulis suis ad quosdam prouinciarum praesides Neronis cognomen adiecit. certe et imagines statuasque eius reponi passus est et procuratores atque libertos ad eadem officia reuocauit, nec quicquam prius pro potestate subscripsit quam quingenties sestertium ad peragendam Auream domum.

Dicitur ea nocte per quietem pauefactus gemitus maximos 2
edidisse repertusque a concursantibus humi ante lectum iacens per omnia piaculorum genera Manes Galbae, a quo deturbari expellique se uiderat, propitiare temptasse; postridie quoque in augurando tempestate orta grauiter prolapsum identidem obmurmurasse:

τί γάρ μοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς;

Sub idem uero tempus Germaniciani exercitus in Vitelli 8
uerba iurarant. quod ut comperit, auctor senatui fuit mittendae legationis, quae doceret electum iam principem, quietem concordiamque suaderet; et tamen per internuntios ac litteras consortem imperii generumque se Vitellio optulit. uerum haud dubio bello iamque ducibus et copiis, quas Vitellius praemiserat, appropinquantibus animum fidemque erga se praetorianorum paene internecione amplissimi ordinis expertus est. [et] placuerat per classiarios arma transferri remittique 2
nauibus; ea cum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati tumultum excitauerunt; ac repente omnes nullo certo duce in Palatium cucurrerunt caedem senatus flagitantes, repulsisque tribunorum qui inhibere temptabant,

15 *Eutrop. VII 17, 3* cum isdem temporibus, quibus Otho Galbam occiderat, etiam Vitellius factus esset a Germanicianis exercitibus imperator. *Oros. VII 8, 6* cum . . . inuasisset imperium ac mox creatum imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperisset.

9 repertisque *Mδ* conuersantibus *X* 12 prolapsus *Υ* (*cf. p. 292, 17*) 14 *αὐλοῖς ς* (*Dio 64, 7 τί γάρ με ἔδει μακροῖς αὐλοῖς αὐλεῖν*), ΔΟΥΛΟΙC *M*, ΛΔΟΥΛΟΙC *G*, DOYᕲOIC *S*, ᕲOYᕲOIC (-ωIC *Υ*) *LT*, *ἀσύλοις ς*, *om. PT* 15 germaniciànii *MGR*, germanici *X* 16 iurauit *L*, iurant *PO* 18 concordiamque *GTδ*, et concordiam *Υ* (*edd.*), concordiam *rel.*, *del. G. Becker* (*cf. Herm. 40 p. 182*) 20 hau *M*[1] 22 internectione *LPΠ*, -nitione *SΠ* 23 est *om. Q* et *del. Torr.* (*om. ς?*), etenim *Lipsius*, quando *Glareanus*, ei *Bücheler* praemittique *Stephanus*, demittique *Oud.* 24 p̃merentur *Υ*

nonnullis et occisis, sic ut erant cruenti, ubinam imperator esset requirentes perruperunt in triclinium usque nec nisi uiso destiterunt.

3 Expeditionem autem inpigre atque etiam praepropere in-
cohauit, nulla ne religionum quidem cura, sed et motis nec-
dum conditis ancilibus, quod antiquitus infaustum habetur,
et die, quo cultores deum Matris lamentari et plangere in-
cipiunt, praeterea aduersissimis auspiciis. nam et uictima
Diti patri caesa litauit, cum tali sacrificio contraria exta
potiora sint, et primo egressu inundationibus Tiberis retar-
datus ad uicensimum etiam lapidem ruina aedificiorum prae-
9 clusam uiam offendit. simili temeritate, quamuis dubium
nemini esset quin trahi bellum oporteret, quando et fame et
angustiis locorum urgeretur hostis, quam primum tamen de-
certare statuit, siue impatiens longioris sollicitudinis sperans-
que ante Vitelli aduentum profligari plurimum posse, siue
impar militum ardori pugnam deposcentium. nec ulli pugnae
affuit substititque Brixelli.

2 Et tribus quidem, uerum mediocribus proelis apud Alpes
circaque Placentiam et ad Castoris, quod loco nomen est,
uicit; nouissimo maximoque apud Betriacum fraude superatus
est, cum spe conloquii facta, quasi ad condicionem pacis mili-
tibus eductis, ex inprouiso atque in ipsa consalutatione dimi-
3 candum fuisset. ac statim moriendi impetum cepit, ut multi

19 sqq. *Eutrop. VII 17, 3* bello contra eum suscepto, cum apud Betriacum in Italia leui proelio uictus esset, ingentes tamen copias ad bellum haberet, sponte semet occidit. *Epit. 7, 2* a Vitellio primum apud Placentiam, dehinc apud Betriacum uictus (*Vict. Caes. 7, 2* Veronensi proelio pulsus est). *Oros. VII 8, 6* Otho cum . . . bellum ciuile molitus tribus primum leuibus (*ex Eutropio*) proeliis, hoc est uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum, quem Castores (*uar.* Castoris) uocant, contra Vitellianos duces congressus uictor extitisset, quarto apud Bedriacum proelio cum animaduertisset suos uinci, . . . sese interfecit.

4 praeponere (pre- *δ*) *Mδ*, propere *ΠQ*, praepostere *Bentley* 6 haberetur *ΠT* (*uulg.*) 8 uictimas — c(a)esas *X* 9 dicti *et* exto *M* 13 quoad *Kraffert* 17 illi *X*, ille *Ursinus* 20 Placentiam *usque* maximoque *om.* *$Π^1Q$* *inserentes* factis *ante* apud castros *L^1POT*, castolis *L^2* 21 bretiacum (breciac- *GΠ*, bretiamc- *QR*) *Ω* 23 consalutatione *$Π^1Q$*, consultatione *rel. et L^2* (*de L^1 non prorsus constat*), *nescio an rectius* (*cf. comm.*) 24 moriendum petum (-potum *L^1*) *MGLP*, moriendum Retiam (R *ex* P *corr.*) *S*

nec frustra opinantur, magis pudore, ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseueraret, quam desperatione ulla aut diffidentia copiarum; quippe residuis integrisque etiam nunc quas secum ad secundos casus detinuerat, et superuenientibus aliis e Dalmatia Pannoniaque et Moesia, ne uictis quidem adeo afflictis ut non in ultionem ignominiae quiduis discriminis ultro et uel solae subirent.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Laetus, tertiae **10**
decimae legionis tribunus angusticlauius. is mox referre crebro solebat Othonem etiam priuatum usque adeo detestatum ciuilia arma, ut memorante quodam inter epulas de Cassi Brutique exitu cohorruerit; nec concursurum cum Galba fuisse, nisi confideret sine bello rem transigi posse; tunc ad despiciendam uitam exemplo manipularis militis concitatum, qui cum cladem exercitus nuntiaret nec cuiquam fidem faceret ac nunc mendaci nunc timoris, quasi fugisset, ex acie argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit. hoc uiso proclamasse eum aiebat, *non amplius se in periculum talis tamque bene meritos coniecturum.*

Fratrem igitur fratrisque filium et singulos amicorum 2
cohortatus, ut sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu et osculo suo dimisit omnis, secretoque capto binos codicillos exarauit, ad sororem consolatorios et ad Messalinam Neronis, quam matrimonio destinarat, commendans reliquias suas et memoriam. quicquid deinde epistularum erat, ne cui periculo aut noxae apud uictorem forent, concremauit. diuisit et pecunias domesticis ex copia praesenti. atque ita paratus in- **11**
tentusque iam morti, tumultu inter moras exorto ut eos, qui discedere et abire coeptabant, corripi quasi desertores deti-

10 sqq. *Eutrop. VII 17, 3* petentibus militibus, ne tam cito de belli desperaret euentu, cum tanti se non esse dixisset, ut propter eum bellum ciuile moueretur.

1 tantum M^1 4 etiam tunc *Ursinus* aduersos *uel* iactus *pro* casus *Bentley* 5 e] a *R* 6 ne] nec Π^1QX 8 Laetus] lenis *Tς* (*uulg.*) 9 augusticl- *GΥ'P* iste Π^1Q 11 arma] bella *Υ* 12 occisurum eum Galbam *Bentley* cum Galba *del. Polak* 13 bellore *M* 22 capito *R*, captato *X* 23 consolatorias L^1P et *Torr.*, sed *MLT*, sed et *GP* (*in hoc om.* ad) *SOT* (*uulg.*) 26 noxiae *G* 29 descendere *G* certabant M^1, cept- $M^2GΥS$, capt- *rel. et δ* (*in hoc om.* et abire)

nerique sensit: adiciamus, inquit, uitae et hanc noctem,
his ipsis totidemque uerbis, uetuitque uim cuiquam fieri; et
in serum usque patente cubiculo, si quis adire uellet, pote-
2 statem sui praebuit. post hoc sedata siti gelidae aquae po-
tione arripuit duos pugiones et explorata utriusque acie, cum
alterum puluino subdidisset, foribus adopertis artissimo somno
quieuit. et circa lucem demum expergefactus uno se traiecit
ictu infra laeuam papillam irrumpentibusque ad primum ge-
mitum modo celans modo detegens plagam exanimatus est
et celeriter, nam ita praeceperat, funeratus, tricensimo et
octauo aetatis anno et nonagensimo et quinto imperii die.
12 Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut habitus
competit. fuisse enim et modicae staturae et male pedatus
⟨s⟩cambusque traditur, munditiarum uero paene muliebrium,
uulso corpore, galericulo capiti propter raritatem capillorum
adaptato et adnexo, ut nemo dinosceret; quin et faciem coti-
die rasitare ac pane madido linere consuetum, idque instituisse
a prima lanugine, ne barbatus umquam esset; sacra etiam
Isidis saepe in lintea religiosaque ueste propalam celebrasse.
2 per quae factum putem, ut mors eius minime congruens uitae

---

7 *Victor Caes. 7, 2* mortem sibimet consciuit. *Epit. 7, 2* semet gladio transfixit (*cf. ad p. 290, 19 sqq.*). 10 *Eutrop. VII 17, 3* uoluntaria morte obiit tricesimo et octauo aetatis anno, nonagesimo et quinto imperii die. *Epit. 7, 2* anno aetatis tricesimo septimo. *7, 1* imperauit menses tres (*Vict. Caes. 7, 2* dies fere quinque et octoginta). *Oros. VII 8, 6* mense tertio quam imperare coeperat (*Hier. chron. a. 2084*). 14 *cf. Schol. Iuu. 2, 99* tam probrosae curae in polienda forma fuit, ut humecto pane faciem liniret ad sollicitandum candorem. 20 *Auson. 259, 8* Otho famosus, clara sed morte potitus (*cf. 268, 3*).

2 feri *M* 4 haec *ΠQST* (*uulg.*) 6 adapertis *Qς* altissimo *Valesius* 7 settraiecit *M*, straiecit L^1 8 irrumpentibus *GT* 10 caeliter nam *M*, apud cęliternam (ueli- *Q*, culi- *Π*) *T* (et celeriter — funeratus *om. T*) 13 fuisse enim traditur *T*, fuisse traditur *N* 14 scambusque *Turnebus,* cambusque (camp- *Q*, canib- LS^1) *MGLPSQR* (que *om. in S*, *glossa* ꝉ caluus *adscr. in GR*), ꝉ caluus cambusque *Π* (ꝉ caluus *del.*, busque *in ras. m. 2, praeterea in margine* aꝉ campusque *m. 2*), caluusque *T*, et caluus *N*; *an recte* camb-? (*cf. M. Bonnet, Archiv f. Lex. XIII p. 579*) 15 galericto *L*, galerico *POST*, galero *Nς* capite *G* 16 adaptato $QR\Pi^2NL^3$, adoptato $MGX\Pi^1$ 17 linire *QPST* consuetus *Bentley* (*cf. p. 289, 12*) 18 linguine M^1, languine M^2, lanuguine *L* ne *om. M*

maiore miraculo fuerit. multi praesentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes iacentis exosculati, fortissimum uirum, unicum imperatorem praedicantes, ibidem statim nec procul a rogo uim suae uitae attulerunt; multi et absentium accepto nuntio prae dolore armis inter se ad internecionem concurrerunt. denique magna pars hominum incolumem grauissime detestata mortuum laudibus tulit, ut uulgo iactatum sit etiam, Galbam ab eo non tam dominandi quam rei p. ac libertatis restituendae causa interemptum.

---

1 *Epit.* 7, 2 adeo amabilis militibus propriis, ut plerique corpore eius uiso suis manibus interierint.

---

1 maiore *MX*, maiori *GT* (*uulg.*) 2 osculati *G* 5 internitionem *X* 6 gratissime *G*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarū otho explic. incip̄ uitellius feliciter *M et sim. PΠR* (feliciter *om. R*, inc. uit. fel. *om. P*) otho explicit. incipit uitellius *G et fere Q*, *qui add.* feliciter explicit lib. VIII. incipit de uitellio lib. VIIII *LS* (de uitellio *om. S*)



VITELLIVS

1 Vitelliorum originem alii aliam et quidem diuersissimam tradunt, partim ueterem et nobilem, partim uero nouam et obscuram atque etiam sordidam; quod ego per adulatores obtrectatoresque imperatoris Vitelli euenisse opinarer, nisi
2 aliquanto prius de familiae condicione uariatum esset. extat Q. †Elogi ad Quintum Vitellium Diui Augusti quaestorem libellus, quo continetur, Vitellios Fauno Aboriginum rege et Vitellia, quae multis locis pro numine coleretur, ortos toto Latio imperasse; horum residuam stirpem ex Sabinis transisse
3 Romam atque inter patricios adlectam; indicia stirpis mansisse diu uiam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque, item coloniam eiusdem nominis, quam gentili copia aduersus Aequiculos tutandam olim depoposcissent; tempore deinde Samnitici belli praesidio in Apuliam misso quosdam ex Vitellis subsedisse Nuceriae eorumque progeniem longo post interuallo repetisse
2 urbem atque ordinem senatorium. contra plures auctorem generis libertinum prodiderunt, Cassius Seuerus nec minus alii eundem et sutorem ueteramentarium, cuius filius sectionibus et cognituris uberius compendium nanctus, ex muliere uulgari, Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia, equitem

---

1 *Epit. 8, 1* Vitellius ortus familia nobili. *Eutrop. VII 18, 1* familia honorata magis quam nobili.

---

1 et *om. G* 3 ego *in marg. add.* M^2 adultores *M*, adulteros *ΠR* 5 extatq(ue) elogi (-gii *XT*, -gium *G*) *Ω et sic Bentley et M. Hertz (nisi quod ille mauult* extaretque), Q. Clodii *Muretus (e codice aliquo?)*, Q. Longini *Lipsius*, Q. Eulogii *uel* Eclogii *Casaub. (potius* Eglogi) 7 a fauno *G* 18 segtionibus (segc- *δ*) *Mδ et fere L, in quo* segition- *corr. uidetur ex* segnon- 20 filię *G*

R. genuerit. sed quod discrepat, sit in medio. ceterum P. 2
Vitellius domo Nuceria, siue ille stirpis antiquae siue puden-
dis parentibus atque auis, eques certe R. et rerum Augusti
procurator, quattuor filios amplissimae dignitatis cognomines
ac tantum praenominibus distinctos reliquit Aul(um), Q(uin-
tum), P(ublium), L(ucium). Aulus in consulatu obiit, quem
cum Domitio Neronis Caesaris patre inierat, praela⟨u⟩tus
alioqui famosusque cenarum magnificentia. Quintus caruit
ordine, cum auctore Tiberio secerni minus idoneos senatores
remouerique placuisset. P(ublius), Germanici comes, Cn. 3
Pisonem inimicum et interfectorem eius accusauit condemna-
uitque, ac post praeturae honorem inter Seiani conscios ar-
reptus et in custodiam fratri datus scalpro librario uenas sibi
incidit, nec tam mortis paenitentia quam suorum obtestatione
obligari curarique se passus in eadem custodia morbo periit.
L(ucius) ex consulatu Syriae praepositus, Artabanum Partho- 4
rum regem summis artibus non modo ad conloquium suum,
sed etiam ad ueneranda legionum signa pellexit. mox cum
Claudio principe duos insuper ordinarios consulatus censuramque
gessit. curam quoque imperi sustinuit absente eo expeditione
Britannica; uir innocens et industrius, sed amore libertinae
perinfamis, cuius etiam saliuis melle commixtis, ne clam
quidem aut raro sed cotidie ac palam, arterias et fauces pro
remedio fouebat. idem miri in adulando ingenii primus C. 5
Caesarem adorare ut deum instituit, cum reuersus ex Syria
non aliter adire ausus esset quam capite uelato circumuer-
tensque se, deinde procumbens. Claudium uxoribus libertisque
addictum ne qua non arte demereretur, proximo munere
a Messalina petit ut sibi pedes praeberet excalciandos; de-

---

16. 19 *Eutrop. VII 18, 1* pater eius non admodum clare natus tres tamen ordinarios gesserat consulatus. *Epit. 8, 1* patre L. Vitellio ter consule (*cf. p. 298, 3*).

---

5. 6 *praenomina perscripta habent GQ*S^2 (*l. 10 et 16 solus G*) 7 Caesaris *om. G* praelatus *Ω*, *corr. ed. Basil. a. 1533* 8 alioqui *MQ*, alioquin *GX*, eloquio *ΠR* 12 consocios *QLST* 15 in aedem *M*L^1*Pδ*, † inedia *ss.* L^2 custodię *LP*S^1, sub custodia *δ* 18 signa] uexilla *G* 23 arteria *MGδ* 25 adorari *Υ* instituit *Graevius* 28 qua *om. G* proximo *MGLP*, pro maximo *Υ'*, pro summo *Iac. Gronov.* 29 petit ut sibi *om. G* petiit *ΥT* exculciandos *MG*$Π^1$*R*, exosculandos *Q*

tractumque socculum dextrum inter togam tunicasque gesta-
uit assidue, nonnumquam osculabundus. Narcissi quoque et
Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. huius et illa uox
est: s a e p e f a c i a s, cum saeculares ludos edenti Claudio
3 gratularetur. decessit paralysi altero die quam correptus est,
duobus filiis superstitibus, quos ex Sestilia probatissima nec
ignobili femina editos consules uidit, et quidem eodem ambos
totoque anno, cum maiori minor in sex menses successisset.
defunctum senatus publico funere honorauit, item statua pro
rostris cum hac inscriptione: PIETATIS IMMOBILIS ERGA PRIN-
CIPEM.

2 A. Vitellius L. filius imperator natus est VIII. Kal. Oct.,
a. 15 p. C. uel ut quidam VII. Id. Sept., Druso Caesare Norbano Flacco
cons. genituram eius praedictam a mathematicis ita parentes
exhorruerunt, ut pater magno opere semper contenderit, ne
qua ei prouincia uiuo se committeretur, mater et missum ad
legiones et appellatum imperatorem pro afflicto statim la-
mentata sit. pueritiam primamque adulescentiam Capreis egit
inter Tiberiana scorta, et ipse perpetuo spint[he]riae cogno-
mine notatus existimatusque corporis gratia initium et causa
4 incrementorum patri fuisse; sequenti quoque aetate omnibus
probris contaminatus, praecipuum in aula locum tenuit, Gaio
per aurigandi, Claudio per aleae studium familiaris, sed ali-
quanto Neroni acceptior, cum propter eadem haec, tum pe-
culiari merito, quod praesidens certamini Neroneo cupientem
inter citharoedos contendere nec quamuis flagitantibus cunctis
promittere audentem ideoque egressum theatro reuocauerat,
quasi perseuerantis populi legatione suscepta, exorandumque
praebuerat.

5 Trium itaque principum indulgentia non solum honoribus
uerum et sacerdotiis amplissimis auctus, proconsulatum Afri-
cae post haec curamque operum publicorum administrauit et

5 es *M* 6 sextilia *POST*, *et sic apud Tac. hist. II 64 editur*
7 ditos *M*, edito *R*, edictos *Π* 12 Auitellius ML^1P, At uitellius
L^3OST (*praenomen perscriptum in ΠQ*, *om. in G*) 17 statim *om. T*,
ante pro *habet T* 18 capitis *T* 19 in perpetuo *X* (imp- *P*)
sphinterie *Π*, spinterie *ST* 22 *post* contaminatus *punctum ponit Roth*
24 cum] tum *TN et pro u. l. ss.* S^2 27 promittere] prodire *Becher*
28 exorabilemque *Bentley* 31 sacerdotib; *G*

uoluntate dispari et existimatione. in prouincia singularem innocentiam praestitit biennio continuato, cum succedenti fratri legatus substitisset; at in urbano officio dona atque ornamenta templorum subripuisse et commutasse quaedam ferebatur proque auro et argento stagnum et aurichalcum supposuisse.

Vxorem habuit Petroniam consularis uiri filiam et ex ea 6
filium Petronianum captum altero oculo. hunc heredem a matre sub condicione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit breuique, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii et quasi paratum ad scelus uenenum ex conscientia hausisset. duxit mox Galeriam Fundanam praetorio patre ac de hac quoque liberos utriusque sexus tulit, sed marem titubantia oris prope mutum et elinguem.

A Galba in inferiorem Germaniam contra opinionem mis- 7
sus est. adiutum putant T. Vini suffragio, tunc potentissimi et cui iam pridem per communem factionis Venetae fauorem conciliatus esset; nisi quod Galba prae se tulit nullos minus metuendos quam qui de solo uictu cogitarent, ac posse prouincialibus copiis profundam gulam eius expleri, ut cuiuis
euidens sit contemptu magis quam gratia electum. satis 2
constat exituro uiaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut uxore et liberis, quos Romae relinquebat, meritorio cenaculo abditis domum in reliquam partem anni ablocaret utque ex aure matris detractum unionem pignerauerit ad itineris impensas. creditorum quidem praestolantium ac detinentium turbam et in iis Sinuessanos Formianosque, quorum publica uectigalia interuerterat, non nisi terrore calumniae amouit, cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intendisset nec aliter quam extortis quinquaginta sestertiis remisisset.

---

2 continuo *B.-Crus.* 3 subtitisset *M*, substitutus esset *X*, *sic Graevius coniciens* decedenti *pro* succedenti 4 contaminasse *G* 5 stamnum *G*, stannum Π^1ς *et edd.* aurochalcum (-chalchum *G*) *MGL* 10 et *suspectum Bentleio* 11 hausit *X*, habuisse *Π* galerianam *T* fundatam *G* 14 in *om.* $\Pi^1 Q P S^1 N^1$ 15 uini *notaui ex L qui in talibus fide caret,* iuni MPS^1, iunii *rel., corr. Torr.* (*cf. Galba 14, 2*) 16 et] ut *Bentley* factionis Venetae] factionisuę *L*, *inde* factionis suae (sue) *POST et* ς *plurimi* 19 cuius *X* (*non T*) 20 sit *om. G* 23 ablocarit *Bentley*, oblocaret *Sabellicus* (*cf. Iul. 26*) 24 pigneraret *N* 25 creditorium *M* ac *post* quidem *add. G*

3 Aduenientem male animatus erga principem exercitus
pronusque ad res nouas libens ac supinis manibus excepit
uelut dono deum oblatum, ter consulis filium, aetate integra,
facili ac prodigo animo. quam ueterem de se persuasionem
Vitellius recentibus etiam experimentis auxerat, tota uia ca-
ligatorum quoque militum obuios exosculans perque stabula
ac deuersoria mulionibus ac uiatoribus praeter modum comis,
ut mane singulos iamne iantassent sciscitaretur seque fecisse
8 ructu quoque ostenderet. castra uero ingressus nihil cuiquam
poscenti negauit atque etiam ultro ignominiosis notas, reis
sordes, damnatis supplicia dempsit. quare uixdum mense
transacto, neque diei neque temporis ratione habita, ac iam
uespere, subito a militibus e cubiculo raptus, ita ut erat in
ueste domestica, imperator est consalutatus circumlatusque
per celeberrimos uicos, strictum Diui Iuli[i] gladium tenens
detractum delubro Martis atque in prima gratulatione porrec-
2 tum sibi a quodam. nec ante in praetorium rediit quam fla-
grante triclinio ex conceptu camini, cum quidem consterna-
tis et quasi omine aduerso anxiis omnibus: bono, inquit,
animo estote! nobis adluxit, nullo sermone alio apud mili-
tes usus. consentiente deinde etiam superioris prouinciae
exercitu, qui prior a Galba ad senatum defecerat, cognomen
Germanici delatum ab uniuersis cupide recepit, Augusti distu-
9 lit, Caesaris in perpetuum recusauit. ac subinde caede Gal-
bae adnuntiata, compositis Germanicis rebus, partitus est co-
pias, quas aduersus Othonem praemitteret quasque ipse per-
duceret. praemisso agmine laetum euenit auspicium, siqui-
dem a parte dextra repente aquila aduolauit lustratisque
signis ingressos uiam sensim antecessit. at contra ipso mo-
uente statuae equestres, cum plurifariam ei ponerentur, fractis
repente cruribus pariter corruerunt, et laurea; quam religio-

3 *u. ad p. 295, 16. 19* 4 *Auson. 259, 9* prodiga ... sceptra Vitelli.

3 uelut deo donum *X* (*at* ⱡ ter dō donū *P*, ter uⱡ dono deū deo donū *T*) 6 quosque *GS²N* obuios *om G* 8 iantassent *Mð*, iactassent (la-*Π*) *TPOT*, gentassent *G*, ientassent *LS* (*in L corr. ex* ieu- *ut uid.*) *et sic ss. in R, om. N* (*cf. Vit. 13*) 11 depressit *Q*, remisit *Bentley* 13 a militibus *om. G* 14 dominica *et ss.* i. domestica *G* (*m. 1*) 20 alio sermone *GT* 22 prius *T* (*uulg.*) 25 denunciata *G* 27 agmini *ed. Basil. 1533* 28 lustratisque ς (*ed. pr. Rom. II*), lustrauitque Ω

sissime circumdederat, in profluentem excidit; mox Viennae
pro tribunali iura reddenti gallinaceus supra umerum ac deinde
in capite astitit. quibus ostentis par respondit exitus; nam con-
firmatum per legatos suos imperium per se retinere non potuit.

De Betriacensi uictoria et Othonis exitu, cum adhuc in **10**
Gallia esset, audiit nihilque cunctatus, quicquid praetoria-
narum cohortium fuit, ut pessimi exempli, uno exauctorauit
edicto iussas tribunis tradere arma. centum autem atque
uiginti, quorum libellos Othoni datos inuenerat exposcentium
praemium ob editam in caede Galbae operam, conquiri et
supplicio adfici imperauit, egregie prorsus atque magnifice
et ut summi principis spem ostenderet, nisi cetera magis ex
natura et priore uita sua quam ex imperii maiestate gessisset.
namque itinere incohato per medias ciuitates ritu triumphan- 2
tium uectus est perque flumina delicatissimis nauigiis et ua-
riarum coronarum genere redimitis, inter profusissimos ob-
soniorum apparatus, nulla familiae aut militis disciplina, ra-
pinas ac petulantiam omnium in iocum uertens, qui non con-
tenti epulo ubique publice praebito, quoscumque libuisset in
libertatem asserebant, uerbera et plagas, saepe uulnera, non-
numquam necem repraesentantes aduersantibus. utque cam- 3
pos, in quibus pugnatum est, adit, abhorrentis quosdam cada-
uerum tabem detestabili uoce confirmare ausus est, optime
olere occisum hostem et melius ciuem. nec eo setius ad
leniendam grauitatem odoris plurimum meri propalam hausit
passimque diuisit. pari uanitate atque insolentia lapidem
memoriae Othonis inscriptum intuens dignum eo Mausoleo
ait, pugionemque, quo is se occiderat, in Agrippinensem co-
loniam misit Marti dedicandum. in Appennini quidem iugis
etiam peruigilium egit. urbem denique ad classicum introiit **11**
paludatus ferroque succinctus, inter signa atque uexilla, sagu-
atis comitibus ac detectis commilitonum armis.

Magis deinde ac magis omni diuino humanoque iure 2

---

2 super *GS* 5 bethriac- *G*, bebriac- *ΠR* 8 iusas *M*, iussa *$P\Pi^2R$* tribunas *Mδ*, -no *T* 10 praemia *uulg.* (*edd. Mediol. 1475 Bonon. 1488*) 11 aegiae *M*, *inde* regie *Pithoeus* 15 uario *N* (*Bentley*), *fort. recte* 21 repraesentantes *om. G* 22 adit *ML^2P*, adiit *rel. et N* 24 et] at *Ernesti*, set *G. Becker* 30 clasicum *M*, scasiscum *G*

neglecto Alliensi die pontificatum maximum cepit, comitia in decem annos ordinauit seque perpetuum consulem. et ne cui dubium foret, quod exemplar regendae rei p. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia inferias Neroni dedit ac sollemni conuiuio citharoedum placentem palam admonuit, ut *aliquid et de dominico diceret*, incohantique Neroniana cantica primus exultans etiam plausit.

12 talibus principiis magnam imperii partem non nisi consilio et arbitrio uilissimi cuiusque histrionum et aurigarum administrauit et maxime Asiatici liberti. hunc adulescentulum mutua libidine constupratum, mox taedio profugum cum Puteolis poscam uendentem reprehendisset, coiecit in compedes statimque soluit et rursus in deliciis habuit; iterum deinde ob nimiam contumaciam et furacitatem grauatus circumforano lanistae uendidit dilatumque ad finem muneris repente subripuit et prouincia demum accepta manumisit ac primo imperii die aureis donauit anulis super cenam, cum mane rogantibus pro eo cunctis detestatus esset seuerissime talem equestris ordinis maculam.

13 Sed uel praecipue luxuriae saeuitiaeque deditus epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispertiebat, in iantacula et prandia et cenas comisationesque, facile omnibus sufficiens uomitandi consuetudine. indicebat autem aliud alii eadem die, nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis
2 milibus nummum constiterunt. famosissima super ceteras

2 sqq. *Eutrop. VII 18, 4* cum Neroni similis esse uellet atque id adeo prae se ferret, ut etiam exequias Neronis . . . honoraret. 20 *Eutrop. VII 18, 2* graui saeuitia notabilis, praecipue ingluuie et uoracitate, quippe cum de die saepe quarto uel quinto feratur epulatus. *Oros. VII 8, 7* incredibili . . . uoracitatis appetitu. *cf. Lampr. Heliog. 24, 3* 25 *Eutrop. VII 18, 3* notissima certe cena memoriae mandata est, quam ei Vitellius frater exhibuit, in qua super ceteros duo milia piscium, septem auium adposita traduntur.

5 ac] ac ne *M* 6 et *om.* M^1Q (*in M praecedit* aliquit), etiam (ec-δ) *Nδ* de *om. G* dominico *MGΥ*, domitio *XN*, domino (dṇ̃ịc̣o) $Π^2$, dominicis *Hofstee* 12 puscam *Υ* 13 soluit *ed. Basil. a. 1533*, coluit *Ω*, ex(s)oluit *Oud.* iterum *om. G* 14 ferocitatem *X* (*at* furoc- *L*, u *in ras. m. 2*) *et fere edd.* circumforaneo ς *et uulg. post Sabellicum* 15 delatumque *Υ* 16 manu emisit *G* 21 in *om. X*, *corr.* L^2 iantacula *MGQ* († gentacula *G in marg. m. 1*), ientacula (gen- *HP*) *rel.* (*de* L^1 *non constat*), *cf. Vit. 7* 24 minoris *Ursinus*

fuit cena data ei aduenticia a fratre, in qua duo milia lectissi-
morum piscium, septem auium apposita traduntur. hanc quoque
exuperauit ipse dedicatione patinae, quam ob immensam magni-
tudinem clipeum Mineruae πολιούχου dictitabat. in hac
scarorum iocinera, phasianarum et pauonum cerebella, linguas
phoenicopterum, murenarum lactes a Parthia usque fretoque
Hispanico per nauarchos ac triremes petitarum commiscuit.
ut autem homo non profundae modo sed intempestiuae quoque 3
ac sordidae gulae, ne in sacrificio quidem umquam aut itinere
ullo temperauit, quin inter altaria ibidem statim uiscus et
farris †paene rapta e foco manderet circaque uiarum popinas
fumantia obsonia vel pridiana atque semesa.

Pronus uero ad cuiuscumque et quacumque de causa 14
necem atque supplicium nobiles uiros, condiscipulos et ae-
quales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem
imperii adlicefactos uario genere fraudis occidit, etiam unum
ueneno manu sua porrecto in aquae frigidae potione, quam
is adfectus febre poposcerat. tum faeneratorum et stipula- 2
torum publicanorumque, qui umquam se aut Romae debitum
aut in uia portorium flagitassent, uix ulli pepercit; ex qui-
bus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum statim-
que reuocatum, cunctis clementiam laudantibus, coram inter-
fici iussit, uelle se dicens pascere oculos; alterius poenae
duos filios adiecit deprecari pro patre conatos. sed et equitem 3
R. proclamantem, cum raperetur ad poenam: heres meus es,
exhibere testamenti tabulas coegit, utque legit coheredem
sibi libertum eius ascriptum, iugulari cum liberto imperauit.
quosdam et de plebe ob id ipsum, quod Venetae factioni
clare male dixerant, interemit contemptu sui et noua spe id

---

1 data est ei (*om. fuit*) *G* aduenticia *om. TN* 3 in *post* ipse *add. H* 4 TONΔYXOY (ᐃ *pro* Δ *in TT*) Ω, *corr. in edd. uet.* (*Rom. II al.*), *ss.* art ambabus *in LS* dictabat *M*, dictitabant *G* 5 scarorum sacrorum *M* fasianarum (fass- *MLS*[1]) *MGLPS*, fasianorum (fass- *R*) *HYN*, fasianorumque *T* paonum *MG* 6 phoenicopterorum *Roth* pathia *R* (*coniecerunt* Carpathio, Carteia, Carpetano) 7 nauarcos *MGXR* 11 farra ς (*ed. Rom. II*), farris frusta (-stra ε) ς, farris grana *Oud.*, farcimina *Bentley*, liba farris *Roth*, farris panes (*hoc pro* paene) *G. Becker* mandaret *G* 13 et quacumque *in marg. add. M*[2] 15 non *om. M* 18 tum (tunc *T*) *XT*, tam *MG*, iam *Salmasius recte puto* (*cf. Iul. 27*) 26 tabulas testamenti *G* utique *M*, ubique *Salmas.*

4 ausos opinatus. nullis tamen infensior quam uernaculis et mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat intra Kal. Oct. urbe Italiaque mathematici excederent, statim libellus propositus est, et Chaldaeos dicere, bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum

5 diem usquam esset. suspectus et in morte matris fuit, quasi aegrae praeberi cibum prohibuisset, uaticinante Chatta muliere, cui uelut oraculo adquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti extitisset. alii tradunt ipsam taedio praesentium et imminentium metu uenenum a filio impetrasse, haud sane difficulter.

15 Octauo imperii mense desciuerunt ab eo exercitus Moesiarum atque Pannoniae, item ex transmarinis Iudaicus et Syriaticus, ac pars in absentis pars in praesentis Vespasiani uerba iurarunt. ad retinendum ergo ceterorum hominum studium ac fauorem nihil non publice priuatimque nullo adhibito modo largitus est. dilectum quoque ea condicione in urbe egit, ut uoluntariis non modo missionem post uictoriam, sed etiam ueteranorum iustaeque militiae commoda pollice-

2 retur. urgenti deinde terra marique hosti hinc fratrem cum classe ac tironibus et gladiatorum manu opposuit, hinc Betriacenses copias et duces; atque ubique aut superatus aut proditus salutem sibi et milies sestertium a Flauio Sabino

---

13 *Eutrop. VII 18, 6* periit . . . imperii mense octauo et die uno (*μιᾶς προσδεούσης ἡμέρας Paean.*, septimo *Enmann*) *Epit. 8, 1* imperauit menses octo. *Victor Caes. 8, 6* tyrannidis octauo mense. *Oros. VII 8, 8* octauo quam regnum praesumpserat mense. 13 sq. *Victor Caes. 8, 2* quoniam legati Moesiae Pannonicique exercitus hortantium uenerant. *8, 3* Vespasianum perpulere, in quem iam Syriacae cohortes ob egregia uitae consenserant (*cf. Suet. Vesp. 6*). 24 *Victor Caes. 8, 5* Vitellius ab Sabino urbi praefecto, Vespasiani fratre, sestertium millies pepigerat arbitris militibus imperio decedere. *Oros. VII 8, 7* primum deponere molitus imperium.

---

1 opinatus (opp- *T*) *X*, obstinatus (obti- *R*) *MT*, obstinatosque *G* diuinaculis *Turnebus*, genethliacis *Madvig*, *aliter alii* et *del. Sabellicus* 5 positus *T* edicere *Ursinus* fatum *TLS* 6 calendarum *M* 7 extet *Bentley* matris morte *G* 8 chattha *MG* (h *prior expuncta in M*), catha *T* (Π^2), cata $X\Pi^1$ 10 alii *XN*, et alii *MTδ*, sed alii *G*, at alii *Burm.* 20 iustaque *Lipsius* 22 et *post* hinc *add. T* 24 sibi et] sibimet *G*, sibi *Valesius*

Vespasiani fratre pepigit; statimque pro gradibus Palati apud frequentes milites cedere se imperio quod inuitus recepisset professus, cunctis reclamantibus rem distulit ac nocte interposita primo diluculo sordidatus descendit ad rostra multisque cum lacrimis eadem illa, uerum e libello testatus est. rursus 3
interpellante milite ac populo et ne deficeret hortante omnemque operam suam certatim pollicente, animum resumpsit Sabinumque et reliquos Flauianos nihil iam metuentis ui subita in Capitolium compulit succensoque templo Iouis Optimi Maximi oppressit, cum et proelium et incendium e Tiberiana prospiceret domo inter epulas. non multo post paenitens facti et in alios culpam conferens uocata contione iurauit coegitque iurare et ceteros nihil sibi antiquius quiete publica fore. tunc solutum a latere pugionem consuli primum, deinde 4
illo recusante magistratibus ac mox senatoribus singulis porrigens, nullo recipiente, quasi in aede Concordiae positurus abscessit. sed quibusdam adclamantibus ipsum esse Concordiam, rediit nec solum retinere se ferrum affirmauit, uerum etiam Concordiae recipere cognomen; suasitque senatui, ut 16
legatos cum uirginibus Vestalibus mitterent pacem aut certe tempus ad consultandum petituros.

Postridie responsa opperienti nuntiatum est per explora-

8 *Eutrop. VII 18, 4* interfecto prius in urbe Sabino, Vespasiani imperatoris fratre, quem cum Capitolio incendit. *Victor Caes. 8, 5* sed postquam mox circumuentum se nuntio ratus est, quasi renouato furore ipsum ceterosque aduersae partis cum Capitolio, quod saluti remedium ceperant, cremauit. *Epit. 8, 4* per scalas Gemonias . . ., ubi Sabinum Vespasiani fratrem necari permiserat. *Oros. VII 8, 7* post a quibusdam animatus Sabinum, Vespasiani fratrem, nihil tum mali suspicantem, cum ceteris Flauianis in Capitolium compulit succensoque templo et mixta simul flamma ruinaque omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit. 22 sqq. *Victor Caes. 8, 6* ast ubi uera esse ac propinquare hostes patefactum est, productus e tugurio, quo se abdiderat, ianitoris iniecto laqueo parricidarum more ad scalas Gemonias perque eas pertractus; simul ictibus, quantum quisque ualuerat, confosso corpore in Tiberim deicitur. *Epit. 8, 3 sqq.* e Palatio, quo se abdiderat Vitellius, uinctis a tergo manibus productus circumducitur ad specta-

3 est *ante* professus (professis *M*[1]) *add. G* reclamantibus *S*ς (*in hoc ss.* † declamantibus) *aliique* ς (*Beroaldus*), declamantibus *rel.* (Ω) 5 uilla *G* 8 ui subdita *G*, sui (ui *S*, in *T*) subito *X* 10 oppressit. cum . . . epulas, non *uulgo distinguunt*, *rectius B.-Crusius et Madvig* e] et *M* 13 et *om. GT* (*uulg.*)

torem hostes appropinquare. continuo igitur abstrusus gestatoria sella duobus solis comitibus, pistore et coco, Auentinum et paternam domum clam petit, ut inde in Campaniam fugeret; mox leui rumore et incerto, tamquam pax impetrata esset, referri se in Palatium passus est. ubi cum deserta omnia repperisset, dilabentibus et qui simul erant, zona se aureorum plena circumdedit confugitque in cellulam ianitoris, religato pro foribus cane lectoque et culcita obiectis.

17 Irruperant iam agminis antecessores ac nemine obuio rimabantur, ut fit, singula. ab his extractus e latebra, sciscitantes, quis esset — nam ignorabatur — et ubi esse Vitellium sciret, mendacio elusit; deinde agnitus rogare non destitit, quasi quaedam de salute Vespasiani dicturus, ut custodiretur interim uel in carcere, donec religatis post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, ueste discissa seminudus in forum tractus est inter magna rerum uerborumque ludibria per totum uiae sacrae spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subrecto, ut uisen-
2 dam praeberet faciem neue summitteret; quibusdam stercore

culum uulgi. ac ne homo impudens in extremis saltem malorum, quae gesserat, rubore faciem demitteret, subiecto in mentum gladio, seminudus, multis caeno fimoque et ceteris turpioribus dictu purgamentis uultum eius incessentibus, per scalas Gemonias trahitur . . . numerosis ictibus confossus interiit. *Eutrop. VII 18, 5* interfectus . . . est magno dedecore: tractus per urbem Romam publice, nudus, erecto coma capite et subiecto ad mentum gladio, stercore in uultum et pectus ab omnibus obuiis adpetitus, postremo iugulatus et in Tiberim deiectus etiam communi caruit sepultura. *Oros. VII 8, 8 (ex Suet. et Eutropio)* destitutus adpropinquantibusque iam hostibus trepidus cum se in quandam proximam Palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus cum per uiam Sacram nudus duceretur, passim fimum in os eius coniectantibus in forum deductus, . . . apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris conpunctionibus excarnificatus atque inde unco tractus et in Tiberim mersus etiam communi caruit sepultura.

1 hostem *ΠQ* (*uulg.*) 3 petiit *T* ut inde] unde *Π*[1]*Q* 4 incerti *M*, incerte *L*[1] 6 simulauerant *G*, simul ierant *Bentley* 9 autem *ante* iam *add. Π* (*pars edd.*), *tres fere litt.* (iam?) *erasae in P* 11 ecubi esset (esset *T*[1]) Vitellius *Bentley*, et ubi esset Vitellius num *Madvig* 12 mendacio*lusit (o *in ras.*) *M* 17 sacrae *om. G* redacto (*corr. ex* reducto) *L*, reducta *TN*, erecto *Eutrop.* capite coma *S*, coma a capite *T*, a capite coma *N* noxiis solet *Casaub.* 18 subiecto *N et ς plurimi*, *cf. testim.*

et caeno incessentibus, aliis incendiarium et patinarium uociferantibus, parte uulgi etiam corporis uitia exprobrante; erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex uinulentia, uenter obesus, alterum femur subdebile impulsu olim quadrigae, cum auriganti Gaio ministratorem exhiberet. tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est et inde unco tractus in Tiberim.

18 Periit cum fratre et filio anno uitae septimo quinquagesimo; nec fefellit coiectura eorum qui augurio, quod factum ei Viennae ostendimus ⟨*cap. 9*⟩, non aliud portendi praedixerant quam venturum in alicuius Gallicani hominis potestatem, siquidem ab Antonio Primo aduersarum partium duce oppressus est, cui Tolosae nato cognomen in pueritia Becco fuerat: id ualet gallinacei rostrum.

---

8 *Eutrop. VII 18, 6* periit . . . aetatis anno septimo et quinquagesimo. *Epit. 8, 5* uixit annos quinquaginta septem. *cf. Victor Caes. 8, 6* annos natus quinquaginta et septem (septuaginta et quinque *codd.*) amplius.

---

1 incendinarium et platinarium *G* 4 uinolentia *GXTN* olim impulsu *G* 5 ministratorem se *GPOST*, se min. *δ* 9 qui] qui in *G* 10 ei *om. P* *$\overset{i}{u}$ennae *M* (i *erasa?*, i *ss. m. 2*) 14 gallinacii *G*
subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesar. uitellius explic. incipit uespasianus feliciter *M et sim. GIIRP* (feliciter *om. GR*, incip. uesp. feliciter *om. P*) explicit uitellus. incipit uespasianus feliciter *Q* explicit lib. VIIII. incipit de uespasiano lib. X *LS* (de uesp. *om. S*)



C. SVETONI TRANQVILLI
DE VITA CAESARVM

LIBER VIII

DIVVS VESPASIANVS DIVVS TITVS DOMITIANVS

DIVVS VESPASIANVS

1 Rebellione trium principum et caede incertum diu et quasi uagum imperium suscepit firmauitque tandem gens Flauia, obscura illa quidem ac sine ullis maiorum imaginibus, sed tamen rei p. nequaquam paenitenda, constet licet Domitianum cupiditatis ac saeuitiae merito poenas luisse.

2 T. Flauius Petro, municeps Reatinus, bello ciuili Pompeianarum partium centurio an euocatus, profugit ex Pharsalica acie domumque se contulit, ubi deinde uenia et missione impetrata coactiones argentarias factitauit. huius filius,

1 *Victor Caes. 9, 1* Vespasianus ... exsanguem diu fessumque (*cf. Sall. Cat. 39*) terrarum orbem breui refecit (*inde Epit. 9, 5. cf. 9, 16* Romana res publica exsanguis saeuitia tyrannorum). *cf. Vesp. 8 p. 314, 9* 3 *Eutrop. VII 19, 1* princeps obscure quidem natus, sed optimis comparandus. *Victor Caes. 8, 4 u. ad p. 310, 7* 6 *Victor Caes. 8, 4* Reatinis maioribus.

6 petronius *TI* 7 incertum sponte *post* centurio *add. X*

cognomine Sabinus, expers militiae — etsi quidam eum primipilarem, nonnulli, cum adhuc ordines duceret, sacramento solutum per causam ualitudinis tradunt — publicum quadragesimae in Asia egit; manebantque imagines a ciuitatibus ei positae sub hoc titulo: ΚΑΛΩϹ ΤΕΛΩΝΗϹΑΝΤΙ. postea 3 faenus apud Heluetios exercuit ibique diem obiit superstitibus uxore Vespasia Polla et duobus ex ea liberis, quorum maior Sabinus ad praefecturam urbis, minor Vespasianus ad principatum usque processit. Polla Nursiae honesto genere orta patrem habuit Vespasium Pollionem, ter tribunum militum praefectumque castrorum, fratrem senatorem praetoriae dignitatis. locus etiam ad sextum miliarium a Nursia Spoletium euntibus in monte summo appellatur Vespasiae, ubi Vespasiorum complura monumenta extant, magnum indicium splendoris familiae et uetustatis. non negauerim iactatum 4 a quibusdam Petronis patrem e regione Transpadana fuisse mancipem operarum, quae ex Vmbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare soleant; subsedisse autem in oppido Reatino uxore ibidem ducta. ipse ne uestigium quidem de hoc, quamuis satis curiose inquirerem, inueni.

Vespasianus natus est in Sabinis ultra Reate uico modico, 2 cui nomen est Falacrinae, XV. Kal. Decb. uesperi, Q. Sulpicio Camerino C. Poppaeo Sabino cons., quinquennio ante quam a. 9 p. C. Augustus excederet; educatus sub paterna auia Tertulla in praediis Cosanis. quare princeps quoque et locum incunabulorum assidue frequentauit, manente uilla qualis fuerat olim, ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret; et auiae memoriam tanto opere dilexit, ut sollemnibus ac festis diebus pocillo quoque eius argenteo potare perseuerauerit.

6 *Einhard. 3* diem obiit superstitibus liberis.

1 etsi] et *Υ*   3 publicanum *Sabellicus*   4 monebantque *Lipsius*, manent hodieque *Casaub.*   5 posito M^1 6 heluitios (heluttios *L*, eluitios *T*, heluiticos *G*) *Ω*, *forma uix Suetoniana*   ibidemque *G*   12 etiam nunc *Υ*   spoletum GS^2T 13 uespassiae *M*, uespasianae *Υ*   16 petroniis *MΥδ*   17 operarium *G*   21 sabinis ς (*Sabellicus*), samnis (sannis Π^1S, sâniis *T*) *Ω*   reatem *ΥS*   22 phalacrinae *MLPR*, phalacrine (-trine *T*) $G\Pi^2ST$ (*edd.*), phęrinę *Q*, pherine Π^1, Falacrino *Cluver.*   uesperiq(ue) *Ω*, *corr.* ς   25 incunabulo. R. *MR*, cunabulorum Π^1Q *et sic pro u. l. ss. R*   26 fuerit *LPSR* (*Bentley*)

2 Sumpta uirili toga latum clauum, quanquam fratre adepto, diu auersatus est, nec ut tandem appeteret compelli nisi a matre potuit. ea demum extudit magis conuicio quam precibus uel auctoritate, dum eum identidem per contumeliam anteambulonem fratris appellat.

3 Tribunatum militum in Thracia meruit; quaestor Cretam et Cyrenas prouinciam sorte cepit; aedilitatis ac mox praeturae candidatus, illam non sine repulsa sextoque uix adeptus est loco, ⟨h⟩a⟨n⟩c prima statim petitione et in primis. praetor infensum senatui Gaium ne quo non genere demereretur, ludos extraordinarios pro uictoria eius Germanica depoposcit poenaeque coniuratorum addendum censuit, ut insepulti proicerentur. egit et gratias ei apud amplissimum ordinem, quod se honore cenae dignatus esset.

3 Inter haec Flauiam Domitillam duxit uxorem, Statili Capellae equitis R. Sabratensis ex Africa delicatam olim Latinaeque condicionis, sed mox ingenuam et ciuem Rom. reciperatorio iudicio pronuntiatam, patre asserente Flauio Liberale Ferenti genito nec quicquam amplius quam quaestorio scriba. ex hac liberos tulit Titum et Domitianum et Domitillam. uxori ac filiae superstes fuit atque utramque adhuc priuatus amisit. post uxoris excessum Caenidem, Antoniae libertam et a manu, dilectam quondam sibi reuocauit in contubernium habuitque etiam imperator paene iustae uxoris loco.

4 Claudio principe Narcissi gratia legatus legionis in Ger-

---

15. 20 *Epit. 10, 1* Titus ... matre liberta Domitilla nomine genitus. *11, 1* Domitianus Vespasiani et Domitillae libertae filius, germanus Titi. 25 *Eutrop. VII 19, 1* ut qui a Claudio in Germaniam et deinde in Britanniam missus tricies et bis cum hoste conflixerit, duas ualidissimas gentes, uiginti oppida, insulam Vectam Britanniae proximam imperio Romano adiecerit.

---

3 extulit *GQST* 5 appellabat *Q* 6 Tribunus *Torr. et sic e codd. (?) affert Glareanus; cf. Iul. 5 Tit. 4* 8 illam *Torr.* (aedilitatem *praeiuerat Glareanus*), etiam *Ω*, eam *Pighius,* sed eam *uel* et eam *uel* et illam *alii* 9 es *M* loco *post* sextoque *exhibent Υ* (*uulg.*) hanc *Bentley* (*Duker*), ac *Ω*, at *Glareanus,* at hanc *Oud.* 10 p̃ter *G* infensum *Lipsius,* infensus *MX*Π^2*R,* infensos *G*Π^1*Q* 14 est Π^1*Q* 16 sabracensis *LT,* scabrat- *P*^{1}*S,* sabiat- *ΠQ* delicatam *M*^{1}, deligatam *M*^{2}*LT,* delegatam *GΥPS* 18 liberalẽ ferente *G* 23 missam *post* manu *add. G,* missam *pro glossa adscr. ε*

maniam missus est; inde in Britanniam translatus tricies cum hoste conflixit. duas ualidissimas gentes superque uiginti oppida et insulam Vectem Britanniae proximam in dicionem redegit partim Auli Plauti legati consularis partim Claudi[i] ipsius ductu.
quare triumphalia ornamenta et in breui spatio duplex sacer- 2
dotium accepit, praeterea consulatum, quem gessit per duos nouissimos anni menses. medium tempus ad proconsulatum usque in otio secessuque egit, Agrippinam timens potentem adhuc apud filium et defuncti quoque Narcissi amici perosam.

Exim sortitus Africam integerrime nec sine magna di- 3
gnatione administrauit, nisi quod Hadrumeti seditione quadam rapa in eum iacta sunt. rediit certe nihilo opulentior, ut qui prope labefactata iam fide omnia praedia fratri obligaret necessarioque ad mangonicos quaestus sustinendae dignitatis causa descenderit; propter quod uulgo m u l i o uocabatur. conuictus quoque dicitur ducenta sestertia expressisse iuueni, cui latum clauum aduersus patris uoluntatem impetrarat, eoque nomine grauiter increpitus.

Peregrinatione Achaica inter comites Neronis cum can- 4
tante eo aut discederet saepius aut praesens obdormisceret, grauissimam contraxit offensam, prohibitusque non contubernio modo sed etiam publica salutatione secessit in paruam ac deuiam ciuitatem, quoad latenti etiamque extrema metuenti prouincia cum exercitu oblata est.

Percrebruerat Oriente toto uetus et constans opinio esse 5
in fatis ut eo tempore Iudaea profecti rerum potirentur. id

---

25 sqq. *Oros. VII 9, 2* Iudaei . . . quibusdam in Carmelo monte (*u. p. 311, 22*) seducti sortibus, quae portenderent exortos a Iudaea duces rerum potituros fore, praedictumque ad se trahentes in rebellionem exarserunt extinctisque Romanis praesidiis legatum quoque Syriae suppetias ferentem rapta aquila caesisque copiis fugauerunt.

---

1 in *om. M* tricies et bis *Eutrop.* 2 xx. *GTL* 3 Vectam *Eutrop.* (*Βέκτην Paean.*) deditionem *GΠ* 4 plauti palati *M,* palatini (-tani *Q*) *T* 9 amicos perosam ς (*edd. pr. Rom.*), amicitiam periculosam *Modd.* 10 Exim *M,* Exin *rel., cf. Galba 6* 11 quiddam rapinarum in eum iactarunt *G* 13 labefacta *X* (-tata L^2) fratri praedia *G* obligauerit (*et ss.* ł ret) ε, obligarit *Egnatius* 16 cui *Sabellicus* (ς?), qui *Ω* 22 satisfactione *T* 23 etiamque] et iam *Bentley* (*cf. Cal. 2*) 25 percrubuerat *M,* -buerat *etiam rel. praeter* $L^1 Π^2 Q$ esse in fatis *om. G*

de imperatore Romano, quantum postea euentu paruit, praedictum Iudaei ad se trahentes rebellarunt caesoque praeposito legatum insuper Syriae consularem suppetias ferentem rapta aquila fugauerunt. ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore et non instrenuo duce, cui tamen tuto tanta res committeretur, opus esset, ipse potissimum delectus est ut et industriae expertae nec metuendus ullo modo
6 ob humilitatem generis ac nominis. additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter legatos maiore filio assumpto, ut primum prouinciam attigit, proximas quoque conuertit in se, correcta statim castrorum disciplina, unoque et altero proelio tam constanter inito, ut in oppugnatione castelli lapidis ictum genu scutoque sagittas aliquot exceperit.

5 Post Neronem Galbamque Othone ac Vitellio de principatu certantibus in spem inperii uenit iam pridem sibi per haec ostenta conceptam.

2 In suburbano Flauiorum quercus antiqua, quae erat Marti sacra, per tres Vespasiae partus singulos repente ramos a frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiusque fati: primum exilem et cito arefactum, ideoque puella nata non perannauit, secundum praeualidum ac prolixum et qui magnam felicitatem portenderet, tertium uero instar arboris. quare patrem Sabinum

4 sqq. *Victor Caes. 8, 1* Iudaeorum bello, quod Neronis iussu susceperat. *cf. Oros. VII 9, 3* ad hos (*Iudaeos*) Vespasianus a Nerone missus (*Hier. chron. a. 2084*). 7 *Victor Caes. 8, 4* Vespasianus noua senator familia ... industria rebusque pacis ac militiae longe nobilis habebatur. *cf. ad p. 306, 3* 8 sqq. *Oros. VII 9, 3* Titum filium suum maiorem inter legatos habuit; nam multas et ualidas legiones secum in Syriam traiecit. 11 *cf. Eutrop. VII 20, 1* diligens ... coercitor disciplinae militaris (*cf. cap. 8*).

1 postea uentu *M*, euentu postea *Π* (*pars edd.*) apparuit *δ*, patuit ς 2 debellarunt *Υ*, rebellarant *Bentley* 5 cum ⟨et⟩ *Bentley* 7 industriae expertae *ΠQ*, industria experti *MR*, industria expertus *GX* 9 legionibus duabus *et tum* coherentibus *G* 10 prouinciam ⟨suam⟩ *G. Becker* 12 uno quoque *ΠQ* (*uulg.*) 13 ictu *M* scutoque sagittas *X* (scutosque *L*[1]), scuto sagittasque *M*, scutoque sagittasque *G*, scuto sagittas *Υ* (*uulg.*), scuto sagittas ⟨quo⟩que *Bücheler* 18 quae *Π*[2]*QR*, *post* sacra *habet S*, *post* erat *ponit Bentley*, *om. rel.* (*Ω*), *inde* ea *post* sacra *suppl. G. Becker*, quae erat *in optimo cod. deesse testatur Torr. deletque Ernesti* 19 repente *om. X* (*add. L*[2]) an frutices *Lipsius*, a fomite *Gujetus*, a radice *Bentley* 20 edidit *Bentley*

ferunt, haruspicio insuper confirmatum, renuntiasse matri, ne-
potem ei Caesarem genitum; nec illam quicquam aliud quam
cachinnasse, mirantem quod adhuc se mentis compote
deliraret iam filius suus.

Mox, cum aedilem eum C. Caesar, succensens curam 3
uerrendis uiis non adhibitam, luto iussisset oppleri congesto
per milites in praetextae sinum, non defuerunt qui interpre-
tarentur, quandoque proculcatam desertamque rem p. ciuili
aliqua perturbatione in tutelam eius ac uelut in gremium de-
uenturam.

Prandente eo quondam canis extrarius e triuio manum 4
humanam intulit mensaeque subiecit. cenante rursus bos
arator decusso iugo triclinium irrupit ac fugatis ministris
quasi repente defessus procidit ad ipsos accumbentis pedes
ceruicemque summisit. arbor quoque cupressus in agro auito
sine ulla ui tempestatis euulsa radicitus atque prostrata inse-
quenti die uiridior ac firmior resurrexit.

At in Achaia somniauit initium sibi suisque felicitatis 5
futurum, simul ac dens Neroni exemptus esset; euenitque ut
sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei osten-
deret tantumque quod exemptum.

Apud Iudaeam Carmeli dei oraculum consulentem ita con- 6
firmauere sortes, ut quidquid cogitaret uolueretque animo
quamlibet magnum, id esse prouenturum pollicerentur; et
unus ex nobilibus captiuis Iosephus, cum coiceretur in uin-
cula, constantissime asseuerauit fore ut ab eodem breui sol-
ueretur, uerum iam imperatore. nuntiabantur et ex urbe 7
praesagia: Neronem diebus ultimis monitum per quietem, ut
tensam Iouis Optimi Maximi e sacrario in domum Vespasiani

---

22 *u. ad p. 309, 25* 25 *Oros. VII 9, 3* maxime Iosephi Iudaeorum ducis sententia, qui captus cum in uincla coiceretur, constantissime dixerat, sicut Suetonius refert, continuo se ab eodem sed imperatore soluendum (*VII 9, 7* propter praedictum imperium).

---

5 succensus *MLP*, offensus *Bentley* 14 ipsius ς 17 surrexit *G* 18 Et *GQ* 21 tantumque quod *MGLPQδ*, recenter quod *R*, recenter *Π*[1]*ST*, recenter quidem *Π*[2], tantum quod ς 24 esset *G* (*edd. uet. plures, Salmas., Bentley*) id *post* prouenturum *iterat G* 25 captiuus *ΠR* iosepus *M* 27 imperatori *MGδ*, ab imperatore *T* et *om. PST*

et inde in circum deduceret; ac non multo post comitia secundi consulatus ineunte Galba statua⟨m⟩ Diui Iuli ad Orientem sponte conuersa⟨m⟩, acieque Betriacensi, prius quam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium conflixisse uictaque altera superuenisse tertiam ab solis exortu ac uictri-
6 cem abegisse. nec tamen quicquam ante temptauit, promptissimis atque etiam instantibus suis, quam sollicitatus quorundam et ignotorum et absentium fortuito fauore.

2 Moesiaci exercitus bina e tribus legionibus milia missa auxilio Othoni, postquam ingressis iter nuntiatum est uictum eum ac uim uitae suae attulisse, nihilo setius Aquileiam usque perseuerauerunt, quasi rumori minus crederent. ibi per occasionem ac licentiam omni rapinarum genere grassati, cum timerent ne sibi reuersis reddenda ratio ac subeunda poena esset, consilium inierunt eligendi creandique imperatoris; neque enim deteriores esse aut Hispaniensi exercitu qui Galbam, aut praetoriano qui Othonem, aut Germaniciano qui Vitellium
3 fecissent. propositis itaque nominibus legatorum consularium, quot ubique tunc erant, cum ceteros alium alia de causa improbarent et quidam e legione tertia, quae sub exitu Neronis translata ex Syria in Moesiam fuerat, Vespasianum laudibus ferrent, assensere cuncti nomenque eius uexillis omnibus sine mora inscripserunt. et tunc quidem compressa res est reuocatis ad officium numeris parumper. ceterum diuulgato facto Tiberius Alexander praefectus Aegypti primus in uerba Vespasiani legiones adegit Kal. Iul., qui principatus dies in posterum obseruatus est; Iudaicus deinde exercitus V. Idus Iul. apud ipsum iurauit.

15 sqq. *Victor Caes. 8, 3* milites praedicti, postquam Othonem praetoriis, Vitellium Germanicianis legionibus factum comperere, aemuli, ut inter se solent, ne dissimiles uiderentur, Vespasianum perpulere. *Oros. VII 8, 3* de Hispania siquidem ilico Galba surrexerat; quo mox oppresso Otho Romae, Vitellius in Germania, Vespasianus in Syria imperia simul atque arma rapuerunt.

2 statuam — conuersam ς (*edd. pr. Rom.*) 3 bretiacensi (breciac- *LT*, bretic- *Υ*) *Ω*, bebriac- *uulg.* concurreretur *Bentley* 5 supereuenisse *M* solis ortu *ΤL*[1], exortu solis *PT* 9 e *om. LP*, cum *ST* 12 perseuer̃ *M*[1] 16 esse ⟨se⟩ *Bücheler* 19 alii alium alia *POT* implorarent *Υ* 20 quidem *M* 22 efferrent *Gδ* 24 muneris *X et pro u. l. Π*[2] 26 allegit (adl- *Q*) *Υ* 26—27 qui *usque* idus iul. *om. GΠ*[1]*Q* 27 idus] nonas *ex Tac. hist. II 79 uolunt multi*

Plurimum coeptis contulerunt iactatum exemplar epistu- 4
lae uerae siue falsae defuncti Othonis ad Vespasianum ex-
trema obtestatione ultionem mandantis et ut rei p. subueniret
optantis, simul rumor dissipatus destinasse uictorem Vitel-
lium permutare hiberna legionum et Germanicas transferre
in Orientem ad securiorem mollioremque militiam, praeterea
ex praesidibus prouinciarum Licinius Mucianus et e regibus
Vologaesus Parthus; ille deposita simultate, quam in id tem-
pus ex aemulatione non obscure gerebat, Syriacum promisit
exercitum, hic quadraginta milia sagittariorum.

Suscepto igitur ciuili bello ac ducibus copiisque in Italiam 7
praemissis interim Alexandriam transiit, ut claustra Aegypti op-
tineret. hic cum de firmitate imperii capturus auspicium aedem
Serapidis summotis omnibus solus intrasset ac propitiato mul-
tum deo tandem se conuertisset, uerbenas coronasque et pani-
ficia, ut illic assolet, Basilides libertus obtulisse ei uisus est; quem
neque admissum a quoquam et iam pridem propter neruorum
ualitudinem uix ingredi longeque abesse constabat. ac statim
aduenere litterae fusas apud Cremonam Vitelli copias, ipsum
in urbe interemptum nuntiantes.

Auctoritas et quasi maiestas quaedam ut scilicet inopi- 2
nato et adhuc nouo principi deerat; haec quoque accessit.
e plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure
sedentem pro tribunali pariter adierunt orantes opem ualitu-
dini demonstratam a Serapide per quietem: restituturum ocu-
los, si inspuisset; confirmaturum crus, si dignaretur calce
contingere. cum uix fides esset ullo modo rem successuram 3

7 *Victor Caes. 9, 10* at bello rex Parthorum Vologesus in pacem coactus (*inde paullo aliter Epit. 9, 12*). 11 *Victor Caes. 8, 5* huius legatorum in Italiam transgressu. 12 *Oros. VII 9, 3* per Alexandriam profectus est Romam; sed cognita interfectione Vitelli paulisper Alexandriae substitit (*Hier. chron. a. 2085 a*). 19 *Victor Caes. 8, 5* fusisque apud Cremonam suis (*Vitellianis*).

2 ⟨siue⟩ uerae *C. F. W. Müller* 4 hortantis ς (*sic uel* orantis *Bentley*) 6 melioremque ς 7 municianus *X* 8 uologesus *GTS* 12 transit *LST* (*non P*) 13 infirmitate *GQ* 15 se *om.* $\Pi^1 Q$ 16 bassilides *Mε* libertus *del. Torr.*, uberius *Bentley*, liberius *Oud.* (*cf. Tac. hist. IV 82*) 18 gredi *et* in *ss. R* se abesse *Mδ*, abesse se $\Pi^2 R$ (a longo tempore posse *Bentley*) ac] et *M* 21 ut solet *cod. Torr.* 23 debilis *Π*ς 24 sedentem *om. ΠR* ualitudinis *Π*ς 25 a] ac *M* 26 si (*post* oculos) *om.* M^1

ideoque ne experiri quidem auderet, extremo hortantibus amicis palam pro contione utrumque temptauit, nec euentus defuit. per idem tempus Tegeae in Arc[h]adia instinctu uaticinantium effossa sunt sacrato loco uasa operis antiqui atque in iis assimilis Vespasiano imago.

8 Talis tantaque cum fama in urbem reuersus acto de Iudaeis triumpho consulatus octo ueteri addidit; suscepit et censuram ac per totum inperii tempus nihil habuit antiquius quam prope afflictam nutantemque rem p. stabilire primo, deinde et ornare.

2 Milites pars uictoriae fiducia, pars ignominiae dolore ad omnem licentiam audaciamque processerant; sed et prouinciae ciuitatesque liberae, nec non et regna quaedam tumultuosius inter se agebant. quare Vitellianorum quidem et exauctorauit plurimos et coercuit, participibus autem uictoriae adeo nihil extra ordinem indulsit, ut etiam
3 legitima praemia sero persoluerit. ac ne quam occasionem corrigendi disciplinam praetermitteret, adulescentulum fragrantem unguento, cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret, nutu aspernatus, uoce etiam grauissima increpuit: maluissem alium oboluisses, litterasque reuocauit. classiarios uero, qui ab Ostia et Puteolis Romam pedibus per uices commeant, petentes constitui aliquid sibi calciarii nomine, quasi parum esset sine responso abegisse, iussit posthac excalciatos cursitare; et ex eo ita cursitant.

---

6 *Eutrop. VII 20, 1* hic cum filio Tito de Hierusolymis triumphauit. *Oros. VII 9, 8* Vespasianus et Titus imperatores magnificum agentes de Iudaeis triumphum urbem ingressi sunt (*cf. Tit. 6 Dom. 2*).
8 *Einhard. 27* neque ille toto regni sui tempore quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma ... uetere polleret auctoritate et ecclesia ... esset ornata. 9 *cf. Victor Caes. 9, 1* (*ad p. 306, 1*)
11 sqq. *Eutrop. VII 20, 1* (*u. ad 310, 11*)

---

1 quidam *M*[1] orantibus *H* 2 amicis *om. G* nec defuit euentus *H* 5 his (hiis *L*) *codd. praeter R* 9 nutantem rem publicam *G* 10 deinde exornare *Lς* 17 persolueret *G* 19 fragrantem *Tς*, fragl- *HGLΠQN*[2], flagr- *MRPSN*[1] p̄tura *G* 21 allium *QR* 23 per uicos ς commeabant *POST* 25 post h(a)ec *XT* (*uulg.*) exculciatos *G*, discalciatos *T*

Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum liber- 4
tate adempta, item Trachiam Ciliciam et Commagenen
dicionis regiae usque ad id tempus, in prouinciarum formam
redegit. Cappadociae propter adsiduos barbarorum incursus
legiones addidit consularemque rectorem imposuit pro eq. R.

Deformis urbs ueteribus incendiis ac ruinis erat; uacuas 5
areas occupare et aedificare, si possessores cessarent, cuicum-
que permisit. ipse restitutionem Capitolii adgressus ruderi-
bus purgandis manus primus admouit ac suo collo quaedam
extulit; aerearumque tabularum tria milia, quae simul confla-
grauerant, restituenda suscepit undique inuestigatis exemplari-
bus: instrumentum imperii pulcherrimum ac uetustissimum,
quo continebantur paene ab exordio urbis senatus consulta,
plebi[s] scita de societate et foedere ac priuilegio cuicumque
concessis. fecit et noua opera templum Pacis foro proximum 9
Diuique Claudi in Caelio monte coeptum quidem ab Agrip-
pina, sed a Nerone prope funditus destructum; item amphi-
theatrum urbe media, ut destinasse compererat Augustum.

Amplissimos ordines et exhaustos caede uaria et conta- 2

1 *Eutrop. VII 19, 4* Achaiam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, quae liberae ante id tempus fuerant, item Thraciam, Ciliciam (*Θρᾷκάς τε ἐπὶ τούτοις καὶ Κίλικας Paeanius*), Commagenen, quae sub regibus amicis egerant, in prouinciarum formam redegit (*inde Hier. chron. a. 2090*). *Epit. 9, 13* Syria, cui Palaestina nomen est (*haec ex Vict. Caes. 9, 10; cf. Eutrop. VII 19, 3*), Ciliciaque ac Thracia (trachia *codd.*) et Commagene ... prouinciis accessère. *Oros. VII 9, 10* Achaia, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samus, Thracia, Cilicia, Commagene tunc primum redactae in prouincias Romanis iudicibus legibusque paruerunt (*ex Eutropio potius*). 6 *Epit. 9, 8* Romam deformem incendiis ueteribus ac ruinis, permissa, si domini deessent, uolentibus aedificandi copia, Capitolium, aedem Pacis, Claudii monumenta reparauit multaque noua instituit. *Victor Caes. 9, 7* Romae Capitolium, quod conflagrauisse supra memorauimus, aedes Pacis, Claudii monumenta, amphitheatri tanta uis multaque alia (multaeque aliae *codd.*) ac forum coepta seu patrata. 19 sqq. *Victor Caes. 9, 9* censu more ueterum exercito senatu motus probrosior quisque, ac lectis undique optimis uiris mille gentes compositae, cum ducentas aegerrime repperisset extinctis saeuitia tyrannorum plerisque (*inde Epit. 9, 11*).

2 Trachiam *Bentley* (Tracheam *Turnebus*), thraciam *Ω* (thratiam *QS*[1], trachiam *Π*, traciam *T*), *cf. testim. supra* ciliciamque *G* 4 redigit *M* 9 primus manus *G* 13 consultam *M*, consulta ac (*uel* et) *Bentley* 19 amplissimum *Lipsius iungens cum praecedentibus*

minatos ueteri neglegentia purgauit suppleuitque recenso senatu et equite, summotis indignissimis et honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto. atque uti notum esset, utrumque ordinem non tam libertate inter se quam dignitate differre, de iurgio quodam senatoris equitisque R. ita pronuntiauit, non oportere maledici senatoribus, remaledici ciuile fasque esse.

10 Litium series ubique maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis intercapedine iuris dictionis, accedentibus nouis ex condicione tumultuque temporum; sorte elegit per quos rapta bello restituerentur quique iudicia centumuiralia, quibus peragendis uix suffectura litigatorum uidebatur aetas, extra ordinem diiudicarent redigerentque ad breuissimum numerum.

11 Libido atque luxuria coercente nullo inualuerat; auctor senatui fuit decernendi, ut quae se alieno seruo iunxisset, ancilla haberetur; neue filiorum familiarum faeneratoribus exigendi crediti ius umquam esset, hoc est ne post patrum quidem mortem.

Ceteris in rebus statim ab initio principatus usque ad
12 exitum ciuilis et clemens, mediocritatem pristinam neque dissimulauit umquam ac frequenter etiam prae se tulit. quin et conantis quosdam originem Flauii generis ad conditores Reatinos comitemque Herculis, cuius monimentum extat Salaria uia, referre irrisit ultro. adeoque nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetiuit, ut triumphi die fatigatus tarditate et taedio pompae non reticuerit, merito se plecti, qui triumphum, quasi aut debitum maioribus suis aut speratum umquam sibi, tam inepte senex concupisset. ac ne tribuniciam quidem potestatem ⟨. . .⟩ patris patriae appellationem nisi sero recepit. nam consuetudinem scrutandi salutantes manente adhuc bello ciuili omiserat.

20 *cf. Eutrop. VII 19, 2* Romae se in imperio moderatissime gessit.

4 inter se *T*, in se *MGX*, *om. N* 7 uile *ΠQ* (*tum* inesse *Q*) 11 centumuirilia *MGT* (*corr.* Π^2) 16 decernendę *M*, -de *δ* 17 familiarium *MXRδ* (*non T*) 18. 19 hoc est *usque* mortem *glossema putant Burm. Oud.* 24 uia salaria *T′* 30 tribunitia — potestate *ΠQ* nec *ante* patris *add. G* (*G. Becker*), et *ς* (*ed. pr. Ven., uulg.*), aut *Roth,* statim *O. Hirschfeld et O. Rossbach,* statim nec *Bücheler*

Amicorum libertatem, causidicorum figuras ac philosophorum contumaciam lenissime tulit. Licinium Mucianum notae impudicitiae, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, numquam nisi clam et hactenus retaxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum querens adderet clausulam: e g o t a m e n u i r s u m. Saluium Liberalem in defensione diuitis rei ausum dicere: q u i d a d C a e s a r e m, s i H i p p a r c h u s s e s t e r t i u m m i l i e s h a b e t? et ipse laudauit. Demetrium Cynicum in itinere obuium sibi post damnationem ac neque assurgere neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit c a n e m appellare. 13

Offensarum inimicitiarumque minime memor executorue Vitelli[i] hostis sui filiam splendidissime maritauit, dotauit etiam et instruxit. trepidum eum interdicta aula sub Nerone quaerentemque, quidnam ageret aut quo abiret, quidam ex officio admissionis simul expellens a b i r e M o r b o u i a m iusserat. in hunc postea deprecantem non ultra uerba excanduit, et quidem totidem fere atque eadem. nam ut suspicione aliqua uel metu ad perniciem cuiusquam compelleretur tantum afuit, ut monentibus amicis cauendum esse Mettium Pompusianum, quod uolgo crederetur genesim habere impera- 14

1 *Eutrop. VII 20, 1* conuicia a causidicis et philosophis in se dicta leniter (leuiter *codd.*, *μὴ βαρέως Paean.*) tulit. *Epit. 9, 3 sq.* ferebat patienter amicorum motus, contumeliis eorum, ut erat facetissimus, iocularibus respondens. namque Licinium Mucianum, quo adiutore ad imperium peruenerat, fiducia meritorum insolentem lepide flectebat, adhibito aliquo utrique familiari, id unum dicens: 'nosti me uirum esse'. sed quid mirum in amicis, cum etiam causidicorum obliqua dicta (*cf. Dom. 2 p. 336, 3*) et philosophorum contumaciam contemneret? 12 *Eutrop. VII 20, 1* offensarum et (et *om. pars codd.*) inimicitiarum immemor fuit. *Epit. 9, 2* huius inter cetera bona illud singulare fuit inimicitias obliuisci, adeo ut Vitellii hostis sui filiam locupletissime dotatam splendidissimo coniungeret uiro. 20 *Epit. 9, 14* monentibus amicis, ut (ut *om. Landolf.*) caueret a Metio (Mettio *Landolf.*) Pomposiano, de quo sermo percrebuerat regnaturum (fore *add. Landolf.*), consulem fecit alludens tali cauillo: quandoque memor erit tanti beneficii.

1 ac *om. N* 5 clausulam *Duker,* clausulae *Ω* 11 canem habuit *T* 13 dotauitque *uulg. post ed. Ven. I* (maritatam dotauit *Bentley*) 17 non] haud *ς* (*edd. princ., uulg.*) 18 atque eadem fere *G* 20 esset (e͡e͡t) *L*[1], esse et *POS* (*non T*) metium *XT* (*corr. L*[2])

toriam, insuper consulem fecerit, spondens quandoque beneficii memorem futurum.

15 Non temere quis punitus insons reperi[r]etur nisi absente eo et ignaro aut certe inuito atque decepto. Heluidio Prisco, qui et reuersum se ex Syria solus priuato nomine Vespasianum salutauerat et in praetura omnibus edictis sine honore ac mentione ulla transmiserat, non ante succensuit quam altercationibus insolentissimis paene in ordinem redactus. hunc quoque, quamuis relegatum primo, deinde et interfici iussum, magni aestimauit seruare quoquo modo, missis qui percussores reuocarent; et seruasset, nisi iam perisse falso renuntiatum esset. ceterum neque caede cuiusquam umquam ⟨. . . . .⟩ iustis suppliciis inlacrimauit etiam et ingemuit.

16 Sola est, in qua merito culpetur, pecuniae cupiditas. non enim contentus omissa sub Galba uectigalia reuocasse, noua et grauia addidisse, auxisse tributa prouinciis, nonnullis et duplicasse, negotiationes quoque uel priuato pudendas propalam exercuit, coemendo quaedam tantum ut pluris post-
2 ea distraheret. ne candidatis quidem honores reisue tam innoxiis quam nocentibus absolutiones uenditare cunctatus est. creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret; quibus quidem uolgo pro spongiis

9. 12sq. *cf. Eutrop. VII 19, 2* placidissimae lenitatis, ut qui maiestatis quoque contra se reos non facile puniret ultra exilii poenam. *cf. Vict. Caes. 9, 2 sq.* (*Epit. 9, 5*) 14 sqq. *Victor Caes. 9, 6* infirmus tamen, uti quidam praue putant, aduersum pecuniam, cum satis constet aerarii inopia ac labe (et clade *Epit.*) urbium nouas eum neque aliquamdiu postea habitas uectigalium pensiones exquisiuisse (*inde Epit. 9, 7*). *Eutrop. VII 19, 2* pecuniae tantum auidior fuit, ita ⟨tamen⟩ ut eam nulli iniuste auferret. quam cum omni diligentiae prouisione colligeret, tamen studiosissime largiebatur, praecipue indigentibus. nec facile ante eum cuiusquam principis uel maior est liberalitas comperta uel iustior.

3 reperietur ε (*ss.* ✝ reperiretur) *Salmas.*, reperiretur Ω (repp- *G*, reperitur *T*) 5 reuersus ex *ΠR* Vespasianum *del. Polak* 7 suscensuit *L* 12 laetatus *suppl.* ς (*uulg.*), gauisus *O. Rossbach*, laetatus est et *Roth*, laetatus est et quamuis *Bücheler* 13 suppliciis iustis *G* etiam et *MGLP*, etiam *Q*, neque etiam *Π*, neque etiam et *RST*, neque non etiam *Is. Vossius legens* quamquam *pro* umquam 18 quaedam *om. T* 19 nec *ΠQSTNδ* candidatis *T'N*, candidatus *rel.*

dicebatur uti, quod quasi et siccos madefaceret et exprimeret umentis.

Quidam natura cupidissimum tradunt, idque exprobratum 3
ei a sene bubulco, qui negata[m] sibi gratuita[m] libertate[m], quam imperium ade[m]ptum suppliciter orabat, proclamauerit, uulpem pilum mutare, non mores. sunt contra qui opinentur ad manubias et rapinas necessitate compulsum summa aerarii fiscique inopia, de qua testificatus sit initio statim principatus, professus quadringenties milies opus esse, ut res p. stare posset. quod et ueri similius uidetur, quando et male partis optime usus est. in omne hominum genus liberalissi- 17
mus expleuit censum senatorium, consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentauit, plurimas per totum orbem ciuitates terrae motu aut incendio afflictas restituit in melius, ingenia et artes uel maxime fouit. primus e fisco Latinis 18
Graecisque rhetoribus annua centena constituit; praestantis poetas, nec non et artifices, Coae Veneris, item Colossi refectorem insigni congiario magnaque mercede donauit; mechanico quoque grandis columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti praemium pro commento non mediocre optulit operam remisit praefatus sineret se plebiculam pascere. ludis, per quos scaena Marcelliani theatri 19
restituta dedicabatur, uetera quoque acroamata reuocauerat. †Appellari tragoedo quadringenta, Terpno Diodoroque citharoedis ducena, nonnullis centena, quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. sed et conuiuabatur assidue ac saepius recta et dapsile, ut macellarios

13 *Victor Caes. 9, 8* per omnes terras, qua ius Romanum est, renouatae urbes cultu egregio (*inde Epit. 9, 9*).

1 et *post* quasi *om. G* 2 umentis *M*, humentis *Π¹Q*, umentes *P*, humentes *Π²RTN*, tumentis (*in ras. m. 2*) *L*, tumentes *GS* 4 negata — gratuita libertate *Π¹QST*, negatam (-ta δ) — gratuitam libertatem *rel.* (Ω), *quod retineri mauult Oud. supplens* ob 5 adeptum *S²Tς* (imperio adepto δ) orarat *Bentley* 9 quadragies *Budaeus* 12 senatorum *Tς* 17 Coae Veneris *Graevius*, coeuenerit (coę- *G*) *MGT*, coemerit *LPS¹*, coemit *S²T et sic ss. in Π m. 1* (*del. m. 2*), scaenae *Lipsius*, coronauit *C. A. Böttiger* 21 plebeculam *N²ς* (*edd.*) 22 quos *om. G* 24 apelli *ϱς* (*ed. Bonon. 1488*), Apollinari *ed. Rom. II* (*uulg.*), Apellari *Politianus* (*Roth*), Apellae *Bücheler* dioroque *T* 27 recte *TT*, *om. S*

adiuuaret. dabat sicut Saturnalibus uiris apophoreta, ita per Kal. Mart. feminis. et tamen ne sic quidem pristina cupidita-
2 tis infamia caruit. Alexandrini Cybiosacten eum uocare perseuerauerunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. sed et in funere Fauor archimimus personam eius ferens imitansque, ut est mos, facta ac dicta uiui, interrogatis palam procuratoribus, quanti funus et pompa constaret, ut audit sestertium centiens, exclamauit, centum sibi sestertia darent ac se uel in Tiberim proicerent.

20 Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris, uultu ueluti nitentis; de quo quidam urbanorum non infacete, siquidem petenti, ut et in se aliquid diceret: dicam, inquit, cum uentrem exonerare desieris. ualitudine prosperrima usus est, quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces ceteraque membra sibimet ad numerum in sphaeristerio defricaret inediamque unius diei per singulos menses interponeret.

21 Ordinem uitae hunc fere tenuit. in principatu maturius semper ac de nocte uigilabat; dein perlectis epistulis officiorumque omnium breuiariis, amicos admittebat, ac dum salutabatur, et calciabat ipse se et amiciebat; postque decisa quaecumque obuenissent negotia gestationi et inde quieti uacabat, accubante aliqua pallacarum, quas in locum defun-

1 *Gloss. Verg. Seru. ed. Hagen III 2 p. 529* apophoreta uascula. Suetonius in X de XII Caesaribus: dabat Saturnalibus uiris apophoreta, ita per Kl. Martias feminis. 17 *Epit. 9, 15* institutum uero uniforme omni imperio tenuit. uigilare de nocte publicisque actibus absolutis caros admittere, dum salutatur calceamenta sumens et regium uestitum. post autem negotiis, quaecumque aduenissent, auditis exerceri uectatione, deinde requiescere, postremo ubi lauisset, remissiore animo conuiuium curabat. *Einhard. 24* cum calciaretur et amiciretur, non tantum amicos admittebat, uerum etiam, si comes palatii litem aliquam esse diceret, quae sine eius iussu definiri non posset, . . . lite cognita sententiam dixit.

2 nec si *M*, nec sic *ST* pristina *Gδ*, pistrina *M*, pristinae (*uel* -ne) *XΥ* (*uulg.*) 3 Cybiosacten *Torr. e Strabone*, cybiotanten (cibio- *S*) MGL^1PS, cybiotantē (cibio- *T*, cibo- *ΠQ*) $ΥL^2T$ 4 suis *om. G* 5 fauo *Υ* 6 iontansq: *M*, *inde* ioculans *uel* iocans *Bentley* mos est *GP* uiri *Υ* 8 audiit *GΥ* sestertio *I. F. Gronov., cf. Iul. 50 p. 26, 24* 11 nitidis ($Π^1$?) *Q* de quo] unde *Π* (at de quo *ss. m. 2*), de *Q* urbaniorum *MR* (*Bentley, cf. Iul. 20*) ei *pro* siquidem *Burm.* 14 nihil *om. G* 17 uere *G* 18 euigilabat *Graevius; cf. testim supra, Aug. 78 Claud. 33* 19 salutatur *Roth ex Epit.*

ctae Caenidis plurimas constituerat; a secreto in balineum tricliniumque transibat. nec ullo tempore facilior aut indulgentior traditur eaque momenta domestici ad aliquid petendum magno ⟨o⟩pere captabant.

Et super cenam autem et semper alias comissimus multa 22 ioco transigebat; erat enim dicacitatis plurimae, etsi scurrilis et sordidae, ut ne praetextatis quidem uerbis abstineret. et tamen nonnulla eius facetissima extant, in quibus et haec. Mestrium Florum consularem, admonitus ab eo plaustra potius quam plostra dicenda, postero die Flaurum salutauit. expugnatus autem a quadam, quasi amore suo deperiret, cum perductae pro concubitu sestertia quadringenta donasset, admonente dispensatore, quem ad modum summam rationibus uellet inferri: Vespasiano, inquit, adamato. utebatur et 23 uersibus Graecis tempestiue satis, et de quodam procerae staturae improbiusque nato ⟨*Hom. Il. 7, 213*⟩:

μακρὰ βιβάς, κραδάων δολιχόσκιον ἔγχος,

et de Cerylo liberto, qui diues admodum ob subterfugiendum quandoque ius fisci ingenuum se et Lachetem mutato nomine coeperat ferre ⟨*Menandri frg. 223, 2 Kock*⟩:

ὦ Λάχης, Λάχης,
ἐπὰν ἀποθάνῃς, αὖθις ἐξ ἀρχῆς ἔσει
σὺ Κηρύλος.

maxime tamen dicacitatem adfectabat in deformibus lucris, ut inuidiam aliqua cauillatione dilueret transferretque ad sales.

---

6 sqq. *Victor Caes. 9, 1* facundiae haud egens promendis, quae senserat. *Epit. 9, 3 (u. ad Vesp. 13)*

---

1 cęnidis *Q*, cen- *ΠS*², gaenidis (geni- *MR*, gaetu- *S*¹) *rel.* a *om. G* balneum *GXΥ* 5 super aleas *Tς* (super *etiam PO*), super aleam *Graevius* comisimus *L*¹*P*, cōmisimus *Π*¹, com(m)unissimus *Tς* (*uulg.*) 6 transigebaņt *M* et sic *GX* scurrulis *MQRδ* 7 ac sordidae *Π* (*uulg.*) 11 sui *uulg. post Sabellicum*, se *Modd.* 12 productae *Υ*, perducta *Casaub.*, perducta ei *Burm.* quadraginta *ΠQδ*, XL *G* 15 et] et ut *Υ*, ut *ς* (*ed. Rom. II*) 16 nato] *temptauerunt* nasato, uasato, mutoniato *al.* 17 ΚΡΔΙΔΔΩΝΔΟΛΙΚΟCΚΙΟΝΕΝΚΟC *M* (-ΕΝΧΟC *GXΥ*) 18 caerulo *MG*, cerillo *T*, cerulo *rel.* 22 ΔΠΟΘΔΝΕC *MG*, *corruptius rel.* (-ΕC *Ω*) *ἀρχῆς Casaub.*, ΔΙΧΔΡΧΗC *M*, ΔΥΧΔΡΗC *G*, ΔΥΧΔΡΧΗC *fere rel.*, *ὑπαρχῆς uulg.* (*ed. Rom. II*) *ἔσει σὺ Bücheler* (*ἔσῃ Steph.*, *ἔσει Roth*), ΕΙΡCΥ *Ω* (ΙΡCΥ *S*, ΕΙΡCΙ *Π*), *εἰρήσῃ uulg.* 23 ΓΗΡΥΛCC (ΤΗΡ- *GΠQ*, ΓΡ- *R*) *Ω* 24 Et maxime *Π* (*uulg.*) 25 deflueret *X*, deflecteret *N* (*Bentley*)

2 Quendam e caris ministris dispensationem cuidam quasi
fratri petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se uo-
cauit; exactaque pecunia, quantam is cum suffragatore suo
pepigerat, sine mora ordinauit; interpellanti mox ministro:
alium tibi, ait, quaere fratrem; hic, quem tuum putas,
meus est. mulionem in itinere quodam suspicatus ad calci-
andas mulas desiluisse, ut adeunti litigatori spatium moram-
que praeberet, interrogauit quanti calciasset, ⟨et⟩ pactus
3 est lucri partem. reprehendenti filio Tito, quod etiam urinae
uectigal commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit
ad nares, sciscitans num odore offenderetur; et illo ne-
gante: atquin, inquit, e lotio est. nuntiantis legatos decretam
ei publice non mediocris summae statuam colosseam, iussit uel
continuo ponere[t], cauam manum ostentans et paratam
4 basim dicens. ac ne in metu quidem ac periculo mortis ex-
tremo abstinuit iocis. nam cum inter cetera prodigia Mauso-
leum derepente patuisset et stella crinita in caelo apparuisset,
alterum ad Iuniam Caluinam e gente Augusti pertinere dicebat,
alterum ad Parthorum regem qui capillatus esset; prima
quoque morbi accessione: uae, inquit, puto deus fio.

24 Consulatu suo nono temptatus in Campania motiunculis
a. 79 p.C. leuibus protinusque urbe repetita, Cutilias ac Reatina rura,

15 sqq. *Epit. 9, 17 sq.* seriis ioca, quibus delectabatur, admiscens interiit. quippe... cum crinitum sidus apparuisset: istud, inquit, ad regem Persarum pertinet, cui ⟨est *add. Landolf.*⟩ capillus effusior. 21 sqq. *Eutrop. VII 20, 2* profluuio uentris extinctus est in uilla propria circa Sabinos (*haec ex Tit. 11. 10*), annum agens aetatis sexagesimum nonum, imperii nonum et diem septimum (*Oros. VII 9, 12* nono anno principatus). *Epit. 9, 17* annum agens uitae absque uno septuagesimum ... interiit. *9, 18* uentris eluuie fessus et adsurgens: stantem, ait, imperatorem excedere terris decet. *Victor Caes. 10, 5* cum eius (*Titi*) pater septuagesimo obisset, imperator decennii.

1 ministris *del. Lipsius* 6 quondam *Bentley* 7 desiluisse *M*, desilisse (desel- *P*) *rel.* ligatori *T* (*corr.* Q^2) 8 et pactus est *I. Gronov.*, pactus et *Bentley*, pactusque est L^3ς (*edd. pr. Rom.*) 10 pa$\overset{x}{s}$sione *M*, pansione *GRδ* 12 atquin *M*, atqui *rel. et N uerius puto* nuntiantes legatos *GLT'N*, nuncianti legato ς, nuntiante legato *Oud.* 13 ei] rei *T* 14 ponere *Bentley* (*Burm.*), poneret *MGδ*, ponerent *rel. et N* (*uulg.*, ut *pro* uel *pars edd.*), ponere et *Roth* 15 extremo *om. T* 17 repente *G* 20 uae (ue *LΠR al.*) *Ω*, ut ς (*edd. princ.*, *uulg.*), *coniecerunt* uah nae at eu 22 cutillas *Ω*, *corr.* ς (*Beroaldus*)

ubi aestiuare quotannis solebat, petit. hic cum super urgentem ualitudinem creberrimo frigidae aquae usu etiam intestina uitiasset nec eo minus muneribus imperatoriis ex consuetudine fungeretur, ut etiam legationes audiret cubans, aluo repente usque ad defectionem soluta, imperatorem ait stantem mori oportere; dumque consurgit ac nititur, inter manus subleuantium extinctus est VIIII. Kal. Iul. annum agens aetatis sexagensimum ac nonum superque mensem ac diem septimum.

Conuenit inter omnis, tam certum eum de sua suorum- 25
que genitura semper fuisse, ut post assiduas in se coniurationes ausus sit adfirmare senatui aut filios sibi successuros aut neminem. dicitur etiam uidisse quondam per quietem stateram media parte uestibuli Palatinae domus positam examine aequo, cum in altera lance Claudius et Nero starent, in altera ipse ac filii. nec res fefellit, quando totidem annis parique temporis spatio utrique imperauerunt.

---

10 *Eutrop. VII 20, 3* genituram filiorum ita cognitam habuit, ut, cum multae contra eum coniurationes fierent, quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit (*cf. Vesp. 14*), in senatu dixerit, aut filios sibi successuros aut neminem. *Victor Caes. 9, 4* diuinis deditus, quorum uera plerisque negotiis compererat, successores fidebat liberos Titum ac Domitianum fore.

---

1 petiit *T'P* 4 ut *del. Bentley* 7 gerens *T* (*uulg.*) 8 super mensem ad *G* 12 successores *ML¹S* (*cf. testim. supra*) 14 in media *T* 15 cum in] cum *T*, cuius *Bentley*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarum diuus uespasianus explic̄. incipit diuus titus feliciter *M et sim. GΠRP* (diuus *ante* titus *om. G*, feliciter *om. R*, incipit — feliciter *om. P*) explicit uespasianus. incipit diuus titus feliciter *Q* explicit lib. X. incipit de tito lib. XI *LS* (de tito *om. S*)





DIVVS TITVS

1 Titus, cognomine paterno, amor ac deliciae generis humani — tantum illi ad promerendam omnium uoluntatem uel ingenii uel artis uel fortunae superfuit, et, quod difficillimum est, in imperio, quando priuatus atque etiam sub patre principe ne odio quidem, nedum uituperatione publica caruit — natus est III. Kal. Ian. insigni anno Gaiana nece, prope Septizonium sordidis aedibus, cubiculo uero perparuo et obscuro,

1 *Eutrop. VII 21, 1* huic Titus filius successit, qui et ipse Vespasianus est dictus, uir omnium uirtutum genere mirabilis adeo, ut amor et deliciae humani generis diceretur (*ἔρως τε καὶ τρυφὴ τοῦ θνητοῦ ... γένους Capito*). *Victor Caes. 10, 6* generis humani delicias appellantes. *Epit. 10, 1* Titus uocabulo patris etiam Vespasianus dictus. *10, 6* deliciae atque amor humani generis. *10, 16* eum delicias publicas, ut diximus, appellantes. *Auson. 259, 11* Titus orbis amor (*271, 2*).
2 sqq. *Victor Caes. 10, 1* Titus postquam imperium adeptus est, incredibile quantum, quem imitabatur, anteierit, praesertim litteris clementiaque ac muneribus. *Epit. 10, 3* ubi patriae curam suscepit, incredibile est, quantum, quem imitabatur, anteierit, praecipue clementia, liberalitate, honorificentia ac pecuniae contemptu, quae eo amplius grata fuere, quod ex nonnullis a priuato adhuc patratis, asperior luxuriaeque et auaritiae amans credebatur fore (*partim spectant ad Suet. cap. 6. 7*).

3 fortunae] naturae *POTNς* 5 necdum *ΠR* 6 IIII *M*, *at ultima hasta expuncta* nece] cęde *G*

nam manet adhuc et ostenditur; educatus in aula cum Bri- **2**
tannico simul ac paribus disciplinis et apud eosdem magistros
institutus. quo quidem tempore aiunt metoposcopum a Nar-
cisso Claudi liberto adhibitum, ut Britannicum inspiceret,
constantissime affirmasse illum quidem nullo modo, ceterum
Titum, qui tunc prope astabat, utique imperaturum. erant
autem adeo familiares, ut de potione, qua Britannicus hausta
periit, Titus quoque iuxta cubans gustasse credatur grauique
morbo adflictatus diu. quorum omnium mox memor statuam
ei auream in Palatio posuit et alteram ex ebore equestrem,
quae circensi pompa hodieque praefertur, dedicauit prose-
cutusque est. in puero statim corporis animique dotes ex- **3**
plenduerunt, magisque ac magis deinceps per aetatis gradus:
forma egregia et cui non minus auctoritatis inesset quam
gratiae, praecipuum robur, quanquam neque procera statura et
uentre paulo proiectiore; memoria[e] singularis, docilitas ad
omnis fere tum belli tum pacis artes. armorum et equitandi 2
peritissimus, Latine Graeceque uel in orando uel in fingendis
poematibus promptus et facilis ad extemporalitatem usque;
sed ne musicae quidem rudis, ut qui cantaret et psalleret
iucunde scienterque. e pluribus comperi, notis quoque ex-
cipere uelocissime solitum, cum amanuensibus suis per lu-
dum iocumque certantem, imitarique chirographa quaecum-
que uidisset, ac saepe profiteri maximum falsarium esse
potuisse.

Tribunus militum et in Germania et in Britannia meruit **4**

---

12 *Epit. 10, 2* a puero praeclaris studiis probitatis, militiae litterarum instantissime deditus, quo contenderit, animi et corporis muneribus ostendit. *cf. Einhard. 18 ad Aug. 61* 16 *Einhard. 22* (*u. ad Ner. 51*) 18 *Eutrop. VII 21, 1* facundissimus . . . causas Latine egit, poemata et tragoedias Graece composuit. *cf. Einhard. 25* Latinam (*linguam*) ita didicit, ut aeque illa ac patria lingua orare sit solitus.

---

2 magistris *M*, -stratos *Q*, -stratus *Π* 3 a *om. G* 8 cubans] *u. ad p. 176, 18* gestasse *M* 9 afflictus *ΠR*, adflictatus sit *Oud.* 13 magis ac magis *Π*, magisque (*om.* ac magis) *M* 15 praecipuum robur *post* proiectiore *ponunt Ernesti et Oud.* 16 memoria *Π*¹*Q*, memoriae *rel. et N* (*Ω*), memoria et *Oud.* 17 cum belli ς (*Bentley*) 18 linguę *post* graecęque *add. TT uet. edd.* (Latina Graecaque lingua *Lipsius*) 19 ad ext. usque *om. ΠQ*

summa[e] industriae nec minore modestiae[t] fama, sicut apparet statuarum et imaginum eius multitudine ac titulis per utramque prouinciam.

2 Post stipendia foro operam dedit honestam magis quam assiduam, eodemque tempore Arrecinam Tertullam, patre eq. R. sed praefecto quondam praetorianarum cohortium, duxit uxorem et in defunctae locum Marciam Furnillam splendidi generis; cum qua sublata filia diuortium fecit.

3 Ex quaesturae deinde honore legioni praepositus Tarichaeas et Gamalam urbes Iudaeae ualidissimas in potestatem redegit, equo quadam acie sub feminibus amisso alteroque inscenso, cuius rector circa se dimicans occubuerat.

5 Galba mox tenente rem p. missus ad gratulandum, qua-
qua iret conuertit homines, quasi adoptionis gratia arces-
seretur. sed ubi turbari rursus cuncta sensit, redit ex itinere,
aditoque Paphiae Veneris oraculo, dum de nauigatione con-
2 sulit, etiam de imperii spe confirmatus est. cuius breui com-
pos et ad perdomandam Iudaeam relictus, nouissima Hiero-
solymorum oppugnatione duodecim propugnatores totidem
sagittarum confecit ictibus, cepitque ea natali filiae suae tanto
militum gaudio ac fauore, ut in gratulatione imperatorem eum
consalutauerint et subinde decedentem prouincia detinuerint,

---

1 *cf. Eutrop. VII 21, 1* bellicosissimus, moderatissimus. 18 *Victor Caes. 9, 10* Iudaeique (*in pacem coacti*) annitente filio Tito, quem transgrediens in Italiam reliquerat externae militiae. *Oros. VII 9, 3* relictoque in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorum filio Tito. 18 sqq. *Eutrop. VII 21, 2* in oppugnatione Hierusolymorum sub patre militans duodecim propugnatores duodecim sagittarum confixit ictibus (ἰσαρίθμοις βέλεσι *Paean.*) 21 *Oros. VII 9, 6* Titus imperator ab exercitu pronuntiatus.

---

1 summa industriae — modestiae fama ς (*edd. pr. Rom.*), summae industriae (summa industria Π^1*Q*ς *uulg.*) — modestia et fama *Ω* (et fama *om. N*) 2 et *ante* statuarum *add. T* (*uulg.*) 5 Arrecinam *Roth*, adrecidiam (arr- *ΠR*) *Ω* tertullam *X*, tertullum *M*, tertullo *GTδ* 6 sed] sed de *ΠR*, natam sed *T* 7 furuillam *LT et pro u. l.* Π^2, furmillam *T*, fuluiam ς 9 Ex *om. G* legioni *ΠQ*, religioni (-ne *R*) *MR*, x legioni *G* (*G. Becker*), regioni *X* Tarichaeas (-chicas ς, -cheas *Ursinus*, -chias *Bentley*, -cheam *H. Barbarus*), thracias *Ω* (thacias *G*, trachias *ΠR*) 12 ascenso *Q* (*cf. Iul. 61*) uector *Heinsius* contra se ς (*edd. princ., uulg.*) 15 rediit *T* 20 confixit *Eutrop.* ea *M*, eam *rel.* 22 consalutauer̄ *M*, -uerunt Π^1 detenuerint *M*, detinuer̄ L^1*P*

suppliciter nec non et minaciter efflagitantes, aut remaneret
aut secum omnis pariter abduceret. unde nata suspicio est, 3
quasi desciscere a patre Orientisque sibi regnum uindicare
temptasset; quam suspicionem auxit, postquam Alexandriam
petens in consecrando apud Memphim boue Apide diadema
gestauit, de more quidem rituque priscae religionis; sed non
deerant qui sequius interpretarentur. quare festinans in Ita-
liam, cum Regium, dein Puteolos oneraria naue appulisset,
Romam inde contendit expeditissimus inopinantique patri,
uelut arguens rumorum de se temeritatem: ueni, inquit,
pater, ueni. neque ex eo destitit participem atque etiam 6
tutorem imperii agere.

Triumphauit cum patre censuramque gessit una, eidem
collega et in tribunicia potestate et in septem consulatibus
fuit; receptaque ad se prope omnium officiorum cura, cum
patris nomine et epistulas ipse dictaret et edicta conscribe-
ret orationesque in senatu recitaret etiam quaestoris uice,
praefecturam quoque praetori suscepit numquam ad id tem-
pus nisi ab eq. R. administratam, egitque aliquanto inciuilius
et uiolentius, siquidem suspectissimum quemque sibi sum-
missis qui per theatra et castra quasi consensu ad poenam
deposcerent, haud cunctanter oppressit. in his Aulum Cae- 2
cinam consularem uocatum ad cenam ac uixdum triclinio
egressum confodi iussit, sane urgente discrimine, cum etiam

13 *u. ad Vesp. 8, 1* 18 sqq. *Victor Caes. 9, 10* quem (*Titum*) ... uictorem praefectura praetorio extulerat (*Vespasianus*). (*addit Victor:* unde etiam is honos, ingens a principio, tumidior atque alter ab Augusto imperio fuit). *Epit. 10, 4* praefecturam praetorianam patre imperante adeptus suspectum quemque et oppositum sibi inmissis, qui per theatra et castris inuidiosa iactantes ad poenam poscerent, quasi criminis conuictos oppressit. in quis Caecinam consularem adhibitum cenae, uixdum triclinio egressum, ob suspicionem stupratae Berenicis uxoris suae, iugulari iussit.

1 et flagitantes *MG* aut] ut *POST* 3 regnum sibi *T* (*edd.*) 4 ausit (haus- *Π¹*) *T* (*corr. Π²*) 5 api *T′L³* (*uulg.*), *cf. Aug. 93* 7 setius *X*, secus *uulg.* (*ed. Rom. II*) 8 dein] de *Π¹Q* (*corr. Π²*), deinde *T* puteolis *T* 11 pater ueni] pat̄ mi *G* 13 eiusdem *G* 15 ad se *om. Π¹*, a se *X* (*Oud.*) 16 dictare *M* edictas *MRδ* (et edicta *usque* recitaret *om. T*) 18 praetori *MS¹*, -ii *GX* (*S²*), -is *T* 22 alilum *MGδ* 23 consularem uirum *TI* (*cf. testim. supra*) 24 confidi* *M* (o *ss. m. 2*)

chirographum eius praeparatae apud milites contionis deprehendisset. quibus rebus sicut in posterum securitati satis cauit, ita ad praesens plurimum contraxit inuidiae, ut non temere quis tam aduerso rumore magisque inuitis omnibus transierit ad principatum.

7 Praeter saeuitiam suspecta in eo etiam luxuria erat, quod ad mediam noctem comisationes cum profusissimo quoque familiarium extenderet; nec minus libido propter exoletorum et spadonum greges propterque insignem reginae Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur; suspecta rapacitas, quod constabat in co⟨g⟩n⟨i⟩tionibus patris nundinari praemiarique solitum; denique propalam alium Neronem et opinabantur et praedicabant. at illi ea fama pro bono cessit conuersaque est in maximas laudes neque uitio ullo reperto et contra uirtutibus summis.

2 Conuiuia instituit iucunda magis quam profusa. amicos elegit, quibus etiam post eum principes ut et sibi et rei p. necessariis adquieuerunt praecipueque sunt usi. Berenicen statim ab urbe dimisit inuitus inuitam. quosdam e gratissimis delicatorum quanquam tam artifices saltationis, ut mox scaenam tenuerint, non modo fouere prolixius, sed spectare omnino in publico coetu supersedit.

3 Nulli ciuium quicquam ademit; abstinuit alieno, ut si quis umquam; ac ne concessas quidem ac solitas conlationes

---

6 sqq. *Epit. 10, 3 u. ad p. 324, 2 sqq.* 8. 10 sqq. *Epit. 10, 5 sqq.* iurgia autem sub patre uenumdata; rapinarum cupidum, unde Neronem cuncti opinantes uocantesque summam rerum nactum grauiter acceperant. sed haec in melius conuersa ... ei immortalem gloriam contulere ... ut subiit pondus regium, Berenicem nuptias suas sperantem regredi domum et eneruatorum greges abire praecepit. quo facto quasi signum protulit mutatae intemperantiae.

---

1 cunctionis *PO*, coniurationis *TL*^{3} 3 cauitia ad *MG* 4 aduersorū ore *MGP*, aduerso m̄ore (m̄ [ru] *in ras. m. 2*) *L*, aduersa re *T'O* 6 susceptam *MGδ*, ǂ sus⟨...⟩ *G in marg. resecta m. 1* (*fuerit* suspecta) 8 familiarum *M*^{1}*GΠ*^{1} exsoletorum *G*, insoletorum (insoli- *Π*^{1}) *T* 9 berenicis (bern- *T*) *MX*, beronices *T*, beronicis *G et pro u. l. S*^{2} 11 et rapacitas *T* cognitionibus *Torr.*, contionibus (conc- *Q*) *Ω*, negotiationibus *Ursinus*, cocionibus *Boden*, auctionibus *Cornelissen* 18 praecipuisque *Bentley* sunt usi] sumptam sibi *T* berenicen (-cē *S*^{1}, bernicē *T*) *MX*, beronicem *GTS*^{2} 20 tam *om. M*^{1} artificis *Bentley* 22 coetu *del. Torr.* (*om. ς?*)

recepit. et tamen nemine ante se munificentia minor, amphitheatro dedicato thermisque iuxta cele[b]riter extructis munus edidit apparatissimum largissimumque; dedit et nauale proelium in ueteri naumachia, ibidem et gladiatores atque uno die quinque milia omne genus ferarum.

Natura autem beniuolentissimus, cum ex instituto Tiberi 8
omnes dehinc Caesares beneficia a superioribus concessa principibus aliter ⟨rata⟩ non haberent, quam si eadem isdem et ipsi dedissent, primus praeterita omnia uno confirmauit edicto nec a se peti passus est. in ceteris uero desideriis hominum obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret; quin et admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur quam praestare posset, non oportere ait quemquam a sermone principis tristem discedere; atque etiam recordatus quondam super cenam, quod nihil cuiquam toto die praestitisset, memorabilem illam meritoque laudatam uocem edidit: amici, diem perdidi.

Populum in primis uniuersum tanta per omnis occasiones 2
comitate tractauit, ut proposito gladiatorio munere, non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se pro-

1 *Eutrop. VII 21, 4* Romae amphitheatrum aedificauit et quinque milia ferarum in dedicatione eius occidit (*Hier. chron. a. 2095*). *Victor Caes. 10, 5* amphitheatri perfecto opere lautusque. 6 sqq. *Epit. 10, 8* dehinc cum donata concessaue a prioribus principibus firmare insequentes solerent, simul imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cauit. *Victor Caes. 10, 2* denique cum concessa per priores principes firmari ab insequentibus mos esset, simul imperium cepit, talia possidentibus edicto sponte cauit prospexitque. 10 sqq. *Eutrop. VII 21, 3* facilitatis et liberalitatis tantae fuit, ut, cum nulli quicquam negaret et ab amicis reprehenderetur, responderit nullum tristem debere ab imperatore discedere, praeterea cum quadam die in cena recordatus fuisset nihil se illo die cuiquam praestitisse, dixerit: 'amici, hodie diem perdidi' (*Hier. chron. a. 2095*). *Epit. 10, 9* quadam etiam die recordans uesperi nihil se cuiquam praestitisse, uenerando caelestique edicto: amici, ait, perdidimus diem, quia erat magnificae liberalitatis. *Auson. grat. act. 16, 72* celebre fuit Titi Caesaris dictum, perdidisse se diem, quo nihil boni fecerat.

2 celeriter *Dom. Calderinus ad Mart. spect. 2, 7* (ς) 5 omnigenus (hominum g- *T*) *MGX* 8 ⟨rata⟩ *Egnatius* quasi *PΠ*[1]*Q* easdem *MGT* (*corr. Π*[2]) 10 hominum] hunc morem *et tum* ⟨ut⟩ ne *Bentley* 12 quin etiam *et* quod plura *H* 15 tota *XN* (*corr. P*[2]) 17 ⟨hodie⟩ diem *Casaub.* 18 occasione *M*[1], -nis *M*[2]*L*[2]

fessus sit; et plane ita fecit. nam neque negauit quicquam petentibus et ut quae uellent peterent ultro adhortatus est. quin et studium armaturae Thraecum prae se ferens saepe cum populo et uoce et gestu ut fautor cauillatus est, uerum maiestate salua nec minus aequitate. ne quid popularitatis praetermitteret, nonnumquam in thermis suis admissa plebe lauit.

3 Quaedam sub eo fortuita ac tristia acciderunt, ut conflagratio Vesuuii montis in Campania, et incendium Romae per triduum totidemque noctes, item pestilentia quanta non temere alias. in iis tot aduersis ac talibus non modo principis sollicitudinem sed et parentis affectum unicum praestitit, nunc consolando per edicta, nunc opitulando quatenus suppeteret 4 facultas. curatores restituendae Campaniae e consularium numero sorte duxit; bona oppressorum in Vesuuio, quorum heredes non extabant, restitutioni afflictarum ciuitatium attribuit. urbis incendio nihil publice nisi perisse testatus, cuncta praetoriorum suorum ornamenta operibus ac templis destinauit praeposuitque compluris ex equestri ordine, quo quaeque maturius peragerentur. medendae ualitudini leniendisque morbis nullam diuinam humanamque opem non adhibuit inquisito omni sacrificiorum remediorumque genere.

5 Inter aduersa temporum et delatores amendatoresque erant ex licentia ueteri. hos assidue in foro flagellis ac fustibus

---

6 *cf. Einhard. 22* 7 sqq. *Epit. 10, 12* huius tempore mons Vesuuius in Campania ardere coepit, incendiumque Romae sine nocturna requie per triduum fuit. *10, 13* lues quoque ⟨Romae *add. Landolf.*⟩, quanta uix unquam antea, fuit. *10, 14* quibus tamen malis nullo uexato pecunia propria subuenit cunctis remediorum generibus, nunc aegrotantes per semet ipsum reficiens, nunc consolans suorum mortibus afflictos.

3 threcum *ML*, thracum (trac- Π^1, trach- $\Pi^2 R$) *rel.* 7 ac *del. Polak* acciderant *Bentley* 8 ue∗bii (l *erasa?*) *M*, uesubii *G* (su *ss. m. 1*), suebii *X*, bebii *T*, ueseui *N* (*u. infra l. 14*) 10 ⟨fa⟩talibus *Cornelissen* 11 unici *Lipsius* 12 consulando *MR*, consulendo *Bentley* perredicta *MG* quatinus *ΠRX* (*corr.* S^2) 13 e *om.* $X\Pi^1 Q$ 14 numerũ *M* uesuuio *M*, uesubio *G*, uesieuio *L*, ueseuio $\Pi^1 RPST$, ueseuo *QN et pro u. l.* Π^2 15 ciuitatium *ML*, -tum *rel. et N* 16 nichil nisi sibi perisse testatus publice *T* (*ss.* aƚ ñ sibi nichil Π^2), nichil nisi sibi publice perisse testatus *OIϛ* (*uulg.*), nichil nisi sibi per. publ. test. *N*, nihil publ. perisse t. *Roth e codice (?) Torrentii* 17 praetorium *M* 22 amendatoresque *M*, amandatoresque *Gδ*, amandoresque *T*, mandatoresque *X* 23 ueterib; (*om.* hos) *G*

caesos ac nouissime traductos per amphitheatri harenam partim subici ac uenire imperauit, partim in asperrimas insularum auehi. utque etiam similia quando que ausuros perpetuo coerceret, uetuit inter cetera de eadem re pluribus legibus agi quaeriue de cuiusquam defunctorum statu ultra certos annos.

Pontificatum maximum ideo se professus accipere ut pu- 9
ras seruaret manus, fidem praestitit, nec auctor posthac cuiusquam necis nec conscius, quamuis interdum ulciscendi causa non deesset, sed periturum se potius quam perditurum adiurans. duos patricii generis conuictos in adfectatione imperii nihil amplius quam ut desisterent monuit, docens principatum fato dari, si quid praeterea desiderarent promittens se tributurum. et confestim quidem ad alterius ma- 2
trem, quae procul aberat, cursores suos misit, qui anxiae saluum filium nuntiarent, ceterum ipsos non solum familiari cenae adhibuit, sed et insequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria conlocatis oblata sibi ferramenta pugnantium inspicienda porrexit. dicitur etiam cognita utriusque genitura imminere ambobus periculum adfirmasse, uerum quandoque et ab alio, sicut euenit.

7 *Eutrop. VII 21, 2* Romae tantae ciuilitatis in imperio fuit, ut nullum omnino puniret, conuictos aduersum se (sese *al.*) coniurationis dimiserit et (uel *Hartel*) in eadem familiaritate qua antea habuerit. *Oros. VII 9, 13* cuius tanta tranquillitas in imperio fuit, ut nullius omnino sanguinem in re publica administranda fudisse referatur. 10sqq. *Victor Caes. 10, 3 sq.* neque minus sancte facilis in tuendis, qui forte in se coniurauissent, adeo ut, cum amplissimi ordinis duo abnuere cogitatum scelus nequirent patresque censuissent de confessis supplicium sumendum, deductos in spectaculum se utrimque adsidere iusserit petitoque ex industria gladiatoris (-rum *Opitz*, mirmillonum *Epit.*), quorum pugnae uisebantur, gladio quasi ad explorandam aciem uni atque alteri committeret (committere *codd.*, commiserit *Epit.*). queis (quibus *Epit.*) perculsis et constantiam mirantibus: uidetisne, inquit, potestates fato dari frustraque temptari facinus potiundi spe uel amittendi metu? (*inde nonnullis mutatis Epit. 10, 10 ubi ante* deductos *additum ex Suetonio* primum monuerit, post).

2 ac] aut *S* (subici *usque* partim *om.* L^1P), in seruos ac $\Pi^2R\varsigma$ (*glossa* in seruos *ss. in* ε *aliisque* ς) asperrima *ΠR* 6 professus est *ST* 7 seruaret *ΠQ*, seruasset *rel. et N* 9 perditurum] punitурum *Tε* (*in hoc ss.* ł peri-) 10 iurans Π^1, affirmans *G et in margine resecta m. 1* ⟨...⟩rans (*om. g*) affectione $G\Pi^1Q$ 12 quid *GNδ*, quod *rel.* 16 et *om. X* (*Oud.*) 17 ornamenta *T* 19 uerum] uenturum *T′* 20 sic *Gg* (*sed in G ras. supra* c *ut uidetur*)

3 Fratrem insidiari sibi non desinentem, sed paene ex professo sollicitantem exercitus, meditantem fugam, neque occidere neque seponere ac ne in minore quidem honore habere sustinuit, sed, ut a primo imperii die, consortem successoremque testari perseuerauit, nonnumquam secreto precibus et lacrimis orans,
10 ut tandem mutuo erga se animo uellet esse. inter haec morte praeuentus est maiore hominum damno quam suo.

Spectaculis absolutis, in quorum fine populo coram ubertim fleuerat, Sabinos petit aliquanto tristior, quod sacrificanti hostia aufugerat quodque tempestate serena tonuerat. deinde ad primam statim mansionem febrim nanctus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur dimotis pallulis caelum, multumque conquestus eripi sibi uitam immerenti; neque enim extare ullum suum factum paenitendum excepto
2 dum taxat uno. id quale fuerit, neque ipse tunc prodidit neque cuiquam facile succurrat. quidam opinantur consuetudinem recordatum, quam cum fratris uxore habuerit; sed nullam habuisse persancte Domitia iurabat, haud negatura, si qua omnino fuisset, immo etiam gloriatura, quod illi promptissimum erat in omnibus probris.

11 Excessit in eadem qua pater uilla Id. Sept. post biennium ac menses duos diesque XX quam successerat patri,

---

1 *Epit. 10, 11* fratrem quoque Domitianum parantem insidias militumque animos sollicitantem flens saepius obtestatus est, ne parricidio adsequi cuperet, quod et se uolente esset obuenturum ei et iam haberet, cum sit particeps potestatis. 7 *Eutrop. VII 22, 1* per haec inusitato fauore dilectus periit. 11 *Epit. 10, 15* febri interiit (*Victor Caes. 10, 5* ueneno). 13 *Auson. 271, 3* unum dixisti moriens te crimen habere: sed nulli de te, nec tibi credidimus. 21 *Eutrop. VII 22, 1* periit in ea, qua pater, uilla post biennium et menses octo (duos *Enmann*), dies (diesque?) uiginti, quam imperator erat factus, aetatis anno altero et quadragesimo. *Vict. Caes. 10, 5* biennio post ac menses fere nouem ... interiit anno aeui quadragesimo. *Epit. 10, 1* imperauit annos duos et menses duos diesque uiginti. *10, 15* uixit annos quadraginta unum et

---

3 imminore *M*, imminuere *T* habere *om. T* 5 precipib: *M* lacrimis et precibus *T* (*uulg.*) 6 mutato *Modd.* 10 aufegerat *M* 11 febrem *G* (*sic Otho 6 Ω*) 12 pallulis *MLPδ*, palludis *G*, paludib; *T*, paludamentis (palude- *O*) *OST et ς plurimi*, pellibus *uel* palliolis *uel* plagulis *uel* palliis *aliaque in recentioribus* (*u. Herm. 36 p. 301 sq. 37 p. 590*) 13 conquestus est *H* 14 existere *G* factum suum *POST* paenitendo *MRδ et pro u. l. H²*, quod sibi esset paenitendum *H* 16 succurrit *GHRS²*

altero et quadragesimo aetatis anno. quod ut palam factum est, non secus atque in domestico luctu maerentibus publice cunctis, senatus prius quam edicto conuocaretur ad curiam concurrit, obseratisque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mortuo gratias egit laudesque congessit, quantas ne uiuo quidem umquam atque praesenti.

---

in eodem, quo pater, apud Sabinos agro febri interiit. *Oros. VII 9, 14* in eadem uilla, qua pater eius, morbo absumptus est. *VII 9, 13* biennio post Vespasianum regnauit.

2 *Eutrop. VII 22, 2* tantus luctus eo mortuo publicus fuit, ut omnes tamquam in propria doluerint orbitate. senatus obitu ipsius circa uesperam nuntiato nocte inrupit in curiam et tantas ei mortuo laudes gratiasque congessit, quantas nec uiuo umquam egerat nec praesenti. *Victor Caes. 10, 6* huius sane mors adeo prouinciis luctui fuit, uti . . . orbatum orbem deflerent. *Epit. 10, 16* huius mors, credi uix potest, quantum luctus urbi prouinciisque intulerit, adeo ut eum . . . quasi perpetuo custode orbatum terrarum orbem deflerent. *Oros. VII 9, 14* cum ingenti omnium luctu.

---

4 cucurrit *QSN* (*pars edd.*) 5 quantas congessit *ed. pr. Ven. al.* (*Gronov.*) nec *ΠRS*

subscr. c. suetoni tranquilli de uita caesarū diuus titus explic. incipit domitiañ felicit̃ *M et sim. ΠR* (augustus *pro* titus *Π*, feliciter *om. R*) explicit diuus titus. incipit diuus domicianus feliciter *Q* explicit lib. XI. incipit de domitiano lib. XII *LS* (de domitiano *om. S*) incipit domitianus *G* *nulla subscr. in P*





DOMITIANVS

1 Domitianus natus est VIIII. Kal. Nouemb. patre consule
a. 51 designato inituroque mense insequenti honorem, regione ur-
bis sexta ad Malum Punicum, domo quam postea in templum
gentis Flauiae conuertit. pubertatis ac primae adulescentiae
tempus tanta inopia tantaque infamia gessisse fertur, ut nul-
lum argenteum uas in usu haberet. satisque constat Clodium
Pollionem praetorium uirum, in quem est poema Neronis quod
inscribitur Luscio, chirographum eius conseruasse et nonnum-
quam protulisse noctem sibi pollicentis; nec defuerunt qui
affirmarent, corruptum Domitianum et a Nerua successore mox
2 suo. bello Vitelliano confugit in Capitolium cum patruo
Sabino ac parte praesentium copiarum, sed irrumpentibus
aduersariis et ardente templo apud aedituum clam pernocta-
uit, ac mane Isiaci celatus habitu interque sacrificulos uariae
superstitionis cum se trans Tiberim ad condiscipuli sui matrem
comite uno contulisset, ita latuit, ut scrutantibus qui uestigia
3 subsecuti erant, deprehendi non potuerit. post uictoriam de-

5 tempora *T* egisse *Casaub.* 6 constet *Lipsius* 7 uirum *del. Torr.* 9 pollicenti *XΠQ et sic pro u. l. ss. in R* 10 Domitianum *del. Torr. Polak* 14 isici *T* habitus *M* sacrifigulos *Mδ*, sacricolas *Bentley e Tac. hist. III 74* uanae ς (*edd.*), Phariae *I. Gronov.*

mum progressus et Caesar consalutatus honorem praeturae
urbanae consulari potestate suscepit titulo tenus, nam iuris
dictionem ad collegam proximum transtulit, ceterum omnem
uim dominationis tam licenter exercuit, ut iam tum qualis
futurus esset ostenderet. ne exequar singula, contractatis
multorum uxoribus Domitiam Longinam Aelio Lamiae nup-
tam etiam in matrimonium abduxit, atque uno die super
XX officia urbana aut peregrina distribuit, mirari se Vespa-
siano dictitante, quod successorem non et sibi mitteret.
expeditionem quoque in Galliam Germaniasque neque necessa- 2
riam et dissuadentibus paternis amicis incohauit, tantum ut
fratri se et opibus et dignatione adaequaret.

Ob haec correptus, quo magis et aetatis et condicionis
admoneretur, habitabat cum patre una sellamque eius ac fra-
tris, quotiens prodirent, lectica sequebatur ac triumphum
utriusque Iudaicum equo albo comitatus est. qui⟨n et e⟩ sex
consulatibus non nisi unum ordinarium gessit eumque cedente
ac suffragante fratre. simulauit et ipse mire modestiam in 2
primisque poeticae studium, tam insuetum antea sibi quam
postea spretum et abiectum, recitauitque etiam publice. nec
tamen eo setius, cum Vologaesus Parthorum rex auxilia ad-
uersus Alanos ducemque alterum ex Vespasiani liberis depo-
poscisset, omni ope contendit ut ipse potissimum mitteretur;
et quia discussa res est, alios Orientis reges ut idem postu-
larent donis ac pollicitationibus sollicitare temptauit.

Patre defuncto diu cunctatus an duplum donatiuum militi 3
offerret, numquam iactare dubitauit relictum se participem
imperii, sed fraudem testamento adhibitam; neque ces-
sauit ex eo insidias struere fratri clam palam⟨que⟩, quoad cor-

2 cum *post* urbanae *add.* *T* nam *I. Gronov.*, quam *Ω*, quia *ς*, quoniam *Oud.* (*cf. p. 347, 2*) 5 ne *ΠQ*, nec *rel.* contrectatis *codd. praeter M* 10 quoq: ne in *Mδ* (ne *pertinet ad* cessariam, *cf. Herm. 36 p. 293*) gallia *M*, gallias *δ* neq: cessariam *M* (*u. ante*), neccessariam (*om.* neque) *δ* 12 operibus Π^2*ς* (*uulg.*) et dignitate *G*, indignatione *L* 14 unam *MTδ* 16 qui⟨n et e⟩ sex *scripsi* (quin ex *Bentley, cf. Herm. 40 p. 190*), quis ex *MR*, qui sex *GLPδ*, in sex *ΠQSOT* (*uulg.*) 20 etiam *om. G* 21 uologesus *T*, uologisus (a *ss. m. 2*) *S* 29 instruere *MTδ* palamque *Tς* (*cf. Iul. 80, 1*), et palam *L*, palam *rel.*

reptum graui ualitudine, prius quam plane efflaret animam, pro mortuo deseri iussit; defunctumque nullo praeterquam consecrationis honore dignatus, saepe etiam carpsit obliquis orationibus et edictis.

3 Inter initia principatus cotidie secretum sibi horarum sumere solebat nec quicquam amplius quam muscas captare ac stilo praeacuto configere, ut cuidam interroganti, essetne quis intus cum Caesare, non absurde responsum sit a Vibio Crispo, ne muscam quidem. deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat alteroque anno ⟨. . . . . .⟩, consalutauit Augustam; eandem Paridis histrionis amore deperditam repudiauit intraque breue tempus inpatiens discidii quasi efflagitante populo reduxit.

2 Circa administrationem autem imperii aliquamdiu se uarium praestitit, mixtura quoque aequabili uitiorum atque uirtutum, donec uirtutes quoque in uitia deflexit: quantum coniectare licet, super ingenii naturam inopia rapax, metu saeuus.

4 Spectacula assidue magnifica et sumptuosa edidit non in amphitheatro modo, uerum et in circo, ubi praeter sollemnes

---

5 sqq. *Victor Caes. 11,5* dehinc atrox caedibus bonorum segnisque ridicule remotis procul omnibus muscarum agmina persequebatur (*u. ad p. 352, 18*). *11, 6* hincque iocorum pleraque: nam percontanti cuidam, quispiamne (quisquamne *cod. P, Epit.*) in palatio esset, responsum: ne musca quidem, nisi forte apud palaestram (*sim. Epit. 11, 6. 8*). 11 *Victor Caes. 11,7* uxore . . ., quae amorem histrionis uiro praetulerat. *Epit. 11,11* uxore Domitia ob amorem Paridis histrionis a principe cruciatus formidante. 14 sqq. *Eutrop. VII 23, 1 u. ad p. 341, 15*

---

1 afflaret *Mδ* animam *om. G* 5 initia *TNδ*, uitia *MHGLPO* tempus horarum ς, horarum spatium *Ioh. Saresber. Policr. III 14*, horarium *uulg.* (*ed. Rom. II Ven. I*), lararium *Is. Vossius*, *numerum excidisse putat Casaub.* (*cf. Nero 37*) 6 summere *M* amplius] aliud *H* 9 muscam *MHLδ*, musca *rel. et N* (*cf. testim. supra*) 10 secundo] VIII. *Graevius* 11 consalutauit *Roth lacunam post* tulerat *statuens*, consulatu filium *** uit (uit *in ras. post 3 uel 4 litt. erasas*) *M* (deest aliquid *in marg. adscr. m. rec.*), consalutauerat ut *X* (*uulg.*), consulatus (-tu *R*) filium et *GT*; *lacunam uarie suppleuerunt:* alteroque anno ab hoc consulatu filiam: Augustam *eqs. Graevius,* filiam tulerat alteroque anno filium ac consalutauerat Aug. *Oud.*, alteroque anno filiam consalutauit A. *Madvig*, alterumque imperii altero anno *Mommsen,* alteroque a. quam imperium adeptus est amisit *ego conieceram Herm. 36 p. 292* 13 discidit *MPδ* (*S*¹?), dissidii *T* 15 mixturaque *Lipsius fort. recte*, mixtura prope *Bentley*, mixtura (*del.* quoque) *Bücheler* 18 magnifica assidue *T*

bigarum quadrigarumque cursus proelium etiam duplex, equestre ac pedestre, commisit; at in amphitheatro nauale quoque. nam uenationes gladiatoresque et noctibus ad lychnuchos, nec uirorum modo pugnas, sed et feminarum. praeterea quaestoriis muneribus, quae olim omissa reuocauerat, ita semper interfuit, ut populo potestatem faceret bina paria e suo ludo postulandi eaque nouissima aulico apparatu induceret. ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes ei 2
stabat puerulus coccinatus paruo portentosoque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnumquam serio. auditus est certe, dum ex eo quaerit, ecquid sciret, cur sibi uisum esset ordinatione proxima Aegypto praeficere Mettium Rufum. edidit naualis pugnas paene iustarum classium, effosso et circumstructo iuxta Tiberim lacu, atque inter maximos imbres perspectauit.

Fecit et ludos saeculares, computata ratione temporum 3
ad annum non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat; in iis circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos e septenis spatiis ad quina corripuit.

Instituit et quinquennale certamen Capitolino Ioui triplex, 4
musicum equestre gymnicum, et aliquanto plurium quam nunc est coronatorum. certabant enim et prosa oratione Graece Latineque ac praeter citharoedos chorocitharistae quoque et psilocitharistae, in stadio uero cursu etiam uirgines. certamini praesedit crepidatus purpureaque amictus toga Graecanica, capite gestans coronam auream cum effigie Iouis ac Iunonis Mineruaeque, adsidentibus Diali sacerdote et collegio

16 *Epit. 11, 14* huius tempore saeculares ludi celebrati sunt.

1 duplex etiam *Υ* 3 lihnucos (lihin- Π^1Q) *MΥδ*, linuchos *G*, lichnucos *fere rel. et* Π^2 (*corruptius LT*), *cf. Iul. 37* 5 questoris Π^1Q, questorib; *G* reuocarent *M*, -carat *T* (*Graevius, fort. recte*), -caret *δ* 7 e *om.* Π^1Q ea quae (que *T*) POS^1T, quae *ΠQ* nouissimo *POT* 11 ecquid ς (*ed. Rom. II*), et quid (et qui *X*, *non T*) *Ω* cur] quid (qui *R*, et quid *T*) *Υ'* 12 mettium (mertium *L*, metuum *δ*) *GLPSδ*, metium *MT*, ęthium *ΠQ*, etium *R* (*in T praecedit* p̄ficeret), Maecium *Oud.* (*Roth*), Metilium *olim Dittenberger* 14 circumducto *Q* inter maximos] in thermis *Υ* 15 prospectauit *ΠR* 17 ab anno *Υ'* 18 diebus *Friedländer* (*Marquardt, St. V. III p. 516*) 21 pluri*um *M* (m *erasa ut uid.*) 22 coronarum *Stephanus* 23 ac] et *G* 24 uirgines *Lipsius*, uirginis *Ω* (etiam uirginum c. p. *Turnebus*) 25 certamine *LPT* 27 diale M^1

Flauialium pari habitu, nisi quod illorum coronis inerat et ipsius imago. celebrabat et in Albano quotannis Quinquatria Mineruae, cui collegium instituerat, ex quo sorte ducti magisterio fungerentur ederentque eximias uenationes et scaenicos ludos superque oratorum ac poetarum certamina.

5 Congiarium populo nummorum trecenorum ter dedit atque inter spectacula muneris largissimum epulum Septimontiali †sacrorum quidem senatui equitique panariis, plebei sportellis cum obsonio distributis initium uescendi primus fecit; dieque proximo omne genus rerum missilia sparsit, et quia pars maior intra popularia deciderat, quinquagenas tesseras in singulos cuneos equestris ac senatorii ordinis pronuntiauit.

5 Plurima et amplissima opera incendio absumpta restituit, in quis et Capitolium, quod rursus arserat; sed omnia sub titulo tantum suo ac sine ulla pristini auctoris memoria. nouam autem excitauit aedem in Capitolio Custodi Ioui et forum quod nunc Neruae uocatur, item Flauiae templum gentis et stadium et odium et naumachiam, e cuius postea lapide maximus circus deustis utrimque lateribus extructus est.

6 Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario:

---

13 *Eutrop. VII 23, 5* Romae quoque multa opera fecit, in his Capitolium et Forum transitorium, Diuorum porticus, Isium ac Serapium et Stadium (*Hier. chron. a. 2105 cf. Chron. a. 354 p. 147*). *Victor Caes. 11, 4* multaque operum inchoata per patrem uel fratris studio atque inprimis Capitolium absoluit. *Epit. 11, 3* Romae multa aedificia uel coepta uel a fundamentis construxit. *cf. Oros VII 10, 2* plurimas urbis aedes destructis populi Romani rebus extruxit. 20 sqq. *Eutrop. VII 23, 4* expeditiones quattuor habuit, unam aduersum Sarmatas, alteram aduersum Cattos (cathos *u. l., Κάτθας Paean.*), duas aduersum Dacos. de Dacis Cattisque (cathisque, chattisque *u. l.*) duplicem triumphum egit, de Sarmatis solam lauream usurpauit. multas tamen calamitates isdem bellis passus est; nam in Sarmatia legio eius cum duce interfecta est, et a Dacis Oppius Sabinus consularis et Cornelius Fuscus

---

4 redderentque *codd. praeter Mδ* 7 epopulum *M*, populum *δ* septimontialis *T* epulum Septimontiali sacro: cum quidem *I. Gronov. probabiliter*, Septimontiali sacro quidem *Torr.* (ς?), Septimontiali sacrorum quidem die *uulg. post Sabellicum* (Septimontiale. Sacrorum quidem die *Handius*), *alii aliter* (quondam *pro* quidem *propos. Torr. Bentley*) 8 plebi isportellis *MG*, plebi sp. *δ* 10 massilia *M*, massillia *et in marg. resecta m. 1* † missil⟨ia⟩ *G*, massalia *δ* 16 custodiuit et *T* 18 et odium (ho- *G*) *MGT*, et exmetodium *X* e cuius] et usus *G* 19 de iustis Π^1Q

sponte in Chattos, necessario unam in Sarmatas legione cum legato simul caesa; in Dacos duas, primam Oppio Sabino consulari oppresso, secundam Cornelio Fusco praefecto cohortium praetorianarum, cui belli summam commiserat. de Chattis Dacisque post uaria proelia duplicem triumphum egit, de Sarmatis lauream modo Capitolino Ioui rettulit.

Bellum ciuile motum a L. Antonio, superioris Germaniae 2
praeside, confecit absens felicitate mira, cum ipsa dimicationis hora resolutus repente Rhenus transituras ad Antonium copias barbarorum inhibuisset. de qua uictoria praesagiis prius quam nuntiis comperit, siquidem ipso quo dimicatum erat die statuam eius Romae insignis aquila circumplexa pinnis clangores laetissimos edidit; pauloque post occisum Antonium adeo uulgatum est, ut caput quoque adportatum eius uidisse se plerique contenderent.

Multa etiam in communi rerum usu nouauit: sportulas 7
publicas sustulit reuocata rectarum cenarum consuetudine; duas circensibus gregum factiones aurati purpureique panni ad quattuor pristinas addidit; interdixit histrionibus scaenam, intra domum quidem exercendi artem iure concesso; castrari mares uetuit; spadonum, qui residui apud mangones erant,

---

praefectus praetorio cum magnis exercitibus occisi sunt. *Victor Caes. 11, 4* Dacis et Cattorum manu deuictis. *Epit. 11, 2* Cattos Germanosque deuicit. *cf. Oros. VII 10, 3* bellum aduersum Germanos et Dacos per legatos gessit pari rei publicae pernicie, cum et in urbe ipse senatum populumque laniaret et foris male circumactum exercitum adsidua hostes caede conficerent. *VII 10, 4* sub nomine superatorum hostium de extinctis legionibus triumphauit.

3 *Schol. Iuu. 4, 112* Fuscus sub Domitiano exercitui praepositus in Dacia periit. 7 *cf. Epit. 11, 9* his eius saeuitiis, ac maxime iniuria uerborum, qua se scortum uocari dolebat, accensus Antonius, curans Germaniam superiorem, imperium corripuit. quo per Norbanum Appium acie strato *eqs.*

---

1 cathos $M\Pi^2 S\delta$, catthos *GPR* (*Roth*), carthos *L*, cathdos *T* (sponte *usque* Dacos *om.* $\Pi^1 Q$ *inserentes* Consul *ante* duas, legione *pro* legato $\Pi^2 R$) 5 catis *MR*, catthis $G\Pi^2$, cattis $P\Pi^1 Q$, cartis *L*, cathis *S*, cathdiis *T* (de dacis cathisque δ) 10 prius presagiis *T* 11 dimicandum *X* 12 erat] est *T* pennis *XT* 15 sepelirique *X* (*in L praecedit* indisce) contenderint *Bentley* 16 in communes rerum usus *XN* 18 grecum *Ω*, *corr. Beroaldus* 19 scaena *Heinsius*

2 pretia moderatus est. ad summam quondam ubertatem uini,
frumenti uero inopiam existimans nimio uinearum studio neglegi arua, edixit, ne quis in Italia nouellaret utque in prouinciis uineta succiderentur, relicta ubi plurimum dimidia parte; nec exequi rem perseuerauit. quaedam ex maximis officiis inter
3 libertinos equitesque R. communicauit. geminari legionum
castra prohibuit nec plus quam mille nummos a quoquam ad signa deponi, quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna res nouas moliens fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa uidebatur. addidit et quartum stipendium militi aureos ternos.

8 Ius diligenter et industrie dixit, plerumque et in foro
pro tribunali extra ordinem; ambitiosas centumuirorum sententias rescidit; reciperatores, ne se perfusoriis assertionibus accommodarent, identidem admonuit; nummarios iudices cum
2 suo quemque consilio notauit. auctor et tr(ibunis) pl(ebis)
fuit aedilem sordidum repetundarum accusandi iudicesque in eum a senatu petendi. magistratibus quoque urbicis prouinciarumque praesidibus coercendis tantum curae adhibuit, ut neque modestiores umquam neque iustiores extiterint; e quibus
3 plerosque post illum reos omnium criminum uidimus. sus-
cepta correctione morum licentiam theatralem promiscue in equite spectandi inhibuit; scripta famosa uulgoque edita, quibus primores uiri ac feminae notabantur, aboleuit non sine auctorum ignominia; quaestorium uirum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, mouit senatu; probrosis feminis lecticae usum ademit iusque capiendi legata hereditatesque; equitem R. ob reductam in matrimonium uxorem, cui dimissae adulterii crimen intenderat, erasit iudicum albo; quosdam

---

12 *Epit. 11, 2* ius aequissime dixit.

---

1 quandam *MGδ* (*Graevius*); *in G totus locus sic extat*: est ad summam quandam. Vbertatem uero uini frumenti inopiam; *Duker malebat* ac summa quondam ubertate uini, frumenti uero inopia   3 nouallaret (*corr. m. 1 ex* noualleret) *M*   in prouinciis *om. X*   6 militesque († equites *ss. m. 2*) *Π*   9 depositurum *L*[1], -arum *POST*   10 aureis ternis *Lipsius*, in (ad *Casaub.*) aureos ternos *Salmasius*   11 in fore *M*   12 pro tribunali: extra ordinem ambitiosas *distinguit Mommsen post alios* (*cf. Vesp. 10*)   ⟨et⟩ extra *Bentley*   13 semper fusoriis (sus- *Π*[1]) *Π*[1]*Q*, semper suasoriis *Π*[2], se persuasoriis *ST et pro u. l. ss. Π*[2]   17 a] ac *M*   21 correctione *Lς*, correptione *rel.* (*Ω*)   promiscue *om. G*   22 edicta *M*

ex utroque ordine lege Scantinia condemnauit; incesta Vesta-
lium uirginum, a patre quoque suo et fratre neglecta, uarie
ac seuere coercuit, priora capitali supplicio, posteriora more
ueteri. nam cum Oculatis sororibus, item Varronillae liberum 4
mortis permisisset arbitrium corruptoresque earum relegasset,
mox Corneliam maximam uirginem absolutam olim, dein longo
interuallo repetitam atque conuictam defodi imperauit stupra-
toresque uirgis in comitio ad necem caedi, excepto praetorio
uiro, cui, dubia etiam tum causa et incertis quaestionibus
atque tormentis de semet professo, exilium indulsit. ac ne 5
qua religio deum impune contaminaretur, monimentum, quod
libertus eius e lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis
filio extruxerat, diruit per milites ossaque et reliquias quae
inerant mari mersit.

Inter initia usque adeo ab omni caede abhorrebat, ut ab- 9
sente adhuc patre recordatus Vergili[i] uersum ⟨*georg.* *2, 538*⟩:

impia quam caesis gens est epulata iuuencis

edicere destinarit, ne boues immolarentur. cupiditatis quo-
que atque auaritiae uix suspicionem ullam aut priuatus um-
quam aut princeps aliquamdiu dedit, immo e diuerso magna
saepe non abstinentiae modo sed etiam liberalitatis experi-
menta. omnis circa se largissime prosecutus nihil prius aut 2
acrius monuit quam ne quid sordide facerent. relictas sibi
hereditates ab iis, quibus liberi erant, non recepit. legatum
etiam ex testamento Rusti Caepionis, qui cauerat ut quotannis
ingredientibus curiam senatoribus certam summam uiritim

15. 18 (*cf.* p. 342, 11) *Eutrop. VII 23, 1* primis tamen annis moderatus in imperio fuit, mox ad ingentia uitia progressus libidinis, iracundiae, crudelitatis, auaritiae tantum in se odii concitauit, ut merita et patris et fratris aboleret (*cf. Dom. 3*). *Victor Caes. 11, 3* primo clementiam simulans (*item Epit. 11, 2*). *11, 1* praedas caedem supplicia agere occepit.

1 scantinia *G* (*Sabellicus*, scatinia ς), cantinia *MQLS*, catinia *ΠRPOT* 2 suo *om. G* 3 at *Bentley* supplici *M* 4 oculati (osc- S^1) *X*, Ocellatis *Beroaldus* ueronillae *G* 6 uirginem maximam *Υ* olim *om. Υ* deinde $XQ^2\delta$, dehinc *Π* (*uulg.*) 7 atque] neque *Duker coll. Plin. epist. IV 11* 17 inopia *M* 18 ediscere *M* destinarit *X*, destinauit $MGN^1\delta$, destinauerit ΥN^2 20 e diuerso] diuerso (-sę *P*) *MLPδ*, etiam *N*, *del. Ernesti* magna *Mδ*, magnae *rel. et N* 21 experimento *XN* 25 rusci *Ω*, Rusti *quod affertur ex* ς, *postulant tituli* (*sic iam Torr. et Burm.*)

praestaret heres suus, irritum fecit. reos, qui ante quinquen-
nium proximum apud aerarium pependissent, uniuersos dis-
crimine liberauit nec repeti nisi intra annum eaque condicione
permisit, ut accusatori qui causam non teneret exilium poena
3 esset. scribas quaestorios negotiantis ex consuetudine sed
contra Clodiam legem uenia in praeteritum donauit. subsi-
ciua, quae diuisis per ueteranos agris carptim superfuerunt,
ueteribus possessoribus ut usu capta concessit. fiscales calum-
nias magna calumniantium poena repressit, ferebaturque uox
eius: princeps qui delatores non castigat, irritat.

10 Sed neque in clementiae neque in abstinentiae tenore
permansit, et tamen aliquanto celerius ad saeuitiam desciuit
quam ad cupiditatem. discipulum Paridis pantomimi ⟨im⟩pu-
berem adhuc et cum maxime aegrum, quod arte formaque
non absimilis magistro uidebatur, occidit; item Hermogenem
Tarsensem propter quasdam in historia figuras, libraris etiam,
qui eam descripserant, cruci fixis. patrem familias, quod
Thraecem murmilloni parem, munerario imparem dixerat, de-
tractum spectaculis in harenam canibus obiecit cum hoc
titulo: impie locutus parmularius.

2 Complures senatores, in iis aliquot consulares, interemit;
ex quibus Ciuicam Cerealem in ipso Asiae proconsulatu, Sal-
uidienum Orfitum, Acilium Glabrionem ⟨in⟩ exilio, quasi moli-
tores rerum nouarum, ceteros leuissima quemque de causa.
Aelium Lamiam ob suspiciosos quidem, uerum et ueteres et
innoxios iocos, quod post abductam uxorem laudanti uocem
suam eutacto dixerat quodque Tito hortanti se ad alterum

---

11 sqq. *u. ad p. 341, 15* 21 *Eutrop. VII 23, 2* interfecit nobilissimos e senatu. *Oros. VII 10, 2* nobilissimos e senatu inuidiae simul et praedae causa alios palam interfecit, alios in exilium trusit ibique trucidari imperauit.

---

2 aerarium apud *T* 4 non *om. T* (*propterea* ni causam *Bentley*) 7 ueneranos *M et pro u. l. δ* superfuerant *Ernesti* 9 calumnantium *ML* uox *om.* $\Pi^1 Q\varsigma$ 10 inuitat *I. F. Gronov.* 13 impuberem *ed. Basil. 1533* (adhuc puberem *T*) 18 threcem (tr- *P*) *MGX*, thracem (trach- *ΠR*) *T* 19 e (et *Q*) spectaculis *GT* 21 in iis *M*, in his (hiis L^2) *G*TL^2, iniuste *XN*, et in his *δ*, in his ⟨et⟩ *Bentley* 22 cerealam *X* 23 in *add. Torr.* militores *M* (militatores *δ*), motores $\Pi^1 Q$ 24 nouarum rerum *G* 25 laniam *X* (*corr.* $L^3 T^2$) 26 abductam $T\varsigma$ (*Beroaldus*), adductam *rel.* (Ω) 27 Eu. tacito *G*, εὐτακτῷ *uulg.*

matrimonium responderat: *μὴ καὶ σὺ γαμῆσαι θέλ⟨ε⟩ις;* Sal- 3
uium Cocceianum, quod Othonis imperatoris patrui sui diem natalem celebrauerat; Mettium Pompusianum, quod habere imperatoriam genesim uulgo ferebatur et quod depictum orbem terrae in membrana[s] contionesque regum ac ducum ex Tito Liuio circumferret quodque seruis nomina Magonis et Hannibalis indidisset; Sallustium Lucullum Britanniae legatum, quod lanceas nouae formae appellari Luculleas passus esset; Iunium Rusticum, quod Paeti Thraseae et Heluidi Prisci laudes edidisset appellassetque eos sanctissimos uiros; cuius criminis occasione philosophos omnis urbe Italiaque summouit. occidit et Heluidium filium, quasi scaenico exodio sub 4
persona Paridis et Oenones diuortium suum cum uxore taxasset; Flauium Sabinum alterum e patruelibus, quod eum comitiorum consularium die destinatum perperam praeco non consulem ad populum, sed imperatorem pronuntiasset.

Verum aliquanto post ciuilis belli uictoriam saeuior, ple- 5
rosque partis aduersae, dum etiam latentis conscios inuestigat[o], nouo quaestionis genere distorsit immisso per obscaena igne; nonnullis et manus amputauit. satisque constat duos solos e notioribus uenia donatos, tribunum laticlauium et centurionem, qui se, quo facilius expertes culpae ostenderent, impudicos probauerant et ob id neque apud ducem neque apud milites ullius momenti esse potuisse.

Erat autem non solum magnae, sed etiam callidae inopinataeque saeuitiae. a[u]ctorem summarum pridie quam cruci figeret in cubiculum uocauit, assidere in toro iuxta coegit,

---

17 *Epit. 11, 10* quo (*Antonio*) . . . acie strato Domitianus longe taetrior in omne hominum genus, etiam in suos ferarum more grassabatur (*cf. Cal. 34*).

---

1 ΘΕΛΙC *Ω, uarie corruptum in XΥ* 3 metium *ΥS²Τδ* pomposianum *Ω*, *corr. Roth coll. Vesp. 14* 5 membrana *Scriverius*, membranis ς (*Beroald.*), membrana s⟨ecum⟩ *Oud.* 6 hannonis] *G* 9 peti *GΥδ* (pethitrase *δ*), petit *M*, petitus *XN* et Heluidi] *cf. Macé, Suét. p. 413* 10 appellasetque *M*, -aretque *δ* 12 quod quasi *Υ′* 13 paradis *M* 17 ciuili *M*¹ 18 dudum *Υ′O* latentes *Υ′ON*, fatentes *Bentley* conscios *del. Torr.* inuestigat *Stephanus* (per conscios inuestigatos *Casaub.*) 19 torsit *Bentley* 21 e notioribus] remotioribus *R*, e remotioribus (reme- *Π*¹) *ΠQς* tribunos *Υ*, -us *T* 23 iudicem *PR* 26 actorem *Torr.* (ς?), auctorem *Ω* 27 figerent *N*, suffigeret *Ursinus*

securum hilaremque dimisit, partibus etiam de cena dignatus est. Arrecinum Clementem consularem, unum e familiaribus et emissariis suis, capitis condemnaturus in eadem uel etiam maiore gratia habuit, quoad nouissime simul gestanti, conspecto delatore eius: uis, inquit, hunc nequissimum seruum cras audiamus?

2 Et quo contemptius abuteretur patientia hominum, numquam tristiorem sententiam sine praefatione clementiae pronuntiauit, ut non aliud iam certius atrocis exitus signum esset quam principii lenitas. quosdam maiestatis reos in curiam induxerat, et cum praedixisset experturum se illa die quam carus senatui esset, facile perfecerat ut etiam more
3 maiorum puniendi condemnarentur; deinde atrocitate poenae conterritus, ad leniendam inuidiam intercessit his uerbis — neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere —: permittite, patres conscripti, a pietate uestra impetrari, quod scio me difficulter impetraturum, ut damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis; nam et parcetis oculis uestris et intellegent me omnes senatui interfuisse.

12 Exhaustus operum ac munerum inpensis stipendioque, quod adiecerat, temptauit quidem ad releuandos castrenses sumptus numerum militum deminuere; sed cum et obnoxium se barbaris per hoc animaduerteret neque eo setius in explicandis oneribus haereret, nihil pensi habuit quin praedaretur omni modo. bona uiuorum ac mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et crimine corripiebantur. satis erat obici qualecumque factum dictum[q]ue aduersus maiestatem prin-
2 cipis. confiscabantur alienissimae hereditates uel uno existente, qui diceret audisse se ex defuncto, cum uiueret, heredem sibi Caesarem esse. praeter ceteros Iudaicus fiscus acerbissime

2 est *om.* *S* (*Polak*) arrecinum *Π*¹*QN*, arretinum (arrent- *Lδ*, aret- *GPT*) *rel.* (*Ω*) 5 conspectu *MΠ*¹*Qδ* 7 quo] cum *Π*¹*Q* 9 ut] et *Mδ* 10 principi *S*¹, principis *B.-Crus.* 11 experiturum *T* 16 impetrare *G* 17 scio me difficulter me (*deleto m. 1 priore* me) *G* difficiliter *T* 19 intelligetis *T* 20 infuisse *Π*¹*Q* 23 diminuere *ΠPSTδ* 24 per hoc *om.* *G* 25 h(a)erere *ΠQ* (*Scriverius, Bentley*) 26 quolibet et accusati et (et *ss. in R*) accusatores crimine *T* 28 dictumue *δς* (*Torr.*), dictumque *Ω* 30 quid *M*

actus est; ad quem deferebantur, qui uel[ut] inprofessi Iudai-
cam uiuerent uitam uel dissimulata origine imposita genti
tributa non pependissent. interfuisse me adulescentulum
memini, cum a procuratore frequentissimoque consilio inspi-
ceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset.

Ab iuuenta minime ciuilis animi, confidens etiam et cum 3
uerbis tum rebus immodicus, Caenidi patris concubinae ex
Histria reuersae osculumque, ut assuerat, offerenti manum
praebuit; generum fratris indigne ferens albatos et ipsum
ministros habere, proclamauit ⟨*Hom. Il. 2, 204*⟩:

οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη.

principatum uero adeptus neque in senatu iactare dubitauit et **13**
patri se et fratri imperium dedisse, illos sibi reddi-
disse, neque in reducenda post diuortium uxore edicere ⟨re⟩uo-
catam eam in puluinar suum. adclamari etiam in amphi-
theatro epuli die libenter audiit: domino et dominae feli-
citer! sed et Capitolino certamine cunctos ingenti consensu
precantis, ut Palfurium Suram restitueret pulsum olim senatu ac
tunc de oratoribus coronatum, nullo responso dignatus tacere
tantum modo iussit uoce praeconis. pari arrogantia, cum pro- 2
curatorum suorum nomine formalem dictaret epistulam, sic
coepit: dominus et deus noster hoc fieri iubet. unde in-
stitutum posthac, ut ne scripto quidem ac sermone cuiusquam

22 *Eutrop. VII 23, 2* dominum se et deum primus appellari iussit (*Hier. chron. a. 2102*). *Epit. 11, 6* more C. Caligulae (*cf. Cal. 22*) dominum sese deumque dici coegit. *Victor Caes. 11, 2* maior libidinum flagitio ac plus quam superbe utens patribus, quippe qui se dominum deumque dici coegerit. *Oros. VII 10, 2* in tantam superbiam prolapsus fuit, ut dominum sese ac deum uocari, scribi colique iusserit (*ex Eutropio et Suetonio*).

1 exactus *Gς* (*Bentley*), auctus *S* uel inprofessi *I. Fr. Gronov.*, uelut inprofessi (ĩprofessi *Q*, impr- *δ*) *MGTδ*, ueluti professi *X*, uel ut professi *Casaub.*, uel ut inprofessi *Iac. Gronov.* 2 intra urbem *post* Iudaicam *add. T* 3 me adulescentulum *del. Bentley* 4 frequentissimo (*del.* que, *quod ss. est in R*) *Torr. al.* 6 tum *QSTNL*[3] 11 *graeca om. Π*[1]*Q*, *ss.* non bonus multum (multum bonus *S*) hic nec in ullo *in LS* 13 illo *M*, et illos *T* (illos — reddidisse *om. L*[1]*P*) 14 ediceret *X* (i *ex* u *corr. L*), dicere *G* reuocatam *Salmasius* 18 palfarium *Mδ* 21 formaul emdictaret *M* (formatilem *δ*, formularem *C. Barth*), *inde* formulam dictaret epistula *Bentley* 22 hoc] sic *N* (*uulg.*) 23 ac] aut *GN*

appellaretur aliter. statuas sibi in Capitolio non nisi aureas et argenteas poni permisit ac ponderis certi. Ianos arcusque cum quadrigis et insignibus triumphorum per regiones urbis tantos ac tot extruxit, ut cuidam Graece inscriptum sit: arci.
3 consulatus septemdecim cepit, quot ante eum nemo; ex quibus septem medios continuauit, omnes autem paene titulo tenus gessit nec quemquam ultra Kal. Mai., plerosque ad Idus usque Ianuarias. post autem duos triumphos Germanici cognomine assumpto Septembrem mensem et Octobrem ex appellationibus suis Germanicum Domitianumque transnominauit, quod altero suscepisset imperium, altero natus esset.

14 Per haec terribilis cunctis et inuisus, tandem oppressus est ⟨...⟩ amicorum libertorumque intimorum simul et uxoris. annum diemque ultimum uitae iam pridem suspectum habebat, horam etiam nec non et genus mortis. adulescentulo Chaldaei cuncta praedixerant; pater quoque super cenam quondam fungis abstinentem palam irriserat ut ignarum sortis suae,
2 quod non ferrum potius timeret. quare pauidus semper atque anxius minimis etiam suspicionibus praeter modum commo-

---

1 *Eutrop. VII 23, 2* nullam sibi nisi auream et argenteam statuam in Capitolio passus est poni (*Hier. chron. a. 2107*). 5 *Auson. grat. act. 6, 27* septem ac decem Domitiani consulatus, quos ille inuidia alios prouehendi continuando conseruit. 8 *Victor Caes. 11, 4* Dacis et Cattorum manu deuictis Septembrem Octobremque menses Germanici superiorem, e suo nomine alterum appellauerat. 12 *Eutrop. VII 23, 6* cum ob scelera uniuersis exosus esse coepisset, interfectus est suorum coniuratione in Palatio (*Hier. chron. a. 2112 Oros. VII 10, 7*). *Victor Caes. 11, 7* magis magisque saeuitia nimius eoque suspectior etiam suis libertorum consilio uxore non ignara . . . poenas luit. *Epit. 11, 11* metu crudelitatis et conscientiae suae coniurauere plerique . . . adscita etiam in consilium tyranni uxore Domitia.

---

2 certianos *Mδ*, Ceruianos *Υ* 4 ac] aut *Υ*, at ac *Π*² arci *MGδ*, arti *Υ* (*in ε ss.* † arci), arcui *X*, ἀρκεῖ *Turnebus*: '*latinum uerbum quaerendum*, *non graecum ἀρκεῖ*' *Bentley*, *qui antea coniecerat* ΑΡΚ *i.* MCXX 5 septemdecem (septen- *R*, VII. X *Π*) *MΥ* (*cf. Auson. supra*) quot ς *et edd. uet.*, quod *Ω* 8 germanico *R et pro u. l. Π*² nomine *G* 9 absumpto *MΠQδ* 12 tandem *corr. ex* tantum *M* (*m. 1*) 13 conspiratione *post* intimorum *suppl. Υ'ON* (*post* uxoris *cod. Guelf. August. 80, 2 saec. XV*), insidiis *ante* amicorum *G et hic melius* (*siue* consiliis *siue* conspiratione *siue* coniuratione, *cf. testim. supra et Herm. 36 p. 295*), destitutus solaciis *post* uxoris *δ* 16 quandam *X*, ⟨...⟩dā *in marg. resecta add. G*¹ (*om. g*)

uebatur. ut edicti de excidendis uineis propositi gratiam faceret, non alia magis re compulsus creditur, quam quod sparsi libelli cum his uersibus erant ⟨*Anth. Pal. IX 75*⟩:

κἄν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω,
ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.

eadem formidine oblatum a senatu nouum et excogitatum honorem, quamquam omnium talium appetentissimus, recusauit, quo decretum erat ut, quotiens gereret consulatum, eq(uites) R. quibus sors obtigisset, trabeati et cum hastis militaribus praecederent eum inter lictores apparitoresque. 3

Tempore uero suspecti periculi appropinquante sollicitior in dies porticuum, in quibus spatiari consuerat, parietes phengite lapide distinxit, e cuius splendore per imagines quidquid a tergo fieret prouideret. nec nisi secreto atque solus plerasque custodias, receptis quidem in manum catenis, audiebat. utque domesticis persuaderet, ne bono quidem exemplo aud[i]endam esse patroni necem, Epaphroditum a libellis capitali poena condemnauit, quod post destitutionem Nero in adipiscenda morte manu eius adiutus existimabatur. denique Fla- **15**
uium Clementem patruelem suum contemptissimae inertiae, cuius filios etiam tum paruulos successores palam destinauerat abolito⟨que⟩ priore nomine alterum Vespasianum appellari,

---

2 facere — credatur *Υ* (*uulg.*) *in uoce* magis, *quam om.* Π^1, *desinit R*; *abhinc notantur lectiones codicis ϱ* quam *Xϱ*, namque *ΜΠQδ*, nam *G* (*cf. p. 335, 2*) 4. 5 *om. ΠQε, in marg. adscr.* ΚΑΙΜΗΦΑΤΗϹϾΤΡΙ𝔷· et cetera Π^2 4 *κἂν Roth et sic in titulo Pompeiano CIL IV 3407, 6*, ΚΑΙ *Ω*, *κἤν Politianus* (*cum codd. Anth. Pal. IX 75, Schol. Arist. Plut. 1129, Suid. s. u. Ἀσκὸς Κτησιφῶντος*) ΜΗ(ΜΕ *LS*) ÞΑΓΗϹΕΤΡΙ𝔷ΑΝΟΜΟϹϹΕΠΙ (ΕΠΙ *corr. ex* ΕΤΗ *M*) ΚΑΡΠΟΦΟΡΕϹϹΗϹ (-ΦΟΡΕϹΗϹ *G*, -ΦΟΡΕΤΕΗ *L*) *M et sim. rel.* (*ποτὶ ῥίζαν in tit. Pompeiano*) 5 ΕΡΙϹΠΕΙϹΕϹ *M*, ΕΠΙϹΠΕΙϹΕϹ *GX*, ΕΠΙϹΠΗΙϹΕ *ϱ*, *ἐπιλεῖψαι schol. Arist. et Suid.* *σοί τράγε Bentley* (*Roth*), ϹΟΙΚΑΡΘΕ *MGLP* (*paululum corruptius in rel.*), *Καίσαρι Politian.* (*uulg.*), *σοί κάπρε Bücheler nescio an rectius* ΟΥΔΟΜΕΝω *M et sim. rel.* (ΟΥΛ- *G*, ΟΥD- *L*, ΟΙD- *S*, ΟΥΑ- *PTϱ*) 7 appentensimus *M* (appētesimus *δ*) 11 uero *Ω* (*in marg. add. M m. 1*), *om. Roth*, quoque *uulg.* suspecto *LP* pericula *M*, periculo *LPδ* 12 consueuerat *Pϱ* 15 manu *X* (*Oud.*) 16 audendam *ϱ et sic corr.* L^2, audiendam *rel. et N* (esse *om. N*) 20 contemptissi *M* 22 abolitoque *N*, et abolito *Υ* (*edd.*), abolito *MGX* (*Bentley*) priori *Υ* appellari] appellari iusserat *Υ'N* (*in ϱ post* Domitianum *legitur*) *et edd.*, appellans *Bentley*, appellare *Preud'homme*

alterum Domitianum, repente ex tenuissima suspicione tantum non in ipso eius consulatu interemit. quo maxime facto maturauit sibi exitium.

2 Continuis octo mensibus tot fulgura facta nuntiataque sunt, ut exclamauerit: feriat iam, quem uolet. tactum de caelo Capitolium templumque Flauiae gentis, item domus Palatina et cubiculum ipsius, atque etiam e basi statuae triumphalis titulus excussus ui procellae in monimentum proximum decidit. arbor, quae priuato adhuc Vespasiano euersa surrexerat, tunc rursus repente corruit. Praenestina Fortuna, toto imperii spatio annum nouum commendanti laetam eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit nec sine sanguinis mentione.

3 Mineruam, quam superstitiose colebat, somniauit excedere sacrario negantemque ultra se tueri eum posse, quod exarmata esset a Ioue. nulla tamen re perinde commotus est quam responso casuque Ascletarionis mathematici. hunc delatum nec infitiantem iactasse se quae prouidisset ex arte, sciscitatus est, quis ipsum maneret exitus; et affirmantem fore ut breui laceraretur a canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis sepeliri quoque accuratissime imperauit. quod cum fieret, euenit ut repentina tempestate deiecto funere semiustum cadauer discerperent canes, idque ei cenanti a mimo Latino, qui praeteriens forte animaduerterat, inter ceteras diei fabulas referretur.

16 Pridie quam periret, cum oblatos tubures seruari iussisset in crastinum, adiecit: si modo uti licuerit, et conuersus ad proximos affirmauit fore ut sequenti die luna se in aquario

---

3 exitum *XN* (*uulg.*), *corr.* L^2 4 iacta *Graevius* 5 factum *Mδ* 8 proxumum *M* (*inde opinor* monum- *hic in archetypo fuisse, ut praebent GHQPT*) 10 tunc] T·N·C *Mδ*, TUNC *ε* 11 commendanti *om.* *Υ* eademque *MTδ*, eandem $Π^1Q$ 13 reddidit *Υ'*, reddit *rel.* (*Ω?*), edidit *Bentley* 15 *lacunam ante* negantemque *statuit Roth*, negantem *uulg. post Stephanum*, negantem quoque *Oud.* (*cf. Cal. 57*) 17 ascletarionis *Ω*, '*quaere an* Asclepationis' *Bentley et sic emend. Kumanudis* (*cf. Boissevain ad Dion. 67, 16, 3*), Asclationis *F. Cumont* (*Catal. codd. astrol. Graec. V p. 205*) 18 seq(ue) *MGLPTϱ* prouidisse *GLPT* 21 quoque *om. ϱ*, quam *uel* quoque quam *Duker* 23 detecto *N*, disiecto *Bentley al.*, deserto *Ernesti* 24 à immo *M* 26 tubures *M*, tuberos *L*, tuberes *rel. et edd.*, i. boletos *ss. in ε*

cruentaret factumque aliquod existeret, de quo loque-
rentur homines per terrarum orbem. at circa mediam noc-
tem ita est exterritus, ut e strato prosiliret. dehinc mane haru-
spicem ex Germania missum, qui consultus de fulgure muta-
tionem rerum praedixerat, audiit condemnauitque. ac dum exul- 2
ceratam in fronte uerrucam uehementius scalpit, profluente san-
guine: utinam, inquit, hactenus. tunc horas requirenti pro
quinta, quam metuebat, sexta ex industria nuntiata est. his
uelut transacto iam periculo laetum festinantemque ad cor-
poris curam Parthenius cubiculo praepositus conuertit, nuntians
esse qui magnum nescio quid afferet, nec differendem. itaque
summotis omnibus in cubiculum se recepit atque ibi occi-
sus est.

De insidiarum caedisque genere haec fere diuulgata sunt. 17
cunctantibus conspiratis, quando et quo modo, id est lauan-
temne an cenantem adgrederentur, Stephanus, Domitillae pro-
curator et tunc interceptarum pecuniarum reus, consilium
operamque obtulit. ac sinisteriore brachio uelut aegro lanis
fasciisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem ob-
uoluto, sub ipsam horam dolonem interiecit; professusque
conspirationis indicium et ob hoc admissus legenti traditum
a se libellum et attonito suffodit inguina. saucium ac re- 2
pugnantem adorti Clodianus cornicularius et Maximus Par-
theni libertus et Satur decurio cubiculariorum et quidam e
gladiatorio ludo uulneribus septem contrucidarunt. puer, qui
curae Larum cubiculi ex consuetudine assistens interfuit caedi,
hoc amplius narrabat, iussum se a Domitiano ad primum

---

10. 16. 23 *Epit. 11, 11* impulsoribus Parthenio procurante cubiculum et Stephano et tum ob fraudem interceptae pecuniae supplicium suspectante Clodiano (*sic etiam Landolf.*) 25 *Epit. 11, 12* Domitianum multis uulneribus confodiunt.

---

2 ad circa *M*, ad *Graevius al.* 3 prosilierit *Bentley* 15 id est *del. Burm.*, item *Ernesti* 16 an] aut *Lς*, a *T* 19 obuoluto sub *G* (*Salmasius*), obuolutamb *Mδ*, obuoluto in *X*, obuoluto ad *T* (*uulg.*) 20 dolonem *Ferrarius*, dolum *Ω*, dolo *δ* 24 et satur *Gδ*, est et satur *MLP*, est et saturius *O*, et saturius *T'* (*edd.*): *idem ut uidetur* Sigerus *uocatur apud Dionem 67, 15 al.* 26 arae *Ernesti* (*Roth*), cura *C. G. Müller* curae larium cubiculis *ΠQ*, cubiculariorum cubili *ϱ*

statim uulnus pugionem puluino subditum porrigere ac ministros uocare, neque ad caput quidquam excepto capulo et praeterea clausa omnia repperisse; atque illum interim arrepto deductoque ad terram Stephano conluctatum diu, dum modo ferrum extorquere, modo quanquam laniatis digitis oculos effodere conatur.

3 Occisus est XIIII. Kal. Octb. anno aetatis quadragensimo quinto, imperii quinto decimo. cadauer eius populari sandapila per uispillones exportatum Phyllis nutrix in suburbano suo Latina uia funerauit, sed reliquias templo Flauiae gentis clam intulit cineribusque Iuliae Titi filiae, quam et ipsam educarat, conmiscuit.

18 Statura fuit procera, uultu modesto ruborisque pleno, grandibus oculis, uerum acie hebetiore; praeterea pulcher ac decens, maxime in iuuenta, et quidem toto corpore exceptis pedibus, quorum digitos restrictiores habebat; postea caluitio quoque deformis et obesitate uentris et crurum gracilitate,

---

7 *Eutrop. VII 23, 6* interfectus est . . . in Palatio anno aetatis quadragesimo (tricesimo *codd.*, *recte Paean.*) quinto, imperii quinto decimo. funus eius cum ingenti dedecore per uispillones (bispellones *uel* bispilliones *fere codd.*) exportatum et ignobiliter est sepultum (*inde Hier. chron. a. 2112* per uispillones ignobiliter exportatus anno aetatis xxxxv). *Victor Caes. 11, 7* poenas luit quinto et quadragesimo uitae anno, dominationis circiter quinto decimo. *Epit. 11, 12* Domitianum . . . confodiunt post annum quintum et quadragesimum uitae. *11, 1* imperauit annos quindecim. *Victor Caes. 11, 8* senatus gladiatoris more funus ferri (efferri *Epit.*) . . . decreuit (*inde Epit. 11, 13*). *Oros. VII 10, 7* (*ex Suet. et Eutropio*) cuius cadauer populari sandapila per uispillones (uisph- *et* uesp- *fere codd.*) exportatum atque ignominiosissime sepultum est (*inde Plac. Corp. gloss. lat. V 97, 23*). *VII 10, 1* per annos xv. *cf. Auson. 258, 12* quindecies saeuis potitur ... habenis. 16 *Auson. 257, 12* quem caluum dixit sua Roma Neronem. *Schol. Iuu. 4, 38* nam et Suetonius refert quia caluus fuit.

---

2 ministro suo carere *L¹POT* 4 ad] in *PST* conluctantem *Lς*, -nti *T* dum] tum *LPOS*, cum *T*, *om. uet. edd. aliquot in quibus l. 6* conatum *seruatur* (*sic primum ed. Bonon. a. 1488*), *nescio an uerius* 6 conatur *T*, conatum *rel. et sic corr. Π²* (*Ω*), conaretur *Ernesti* 9 uispillonis *MGδ* (*at in G m. 1 corr. in* -es), uispillones (-iliones *T*) *ΥLST*, uispalliones *P*, uespillones *edd. cum Beroaldo* phyllis *ϱς*, phyllix (phylix *G*, phill- *XΠQ*) *Ω* 11 et ipsam *om. T*, et ipsa *uulg.* (*ed. Rom. II*) 12 educauerat *G¹T* (*in G corr. m. ant.*) 13 rubr — *5 uel 6 litt. erasae* — rubrisq: *M*, rubeus rubrisque *δ* (*sequ.* plene), puborisque *P*, pudorisque *OSTN* 17 quoque *om. P*, prope *Bentley* (*cf. Dom. 3 p. 336, 15*)

quae tamen ei ualitudine longa remacruerant. commendari 2
se uerecundia oris adeo sentiebat, ut apud senatum sic quondam iactauerit: usque adhoc certe et animum meum probastis et uultum. caluitio ita offendebatur, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii ioco uel iurgio obiectaretur; quamuis libello, quem de cura capillorum ad amicum edidit, haec etiam, simul illum seque consolans, inseruerit ⟨*Hom. Il. 21, 108*⟩:

οὐχ ὁρά⟨ᾳ⟩ς, οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε;

eadem me tamen manent capillorum fata, et forti animo fero comam in adulescentia senescentem. scias nec gratius quicquam decore nec breuius. laboris im- 19
patiens pedibus per urbem non temere ambulauit, in expeditione et agmine equo rarius, lectica assidue uectus est. armorum nullo, sagittarum uel praecipuo studio tenebatur centenas uarii generis feras saepe in Albano secessu conficientem spectauere plerique atque etiam ex industria ita quarundam capita figentem, ut duobus ictibus quasi cornua efficeret. nonnumquam in pueri procul stantis praebentisque pro scopulo dispansam dexterae manus palmam sagittas tanta arte derexit, ut omnes per interualla digitorum innocue euaderent.

Liberalia studia imperii initio neglexit, quanquam biblio- 20
thecas incendio absumptas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis missisque Alexandream qui describerent emendarentque. numquam tamen aut historiae car-

---

15. 19 *Epit. 11, 5* sagittarum tam doctus fuit, ut inter patentes digitos extentae manus uiri procul positi spicula transuolarent. 23 *Epit. 11, 4* bibliothecas incendio consumptas petitis undique, praesertim Alexandria, exemplis reparauit.

---

1 ualitudine* *M* remarcuerant *G*, emacruerant *Bentley, Duker* (longiore macr- *Iernstedt*) 2 gestiebat *Heinsius* 3 adhuc Π^1ϱς (*edd.*), at hoc *ss.* Π^2 et *om. T* 9 *ss.* non (num S^2) uides tu quomodo ego bonus et magnus *in LS* 10 me manent tamen *POST*, tamen me manent ϱ, me tamen remanent *Π* facta *X* 19 effingeret *Beroaldus* 20 scopo *Stephanus* (*uulg.*) dispassam *G* 21 derexit ε (*teste Preud'hommio*), derexerit *Q*, direxit (dirr- *P*) *rel.* innocuae *Bentley Oud., sic P et H* (*cod. Paris. 8818*) 23 imperii *corr. ex* imperio *M*, *inde* imperio inito *Bentley* 24 assumptas *MT* reparari *Duker*

minibusue noscendis operam ullam aut stilo uel necessario dedit. praeter commentarios et acta Tiberi Caesaris nihil lectitabat; epistulas orationesque et edicta alieno formabat ingenio. sermonis tamen nec inelegantis, dictorum interdum etiam notabilium: uellem, inquit, tam formosus esse, quam Maecius sibi uidetur; et cuiusdam caput uarietate capilli subrutilum et incanum perfusam niuem mulso
21 dixit. condicionem principum miserrimam aiebat, quibus de coniuratione comperta non crederetur nisi occisis.

Quotiens otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis diebus matutinisque horis, ac lauabat de die prandebatque ad satietatem, ut non temere super cenam praeter Matianum malum et modicam in ampulla potiunculam sumeret. conuiuabatur frequenter ac large, sed paene raptim; certe non ultra solis occasum nec ut postea comisaretur. nam ad horam somni nihil aliud quam solus secreto deambulabat.

22 Libidinis nimiae, assiduitatem concubitus uelut exercitationis genus clinopalen uocabat; eratque fama, quasi concubi-

---

8 *Vulc. Gallic. uita Auidi Cassi 2, 5* scis enim ipse, quid auus tuus Hadrianus dixerit: 'misera condicio imperatorum, quibus de adfecta tyrannide nisi occisis non potest credi.' eius autem exemplum ponere ⟨malui⟩ quam Domitiani, qui hoc primus dixisse fertur.
18 *Victor Caes. 11, 5* muscarum agmina persequebatur (*u. ad Dom. 3*), postquam ad libidinem minus uirium erat, cuius foedum exercitium Graecorum lingua κλινοπάλην uocabat. *Epit. 11, 7* furens libidine, cuius foedum exercitium Graecorum lingua κλινοπάλην (clinopalen *Landolfus*) uocabat. *cf. Mart. XIV 201* τὴν ἐπικλινοπάλην. *Victor Caes. 11, 2* maior libidinum flagitio. *Oros. VII 10, 2* libidinis intemperantia quidquid cogitari potest fecit.

---

1 cognoscendis *Π* 3 alieno ς (*edd. pr. Rom. II Ven. I*), alfeno (alph- δ, *in Π in ras.*) *MGYδ*, alieno alfeno *LP*, alieno alfeto *S*[1], alieno alfabeto (alph- *OT*) *S*[2]*OT*ς 4 et dictorum int. not. *N*, et *uoluerat etiam Torr.*, *lacunam post* inelegantis *subesse* ⟨nec . . .⟩ *suspicatur I. W. Freund*, *post* tamen *Bücheler intercidisse ratus talia* ⟨nec indiligentis⟩ nec 5 nobilium *G* 6 maetius *corr. ex* maecius *ut uid. M*, mecius *G*, metius *rel.* 7 subrutillim *M* et canum *X* 8 ⟨et⟩ condicionem *Roth* 13 martianum *X* (*non T*) 14 modicā (*om.* in) *T* modica *Lipsius* ampullam *Π*ς daret *et ss.* (*m. 2*) at sumeret *Π* 17 secreto solus ϱς 19 clinopalem (*uel* -lè, cly -δ) *MXYδ*, palam *G* (*cf. testimonia supra*)

nas ipse deuelleret nataretque inter uulgatissimas meretrices. fratris filiam adhuc uirginem oblatam in matrimonium sibi cum deuinctus Domitiae nuptiis pertinacissime recusasset, non multo post alii conlocatam corrupit ultro et quidem uiuo etiam tum Tito; mox patre ac uiro orbatam ardentissime palamque dilexit, ut etiam causa mortis extiterit coactae conceptum a se abigere.

Occisum eum populus indifferenter, miles grauissime tulit 23
statimque Diuum appellare conatus est, paratus et ulcisci, nisi duces defuissent; quod quidem paulo post fecit expostulatis ad poenam pertinacissime caedis auctoribus. contra senatus adeo laetatus est, ut repleta certatim curia non temperaret, quin mortuum contumeliosissimo atque acerbissimo adclamationum genere laceraret, scalas etiam inferri clipeosque et imagines eius coram detrahi et ibidem solo affligi iuberet nouissime eradendos ubique titulos abolendamque omnem memoriam decerneret.

Ante paucos quam occideretur menses cornix in Capitolio 2

---

8 *Victor Caes. 11, 9* quo moti milites, quibus priuatae commoditates dispendio publico largius procedunt, auctores necis ad supplicium petere more suo seditiosius coeperunt. qui uix aegreque per prudentes cohibiti, tandem in gratiam optimatum conuenere *eqs. cf. Epit. 12, 8 Lampr. Alex. Seu. 63, 1* mortem eius milites . . . grauissime tulerunt atque auctores caedis trucidarunt. 16 *Victor Caes. 11, 8* senatus . . . radendum . . . nomen decreuit (*inde Epit. 11, 13*). 18 sq. *Epit. 13, 10* (*de Traiano*) quae omnia eo maiora uisebantur, quoniam per multos atque atroces tyrannos perdito atque prostrato statu Romano in remedium tantorum malorum diuinitus credebatur oportune datus, usque eo, ut adueniens imperium eius pleraque mirifica denuntiauerint. in quis praecipuum, cornicem e fastigio Capitolii Atticis sermonibus effatam esse καλῶς ἔσται.

---

1 ipse *corr. ex* ipsi *M* deuelleret *G* (*Gujetus*), diuelleret *rel.* (*Ω*) natar$\overset{a}{\text{e}}$tque *M* (*m. 1 ut uid.*), notaretque *G*, Natharamque *δ* uulgarissimas *ς* 2 uirginem ṇọṇ *M* (*expunx. m. 2*) sibi in matrimonium *Gδ* 3 deuictus *ϱς* 8 eum *om. N* 9 eum *post* statimque *add. T* 10 duces] uires *T* 12 temperarent *Mδ*, -rarit *Bentley* 13 contumeliosissimo] turpissimo *G* atque acerbissimo *om. T* (*add. Π²*) iniuriarum *pro* adclamationum *ϱ* 14 laceraret (re *in ras.*) *M*, *cf. ad l. 12* 15 affigi *ϱT et sic pro u. l. adscr. L³*, *uox euanida in G*, *ubi tamen* affigi *uel* afligi *potius fuerit*

elocuta est: *ἔσται πάντα καλῶς*, nec defuit qui ostentum sic interpretaretur ⟨*FPR p. 370*⟩:

nuper Tarpeio quae sedit culmine cornix
'est bene' non potuit dicere, dixit: 'erit'.

ipsum etiam Domitianum ferunt somniasse gibbam sibi pone ceruicem auream enatam, pro certoque habuisse beatiorem post se laetioremque portendi rei publicae statum, sicut sane breui euenit abstinentia et moderatione insequentium principum.

---

7 *cf. Eutrop. VIII 1, 1* Vetere et Valente consulibus res publica ad prosperrimum statum rediit bonis principibus ingenti felicitate commissa. Domitiano enim, exitiabili tyranno, Nerua successit *eqs. Epit. 11, 15* quid enim Nerua prudentius aut moderatius (*ex Vict. Caes. 12, 1*)? quid Traiano diuinius? quid praestantius Hadriano?

---

1 *ss.* erit (erie *S*) semper bene *in LPS*   nec fuit *G*   qui *M*[2] *corr. ex* quod, *inde* qui id *Salmasius*   sic *om. G*   7 rei p. (R. p̄. *Π*, rei publice *ϱδ*) statum *Tδ*, rerum statum publice *M*, rei statum publicę *G*, statum rei publicae (r. p. *T*) *X*

subscr. c. suetoni (-nii *Pϱ*) tranquilli de uita caesarum domitiañ exp̃l. feliciter *MPϱ* (feliciter *om. ϱ*)   c. suetonii tranquilli de uita cesarum liber XII expł. domitianus expliĉ feliciter *ΠQ* (expł. *et* feliciter *om. Π*)   gaii suetonii tranquilli de uita cesarum domitianus diuus lib. XII expl. feliciter *S*   explicit lib. XII. deo gratias *L*   *nulla subscriptio in GT*



INDEX NOMINVM[1])

1) A. uitam Augusti designat, C(aesaris), Cal(igulae), Cl(audi), D(omitiani), G(albae), N(eronis), O(thonis), T(iberi), Tit(i), V(espasiani), Vit(elli). — omissa sunt mensium nomina praeter selecta quaedam (u. supra in praef. p. XXVII).

L

M

N

Q

R


S

CONSPECTVS IMAGINVM

Arndtii exempla ut exprimerem benigne concesserunt editores Monacenses (in aedibus F. Bruckmanni). nummorum aureorum argenteorum aereorum ectypa comiter mihi suppeditauerunt uu. dd. Imhoof-Blumer Vitodurensis (p. 47 sup. sin. inf., p. 117 sin. dext., p. 161 dext., p. 270, p. 271, p. 323, p. 333), Riggauer Monacensis (p. 117 inf., p. 198, p. 230 dext., p. 284, p. 285, p. 294), Dressel et Regling Berolinenses (p. 47 dext., p. 161 sin., p. 162, p. 230 sin., p. 354); Neronis Vespasiani Titi imaginum formas W. Amelung Romanus.

ADDENDA ET CORRIGENDA

P. 1 in adn. l. 2 *lege* gesta cesaris (u. praef. p. X)
4 ad l. 29 L.] *debuit* P., *sic Pulmannus*
12 ad l. 6 alterum] altnū *V*
23 ad l. 21 quam *habet δ*
25 ad l. 17 pedicator *iam ed. Rom. I*
42 ad l. 20 Rubicone flumini *Bentley, Preud'homme*
43 ad l. 12 ne] ueq: *M*
ad l. 15 libellum *M*
ad l. 25 alter Casca *ed. Bonon. 1488*, alter e Cascis *Oud.*
49 ad l. 2 int̄ ualle *V*¹ (e *in* o *corr. m. rec.*)
52 ad l. 5 solum *et ss.* ł eum *ε teste Preud'hommio*
57 ad l. 18 ⟨e⟩ *iam Heinsius*
61 ad l. 5 (u. praef. p. XXX)
73 ad l. 12 atque] neque *GO*
73 ad l. 20 questura *δ*
76 ad l. 28 destinarat *iam edd. Rom. II Bonon. 1488 multaeque saec. XVI*
80 ad l. 11 loco *iam ed. Iunt. a. 1515*
85 ad l. 2 *Scheffer delet etiam* -que
86,9 quanto ⟨o⟩pere *exprimere debui* (u. praef. p. LIV)
90,1 *lege* Iulias
99 ad l. 12 dum — deportatur *iam B.-Crus. III p. 317*
110,7 *lege* eis
209 ad l. 27 palliatum *etiam G*
237,4 *lege* susceptos
287 ad l. 14 *corr. M pro M*¹



.C

nos catur capita ex ipsius

Collocutus sum cum tiberio

faciendu esset ludis marti

nobis est. statuendum quod

uti ta dicam holocleros qui

et gradus producendus sit

ΕΛΑΤΤΩϹΕΑΙ sentimus

ΩΜΑΤΟϹ ΚΑΙ ΕΙϹ ΤΗΝ ΤΗ

ridendi et illum et nos non

ΚΑΙ ΜΥΚΤΗΡΙΖΕΙ ΝΕ

singulis articulis temporu

ΝΟΥ ΗΜΙΝ posse arbitri

tamen quib: de rebus consu

cer dotum non displicet n

affini admoneri nequid f

eum circenses ex puluinari n

spectaculorum conspicietu

aut est. romae latinarum d

sequi fratrem suum in mon

placet semel decotare aliq

tuemur licebit autem si uo

epistulae huius legendu

RURSUS ALIE

Tiberium adulescentem eg

nec solus cenet cum suo su

eo minus ΜΕΤΕΩΡΩϹ

et incessum imitaretur m

ic ubi non aberrauit eius

ΕΥΓΕΝΕΙΑ. ITEM T

ret cutam manum ostentans
ac periculo mortas extremo ab
mausoleum derepente patuit
rum adiuniam caluinam eg
thorum regem quicapillatus
quit puto deus fio·

C onsulatu suo nono temptatus
repetita cutillas acre aqua ru
sup urguentem ualitudinem
uitasset nec eo minus muner
ut etiam legationes audiret c
imperatorem ait stantem m
manus subleuantium extinct
mum ac nonu supq: mensem

C onuenit inter omnis tam cert
ut post assiduas in se coniurat
successores aut neminem dic
medi a parte uestibuli palat
lance claudius & nero staren
tandem annis pariq tempo

C SUE TONI

DE UI TA

DIUUS UES

INCIPIT OI

Cod.

glĕq; abunde adeptū · rē pub
quietā fore · & aliquanto dete
la subiturā · Illud plane int̄ o
tē pene ex sententia obtigiss
phonte legisset cyrū ultima
de funere suo · aspernatus tā
bi celerēq; optauerat · & pridie
nato sup̄ cenā apud marcū lep
modissim⁹ · repentinū inop
Periit · vi · & · l · etatis anno · atq; in
m decernentiū · s; & ꝑsuasione
ei heres augustus edebat · stella
sit · exoriens circa · xi · horā · cr
celū recepti · Et hac de causa sim
Curiā in qua occisus ē obstrui pl
ū nominari · ac ne unquā eo
aut̄ fere neq; triennio quisqu
morte defunctus ÷ · Dānati o
fragio · pars ꝑ lio · n̄ nulli sem
ut Cato — uiolauerant int̄emerunt ·
CIT · INCIPIT D
ENTE OCTAVIĀ VEL
multa declarant · Nā
oppidi iā p̄de octau
ora octauio c̄secrata · Qui b
marti rē diuinā faceret ·

Verlag von B. G. Teubner in Leipzig und Berlin.

BIBLIOTHECA SCRIPTORUM GRAECORUM ET ROMANORUM TEUBNERIANA

Diese Sammlung hat die Aufgabe, die gesamten noch vorhandenen Erzeugnisse der griechischen und römischen Literatur in neuen, wohlfeilen Ausgaben zu veröffentlichen, soweit dies zugunsten der Wissenschaft oder der Schule wünschenswert ist. Die Texte der Ausgaben beruhen auf den jeweils neuesten Ergebnissen der kritischen Forschung, über die die beigefügte adnotatio critica, die sich teils in der praefatio, teils unter dem Text befindet, Auskunft gibt. Die Sammlung wird ununterbrochen fortgesetzt werden und in den früher erschienenen Bänden durch neue, verbesserte Ausgaben stets mit den Fortschritten der Wissenschaft Schritt zu halten suchen.

Die Sammlung umfaßt zur Zeit gegen 550 Bände zum Preise von ca. 1600 Mark, die bei einmaligem Bezuge zum Vorzugspreise von ca. 1200 Mark abgegeben werden.

Neue Erscheinungen:

Aeschyli cantica. Digessit Otto Schroeder. [VIII u. 120 S.] geh. *M* 2.40, geb. *M* 2.80.

Flavii Arriani quae exstant omnia. Edidit A. G. Roos. Vol. I: Alexandri Anabasin continens. Accedit tabula phototypica. [LIV u. 426 S.] geh. *M* 3.20, geb. *M* 3.80.

Divisiones quae vulgo dicuntur **Aristoteleae.** Praefatus edidit testimoniisque instruxit Hermannus Mutschmann. [XLII u. 76 S.] geh. *M* 2.80, geb. *M* 3.20.

Epistulae privatae graecae, quae in papyris aetatis Lagidarum servantur. Edidit Stanislaus Witkowski. Adiecta est tabula phototypica. [XXVI u. 144 S.] geh. *M* 3.20, geb. *M* 3.60.

Lucianus. Edidit Nils Nilén. Vol. I fasc. I. libelli I—XIV. [LXXV u. 208 S.] geh. *M* 2.80, geb. *M* 3.20.

—— Prolegomena. Prolegomenon P. 1*—72*. geh. *M* 1.—

Musonii Rufi, C., Reliquiae. Ed. O. Hense. [XXXVI u. 148 S.] geh. *M* 3.20, geb. *M* 3.80.

Philodemi περὶ οἰκονομίας qui dicitur libellus. Edidit Christianus Jensen. Accedunt duae tabulae phototypicae. [XXXIV u. 106 S.] geh. *M* 2.40, geb. *M* 2.80.

Porphyrii sententiae ad intelligibilia ducentes. Praefatus recensuit testimoniisque instruxit B. Mommert. [XXXIII u. 56 S.] geh. *M* 1.40, geb. *M* 1.80.

M. Fabi Quintiliani institutiones oratoriae libri XII. Edidit Ludovicus Radermacher. Pars prior libros I—VI continens. [XIV u. 359 S.] geh. *M* 3.—, geb. *M* 3.50.

Tiberi Claudi Donati ad Tiberium Claudium Maximum Donatianum filium suum **interpretationes Vergilianae.** Primum ad vetustissimorum codicum fidem recognitas edidit Henricus Georgii. Vol. II: Aeneidos libri VII—XII. [688 S.] geh. *M* 12.—, geb. *M* 13.—

Scholia in Lucianum. Ed. Hugo Rabe. Adjectae sunt duae tabulae phototypicae. [X u. 336 S.] geh. *M* 6.—, geb. *M* 6.60.

Ein vollständiges Verzeichnis der „Bibliotheca Teubneriana" enthält Teubner's **Philologischer Katalog,** der Interessenten auf Wunsch unberechnet und postfrei zur Verfügung steht.